SAN GREGORIO MAGNO

Morales sobre Job

Moralia

TOMO IV · VII

SABBATISMUS

San Gregorio Magno (540–604)
Moralia · Morales sobre Job

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

Libro D 9
Capítulo I 9
Capítulo II 11
Capítulo III 13
CAPÍTULO IV. 15
CAPÍTULO V. 17
CAPÍTULO VI. 19
CAPÍTULO VII. 21
CAPÍTULO VIII. 23
CAPÍTULO IX. 25
CAPÍTULO X. 27
CAPÍTULO XI. 29
CAPÍTULO XII. 29
CAPÍTULO XIII. 31
CAPÍTULO XIV 31
Capítulo XVI 33
CAPÍTULO XVII. 37
CAPÍTULO XVIII. 37
CAPÍTULO XIX. 41
CAPÍTULO XX. 43
CAPÍTULO XXI. 45
Capítulo XXII 47
Capítulo XXIII 49
CAPÍTULO XXIV. 49
CAPÍTULO XXV. 51
Capítulo XXVI 51
Capítulo XXVII 59
Capítulo XXVIII 61
CAPÍTULO XXIX. 61
Capítulo XXX 63
Capítulo XXXI 67
CAPÍTULO XXXII. 67
CAPÍTULO XXXIII. 69
Capítulo XXXIV 73
Capítulo XXXV 73
CAPÍTULO XXXVI. 77
CAPÍTULO XXXVII. 79
CAPÍTULO XXXVIII. 79
Capítulo XXXIX 81
Capítulo XL 83
Capítulo XLI 89
Capítulo XLII 93
CAPÍTULO XLIII. 95
Capítulo XLIV 101

CAPÍTULO XLV. 101
Capítulo XLVI 103
CAPÍTULO XLVII. 105
CAPÍTULO XLVIII. 107
Capítulo XLIX 111
CAPÍTULO L. 113
CAPÍTULO LI. 117
Capítulo LII 119
CAPÍTULO LIII. 123
Capítulo LIV 125
Libro D 135
CAPÍTULO PRIMERO. 135
Capítulo II 137
Capítulo III 139
Capítulo IV 143
Capítulo V 143
CAPÍTULO VI. 145
CAPÍTULO VII. 151
Capítulo VIII 153
Capítulo IX 155
Capítulo X 157
CAPÍTULO XI. 159
Capítulo XII 161
CAPÍTULO XIII. 165
Capítulo XIV 167
CAPÍTULO XV. 171
CAPÍTULO XVI. 173
CAPÍTULO XVII. 173
CAPÍTULO XVIII. 175
Capítulo XIX 179
CAPÍTULO XX. 179
CAPÍTULO XXI. 183
CAPÍTULO XXII 187
CAPÍTULO XXIII. 187
CAPÍTULO XXIV. 195
CAPÍTULO XXV. 197
Capítulo XXVI 203
Capítulo XXVII 205
Capítulo XXVIII. 211
Capítulo XXIX. 211
Capítulo XXX. 213
Libro VI 221
CAPÍTULO PRIMERO. 221
CAPÍTULO II. 221
Capítulo III 225

Capítulo IV 233
Capítulo V 233
Capítulo VI 241
CAPÍTULO VII. 243
Capítulo VIII 245
Capítulo IX 249
Capítulo X 251
Capítulo XI 251
CAPÍTULO XII 253
Capítulo XIII 255
Capítulo XIV 255
Capítulo XV 269
Capítulo XVI 275
CAPÍTULO XVII. 277
Capítulo XVIII 281
CAPÍTULO XIX. 281
CAPÍTULO XX. 281
CAPÍTULO XXI. 283
Capítulo XXII 285
Capítulo XXIII 287
CAPÍTULO XXIV. 289
Capítulo XXV 291
CAPÍTULO XXVI. 295
CAPÍTULO XXVII. 295
Capítulo XXVIII 297
Capítulo XXIX 299
CAPÍTULO XXX. 301
Capítulo XXXI 301
Capítulo XXXII 303
Capítulo XXXIII 309
Capítulo XXXIV 309
CAPÍTULO XXXV. 311
Capítulo XXXVI 313
Capítulo XXXVII 317
Capítulo XXXVIII 319
Capítulo XXXIX 321
Capítulo XL 325
Capítulo XLI 327
Libro VI 331
CAPÍTULO PRIMERO. 331
CAPÍTULO II. 335
CAPÍTULO III. 339
CAPÍTULO IV. 343
CAPÍTULO V. 345
CAPÍTULO VI. 349

CAPÍTULO VII. 351
CAPÍTULO VIII. 351
CAPÍTULO IX. 353
CAPÍTULO X. 355
CAPÍTULO XI. 357
CAPÍTULO XII. 359
CAPÍTULO XIII. 361
CAPÍTULO XIV. 361
CAPÍTULO XV. 363
CAPÍTULO XVI. 367
CAPÍTULO XVII. 369
CAPÍTULO XVIII. 369
CAPÍTULO XIX. 369
CAPÍTULO XX. 373
CAPÍTULO XXI. 375
CAPÍTULO XXII. 377
Libro VI 383
CAPÍTULO PRIMERO. 383
CAPÍTULO II. 385
Capítulo III 387
CAPÍTULO IV. 389
Capítulo V 393
Capítulo VI 397
CAPÍTULO VII. 401
CAPÍTULO VIII. 407
CAPÍTULO IX 411
CAPÍTULO X 413
Capítulo XI 413
CAPÍTULO XII 417
Capítulo XIII 419
Capítulo XIV 419
Capítulo XV 423
CAPÍTULO XVI. 429
Capítulo XVII 437
Capítulo XVIII 439
Capítulo XIX 443
CAPÍTULO XX. 443
Capítulo XXI 453
Capítulo XXII 455
CAPÍTULO XXIII. 457
Capítulo XXIV 459
Parte quinta 463
CAPÍTULO I. 463
CAPÍTULO II. 477
Capítulo III 477

CAPÍTULO V. 481
Capítulo VI 481
CAPÍTULO VII. 485
Capítulo VIII 485
CAPÍTULO IX. 487
CAPÍTULO X. 487
Capítulo XI 491
CAPÍTULO XII. 495
Capítulo XIII 497
CAPÍTULO XIV. 501
Capítulo XV 501
CAPÍTULO XVI. 503
CAPÍTULO XVII. 505
CAPÍTULO XVIII. 509
Capítulo XIX 511
Capítulo XX 515
Capítulo XXII 525
Capítulo XXIII 525
Capítulo XXIV 527
Capítulo XXV 531
CAPÍTULO XXVI. 539
Capítulo XXVII 541

Liber D

ECIMUS OCTAVUS.

(Continet expositionem capitum XXVIII et libri Job usque ad versum 21 dimidiatum, secundum multiplices sensus).

[Rec. I.] 1. Scripturae sacrae obscuritas ad altiorem ejus sensum investigandum nos movet.---Plerumque in sacro eloquio sic nonnulla mystica describuntur, ut tamen juxta narrationem historicam prolata videantur. Sed saepe dicta talia in eadem historica narratione permista sunt, per quae superficies historiae cuncta cassetur: quae dum nil historicum resonant, aliud in eis inquirere lectorem cogunt. His enim dictis quae aperta credimus, cum interjecta aliqua obscurius invenimus, quasi quibusdam stimulis pungimur, ut ad aliqua altius intelligenda vigilemus, et obscurius prolata sentiamus, ea etiam quae aperte dicta putavimus. Cum ergo beatus Job de sermone Domini et de magnitudine tonitrui loqueretur, eisdem verbis protinus subinfertur:

Caput Primum

[Vet. I, Rec. II].

CAP. XXVII, VERS. 1.---Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, et ait.

2. Loquendi genus Job parabolicum et mysticum.---Quo profecto versu ostenditur hujus sanctissimi viri dicta quam mystice sint prolata, dum parabola, id est similitudo assumpta narratur ab eo qui nihil inferius per comparationem vel similitudinem loquitur. Absit enim ne hoc loco parabolam illud musicae organum sentiamus. Neque enim fas est credere quod in afflitione poenarum musicis uteretur, cum per Scripturam suam veritas dicat: Musica in luctu importuna narratio est (Eccli. XXII, 6). Nominata ergo parabola, ecce textu ipso loquente jam discimus, ne justa textum tantummodo ejus verba pensemus. Ad eam itaque similitudinem cuncta trahenda sunt qua figurate Ecclesia designatur. Et in ipso quidem locutionis exordio dicta aperte prolata sunt, sed subjunctis obscurioribus implicantur. Nam plana, ut solet, locutione inchoat, sed verba sua per mysticos sensus gravida narratione consumat. Itaque ait:

Libro D

ÉCIMO OCTAVO.

(Contiene la exposición de los capítulos 28 y 29 del libro de Job hasta la mitad del verso 21, según los múltiples sentidos).

[Rec. I.] 1. La oscuridad de la Sagrada Escritura nos mueve a investigar su sentido más alto.---Frecuentemente en la sagrada elocuencia se describen algunas cosas místicas de tal modo que, sin embargo, parecen ser proferidas según la narración histórica. Pero a menudo tales dichos están mezclados en esa misma narración histórica, por los cuales toda la superficie de la historia se hace vana: los cuales, mientras nada histórico resuenan, obligan al lector a inquirir otra cosa en ellos. Pues con estos dichos que creemos abiertos, cuando encontramos entremezclados algunos más oscuramente, somos punzados como por ciertos estímulos, para que vigilemos hacia el entender algunas cosas más profundamente, y sintamos lo proferido más oscuramente, incluso aquellas cosas que pensamos que habían sido dichas abiertamente. Cuando, pues, el bienaventurado Job hablaba de la palabra del Señor y de la magnitud del trueno, en las mismas palabras se añade inmediatamente:

Capítulo I

[Vet. I, Rec. II].

CAP. XXVII, VERS. 1.---Añadió también Job, asumiendo su parábola, y dijo.

2. El modo de hablar parabólico y místico de Job.---Por cuyo verso ciertamente se muestra cuán místicamente han sido proferidos los dichos de este santísimo varón, mientras una parábola, esto es, una similitud asumida, es narrada por aquel que nada inferior por comparación o similitud habla. Pues lejos esté que en este lugar sintamos que la parábola es aquel instrumento de música. Pues no es lícito creer que en la aflicción de las penas usara instrumentos musicales, cuando por su misma Escritura la Verdad dice: La música en el luto es narración inoportuna (Ecli. 22, 6). Nombrada, pues, la parábola, he aquí que por el texto mismo hablando ya aprendemos que no pesemos sus palabras solamente según el texto. A aquella similitud, por tanto, deben ser atraídas todas las cosas por las que figuradamente se designa a la Iglesia. Y en el mismo comienzo de la locución los dichos han sido proferidos abiertamente, pero se implican con cosas más oscuras adjuntas. Pues comienza, como suele, con locución plana, pero consume sus palabras por sentidos místicos en una narración grávida. Así pues, dice:

Caput II

[Rec. III].

VERS. 2.---Vivit Deus, qui abstulit judicium meum, et Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam.

3. Contra verba detrahentium sapientia, contra persequentium gladios patientia necessaria.---3. Quibus nimirum verbis beatus Job et sua narrat, et sanctae Ecclesiae tempora afflictae significat, in quibus aperta infidelium pervicacia premitur, et persecutionis amaritudine perturbatur. Duobus namque modis Ecclesia tentari ab adversariis solet, ut videlicet persecutionem aut verbis patiatur, aut gladiis. Sancta vero Ecclesia summopere habere sapientiam et patientiam studet. Sed exercetur ejus sapientia cum tentatur verbis, exercetur ejus patientia cum tentatur gladiis. Nunc vero de ea persecutione loquitur, in qua non gladiis, sed falsis assertionibus lacessitur. Multos autem novimus qui cum in hac vita aliqua adversa patiuntur, Deum esse credunt. Nonnulli vero Deum esse aestimant, sed res humanas minime curare. De illis quippe per David dicitur: Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus (Psal. XIII, 1). Isti vero apud eum dicunt: Quomodo scit Deus, et si est scientia in excelso (Psal. LXXII, 11)? Et rursus: Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob (Psal. LXXXXIII, 7). Vir ergo iste sanctae Ecclesiae typum gestans in ipsa afflictionis suae amaritudine constitutus, contra utrosque respondit. Nam quia essentiam vita habet, mors non habet, ut Deum esse fateretur, ait: Vivit Deus. Ut vero eum res humanas curare perhiberet, subdidit: Qui abstulit judicium meum, et ad amaritudinem adduxit animam meam. Ista etenim quae patitur, non casu se perpeti, sed Deo omnia disponente testatur; nec tentatori suo amaritudinis suae potestatem tribuit, sed auctori.

4. Diabolus nullam, nisi Deo per mittente tentandi potestatem habet.---Scit namque quia diabolus licet afflitionem justorum semper appetat, tamen si ab auctore nostro potestatem non accipit, ad tentationis articulum nullatenus convescit. Unde et omnis voluntas diaboli injusta est, et tamen permittente Deo omnis potestas justa. Ex se enim tentare quoslibet injuste appetit, sed eos qui tentandi sunt, prout tentandi sunt, non nisi tentari Deus juste permittit. [Vet. II.] Unde etiam in libris Regum de diabolo scriptum est: Quia spiritus Domini malus irruebat in Saul (I Reg. XVIII, 10).

Capítulo II

[Rec. III].

VERS. 2.---Vive Dios, que quitó mi juicio, y el Omnipotente que a la amargura condujo mi alma.

3. Sabiduría contra las palabras de los detractores, paciencia contra las espadas de los perseguidores necesaria.---3. Con cuyas palabras sin duda el bienaventurado Job tanto narra lo suyo, como significa los tiempos de la santa Iglesia afligida, en los cuales es oprimida por la abierta pervicacia de los infieles, y es perturbada por la amargura de la persecución. Pues de dos modos la Iglesia suele ser tentada por sus adversarios, a saber, para que sufra la persecución o por las palabras, o por las espadas. Pero la santa Iglesia procura sobremanera tener sabiduría y paciencia. Pero se ejercita su sabiduría cuando es tentada por las palabras, se ejercita su paciencia cuando es tentada por las espadas. Pero ahora habla de aquella persecución en la cual no por las espadas, sino por falsas aserciones es combatida. Por lo demás, hemos conocido a muchos que, cuando en esta vida sufren algunas cosas adversas, creen que existe Dios. Pero algunos consideran que Dios existe, pero que mínimamente cuida de las cosas humanas. Sobre aquellos ciertamente por David se dice: Dijo el necio en su corazón: No hay Dios (Sal. 13, 1). Estos por el contrario dicen entre sí: ¿Cómo sabe Dios, y si hay ciencia en el Excelso? (Sal. 72, 11). Y de nuevo: Y dijeron: No verá el Señor, ni entenderá el Dios de Jacob (Sal. 93, 7). Este varón, por tanto, gestando el tipo de la santa Iglesia, constituido en la misma amargura de su aflicción, respondió contra ambos. Pues porque la esencia tiene vida, la muerte no la tiene, para confesar que Dios existe, dijo: Vive Dios. Para perhibir, en cambio, que Él cuida de las cosas humanas, añadió: Quien quitó mi juicio, y a la amargura condujo mi alma. Pues testifica que estas cosas que padece, no las padece por acaso, sino por Dios disponiendo todas las cosas; ni a su tentador atribuye la potestad de su amargura, sino al Autor.

4. El diablo no tiene ninguna potestad de tentar, sino permitiéndolo Dios.---Sabe pues que el diablo, aunque siempre apetezca la aflicción de los justos, sin embargo, si de nuestro Autor no recibe la potestad, de ningún modo llega al punto de la tentación. Por lo cual también toda voluntad del diablo es injusta, y sin embargo, permitiéndolo Dios, toda potestad es justa. Por sí mismo ciertamente apetece tentar injustamente a cualesquiera, pero a los que han de ser tentados, según han de ser tentados, Dios no permite que sean tentados sino justamente. [Vet. II.] Por lo cual también en los libros de los Reyes sobre el diablo está escrito: Que el espíritu malo del Señor irrumpía en Saúl (1 Sm. 18, 10).

Ubi juste quaeritur: si Domini, cur malus; et si malus, cur Domini dicatur? Sed duobus verbis comprehensa est et potestas justa in diabolo, et voluntas injusta. Nam et ipse dicitur spiritus malus per nequissimam voluntatem; et idem spiritus Domini per acceptam justissimam potestatem. Bene ergo dicitur: Vivit Deus, qui abstulit judicium meum, et Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam, quia etsi hostis saevit, qui ferire appetit, creator tamen est qui eum ad aliquid praevalere permittit. Sed quia sanctus vir ad aliquid invocat a Dei vita se constrinxit, audiamus quid sese constringendo subjungit. Sequitur:

Caput III

[Rec. IV].

VERS. 34.---Quia donec superest halitus in me, et Spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.

5. Cum omne amendacium iniquitas sit, ne quidem licet vitam cujuslibet mendacio defendere.---Quod prius iniquitatem, hoc postmodum repetens mendacium dicit. Nam et omne mendacium iniquitas est, et omnis iniquitas mendacium, quia profecto ab aequitate discrepat quidquid a veritate discordat. Sed inter hoc quod ait, loqui, et postmodum subdit, meditari, magna distantia est. Nonnunquam enim pejus est mendacium meditari, quam loqui. Nam loqui plerumque praecipitationis est, meditari vero studiosae pravitatis. Et quis ignoret in quanta distantia culpa distinguitur utrum praecipitatione aliquis, an studio mentiatur? Sed vir sanctus, ut perfecte adhaereat veritati, nec studio se perhibet, nec praecipitatione mentiri. Summopere enim cavendum est omne mendacium, quamvis nonnunquam sit aliquod mendacii genus culpae levioris, si quisquam praestando mentitur. Sed quia scriptum est: Os quod mentitur, occidit animam (Sap. I, 11). Et: Perdes omnes qui loquuntur mendacium (Psal. V, 7), hoc quoque mendacii genus perfecti viri summopere fugiunt, ut nec vita cujuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne suae animae noceant, dum praestare vitam carni nituntur alienae; quanquam hoc ipsum peccati genus facillime credimus relaxari. Nam si quaelibet culpa (22, q. 2, c. 20), sequenti solet pia operatione purgari; quanto magis haec facile abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur?

6. Respondetur objectioni ex obstetricum Aegyptiarum mendacio petitae.---Nonnulli vero ex obstetricum fallacia conantur asserere hoc mendacii genus non esse peccatum, maxime quod illis mentientibus scriptum est: Quia aedificavit illis Dominus domos (Exod. I, 21). In qua magis recompensatione cognoscitur quid mendacii culpa mereatur.

Donde justamente se pregunta: si del Señor, ¿por qué malo?; y si malo, ¿por qué del Señor se dice? Pero en dos palabras están comprendidas tanto la potestad justa en el diablo, como la voluntad injusta. Pues él mismo es llamado espíritu malo por la nequísima voluntad; y el mismo espíritu del Señor por la recibida justísima potestad. Bien por tanto se dice: Vive Dios, que quitó mi juicio, y el Omnipotente que a la amargura condujo mi alma, porque aunque el enemigo se ensañe, que apetece herir, sin embargo es el Creador quien le permite prevalecer para algo. Pero porque el varón santo invoca a algo por la vida de Dios, oigamos qué se añade obligándose a sí mismo. Sigue:

Capítulo III

[Rec. IV].

VERS. 3.---Porque mientras quede aliento en mí, y el Espíritu de Dios en mis narices, no hablarán mis labios iniquidad, ni mi lengua meditará mentira.

5. Puesto que toda mentira es iniquidad, ni siquiera es lícito defender la vida de cualquiera con una mentira.---Lo que primero llama iniquidad, esto después repitiendo llama mentira. Pues tanto toda mentira es iniquidad, como toda iniquidad mentira, porque ciertamente de la equidad discrepa lo que de la verdad discorda. Pero entre esto que dice, hablar, y después añade, meditar, hay una gran distancia. Pues a veces es peor meditar la mentira que hablarla. Pues hablar frecuentemente es de la precipitación, pero meditar de la estudiosa pravidad. ¿Y quién ignora en cuánta distancia la culpa se distingue si alguien miente por precipitación o por estudio? Pero el varón santo, para que perfectamente se adhiera a la verdad, ni por estudio perhibe que miente ni por precipitación. Pues sobremanera debe ser evitada toda mentira, aunque no pocas veces sea algún género de mentira de culpa más leve, si alguien miente para beneficiar. Pero porque está escrito: La boca que miente mata el alma (Sab. 1, 11). Y: Perderás a todos los que hablan mentira (Sal. 5, 7), también este género de mentira los varones perfectos sobremanera huyen, para que ni siquiera la vida de cualquiera por su falacia sea defendida, no sea que a sus almas dañen mientras se esfuerzan por beneficiar la vida a la carne ajena; aunque este mismo género de pecado facilísimamente creemos que se relaja. Pues si cualquier culpa suele ser purgada por la siguiente piadosa operación, cuánto más fácilmente ésta se limpia, a la cual la misma piedad, madre de la buena obra, acompaña?

6. Se responde a la objeción peticionada por la mentira de las parteras egipcias.---Algunos ciertamente de la falacia de las parteras intentan asertar que este género de mentira no es pecado, máxime porque cuando ellas mentían está escrito: Que edificó para ellas el Señor casas (Éx. 1, 21). En cuya recompensa más bien se conoce qué merece la culpa de la mentira.

Nam benignitatis earum merces, quae eis in aeterna potuit vita retribui, pro admista culpa mendacii, in terrenam est recompensationem declinata, ut in vita sua quam mentiendo tueri voluerunt ea quae fecerunt bona reciperent, et ulterius quod exspectarent mercedis suae praemium non haberent. Nam si subtiliter perpendatur, amore vitae praesentis mentitae sunt, non intentione mercedis. Parcendo quippe conatae sunt infantium vitam tegere; mentiendo, suam.

7. In vet. test. mendacium levior erat culpa, quam in novo.---Et licet in testamento veteri nonnulla possint talia reperiri, pene nunquam tamen hoc vel tale genus mendacii a perfectis admissum studiosus ibi lector inveniet, quamvis mendacium quamdam tenere veritatis imaginem videatur, et sub veteri forsitan testamento minoris culpae esse potuit, in quo per taurorum hircorumque victimas sacrificium non fuit ipsa veritas, sed umbra veritatis. Nam in testamento novo praeceptis altioribus manifestata per carnem Veritate proficimus; justumque est ut facta quaedam quae in illo populo umbrae veritatis deservierant deseramus. [Vet. III.] Si quis vero per testamentum vetus vult suum tueri mendacium (22, q. 2, c. 19), quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit, dicat necesse est rerum alienarum raptum, et retributionem injuriae, quae infirmis illic concessa sunt, sibi nocere non posse. Quae omnia cunctis liquet quanta adnimadversione Veritas insequitur, quae nobis, jam significationis suae umbra postposita, in vera carne declaratur. Sed quia sanctus vir nec loqui se, nec meditari mendacium spondet, haec ipsa in quibus veritati congruit exsequendo subjungit:

CAPUT IV.

VERS. 5.---Absit a me ut justos vos esse judicem, donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

8. Peccatoribus adulari quam noxium.---Ab innocentia quippe recederet, si bona de malis aestimaret, Salomone attestante, qui ait: Qui justificat impium, et qui condemnat justum, uterque abominabilis est ante Deum (Prov. XVII, 15). Sunt namque nonnulli (Dist. XLVI. c. 2) qui dum male facta hominum laudibus efferunt, augent quae increpare debuerunt. Hinc enim per prophetam dicitur: Vae qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis (Ezech. XIII, 18). Ad hoc quippe pulvillus ponitur, ut mollius quiescatur.

Pues la merced de su benignidad, que a ellas en la vida eterna pudo ser retribuida, por la mezclada culpa de la mentira, en una terrena recompensa fue declinada, para que en su vida, que mintiendo quisieron proteger, recibieran aquellas cosas que hicieron buenas, y ulteriormente no tuvieran qué esperar de premio de su merced. Pues si sutilmente se piensa, por amor de la vida presente mintieron, no por intención de la merced. Perdonando ciertamente intentaron cubrir la vida de los infantes; mintiendo, la suya.

7. En el Antiguo Testamento la mentira era una culpa más leve que en el Nuevo.---Y aunque en el Antiguo Testamento no pocas cosas puedan encontrarse tales, casi nunca sin embargo este o tal género de mentira admitido por los perfectos el estudioso lector encontrará allí, aunque la mentira parezca tener cierta imagen de la verdad, y bajo el Antiguo Testamento tal vez pudo ser de menor culpa, en el cual por las víctimas de toros y machos cabríos el sacrificio no fue la verdad misma, sino la sombra de la verdad. Pues en el Nuevo Testamento con preceptos más altos por la Verdad manifestada por la carne aprovechamos; y es justo que abandonemos ciertos hechos que en aquel pueblo habían servido a las sombras de la verdad. [Vet. III.] Si alguien ciertamente por el Antiguo Testamento quiere proteger su mentira, porque menos allí a algunos tal vez dañó, diga es necesario que el rapto de las cosas ajenas, y la retribución de la injuria, que a los enfermos allí fueron concedidas, no pueden dañarle. Todas las cuales cosas consta a todos con cuánta animadversión la Verdad persigue, que a nosotros, ya pospuesta la sombra de su significación, en la verdadera carne se nos declara. Pero porque el varón santo ni que hablará ni que meditará la mentira promete, estas mismas cosas en las que con la verdad concuerda subraya ejecutándolas:

CAPÍTULO IV.

VERS. 5.---Lejos de mí que os juzgue justos, hasta que desfallezca no me apartaré de mi inocencia.

8. Cuán nocivo es adular a los pecadores.---De la inocencia ciertamente se alejaría, si considerara cosas buenas de los malos, atestiguando Salomón, quien dice: El que justifica al impío, y el que condena al justo, ambos son abominables ante Dios (Prov. 17, 15). Pues hay algunos que mientras ensalzan con alabanzas los hechos malos de los hombres, aumentan lo que debieron haber increpado. De aquí pues por el profeta se dice: ¡Ay de los que cosen almohadillas bajo todo codo de la mano, y hacen cojines bajo la cabeza de toda edad! (Ez. 13, 18). Para esto ciertamente se pone la almohadilla, para que se descanse más muellemente.

Quisquis ergo male agentibus adulatur, pulvillum sub capite, vel cubito jacentis ponit, ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Hinc rursum scriptum est: Ipse aedificabat parietem, illi autem liniebant eum (Ibid. XIII, 10). Parietis quippe nomine peccati duritia designatur. Aedificare ergo parietem est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod illi perverse agentes aedificant, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. Sed sanctus vir sicut mala de bonis non aestimat, ita judicare bona de malis recusat, dicens: Absit a me ut justos vos judicem, donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Ubi aperte subjunxit:

VERS. 6.---Justificationem meam quam coepit tenere, non deseram.

Coeptam namque justificationem desereret, si in peccantium laudem declinaret. Sed quia tunc verius a peccatis alienis absistimus, cum prius nos a propriis custodimus, cur de eis peccare pertimescat, rationis causas insinuat, cum subjungit:

Caput V

[Rec. V].

IBID.---Neque enim reprehendit me cor meum in omni via mea.

9. Audientes praecepta divina nec facientes coarguit.---Ac si aperte dicat: Pro vobis non debeo ad culpam pertrahi, qui peccare in propriis formidavi. Sciendum vero est quod quisquis a praeceptis dominicis discordat opere, quoties ea audit a corde suo reprehenditur atque confunditur, quia id quod non fecerit memoratur. Nam in quo se errasse considerat, ipsa se latenter conscientia accusat. Unde David propheta deprecatur, dicens: Tunc non confundar, dum respicio in omnia mandata tua (Psal. CXVIII, 6). Graviter namque unusquisque confunditur quando mandata Dei vel legendo, vel audiendo respicit, quae vivendo contempsit. Hinc enim Joannis voce dicitur: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum; et quidquid petierimus ab eo, accipiemus (Joan. III, 21); ac si diceret: Si id quod praecipit facimus, id quod petimus obtinebimus.

Quienquiera que, pues, adula a los que obran mal, pone una almohadilla bajo la cabeza o el codo del que yace, para que quien debió ser corregido por la culpa, apoyado en ella por las alabanzas muellemente descanse. De aquí de nuevo está escrito: Él mismo edificaba la pared, pero ellos la lucían (Ez. 13, 10). Con el nombre de pared ciertamente se designa la dureza del pecado. Edificar, pues, la pared es construir contra sí cualquiera los obstáculos del pecado. Pero lucen la pared, los que adulan a los que perpetran pecados, para que lo que aquéllos obrando perversamente edifican, ellos adulando como nítido lo vuelvan. Pero el varón santo, así como no estima cosas malas de los buenos, así rehúsa juzgar cosas buenas de los malos, diciendo: Lejos de mí que os juzgue justos, hasta que desfallezca no me apartaré de mi inocencia. Donde abiertamente añadió:

VERS. 6.---Mi justificación, que comencé a tener, no la desertaré.

La justificación comenzada ciertamente la desertaría, si en la alabanza de los que pecan declinara. Pero porque entonces más verdaderamente nos abstenemos de los pecados ajenos, cuando primero nos custodiamos de los propios, por qué tema pecar sobre ellos, las causas de la razón insinúa, cuando añade:

CAPÍTULO V.

IBID.---Pues no me ha reprendido mi corazón en toda mi vida.

9. Arguye a los que oyen los preceptos divinos y no los cumplen.---Como si dijera abiertamente: Por vosotros no debo ser arrastrado a la culpa, yo que temí pecar en mis propios asuntos. Pues debe saberse que quienquiera que con la obra discrepa de los preceptos dominicales, cuantas veces los oye, por su propio corazón es reprendido y confundido, porque aquello que no hizo se le recuerda. Pues en lo que considera haber errado, su propia conciencia latente lo acusa. De donde el profeta David depreca, diciendo: Entonces no seré confundido, mientras miro todos tus mandatos (Sal. 118, 6). Pues gravemente cada uno es confundido cuando los mandatos de Dios, o leyendo o escuchando, mira, los cuales viviendo despreció. Pues de aquí se dice por la voz de Juan: Si nuestro corazón no nos reprendiera, confianza tenemos ante Dios; y cualquier cosa que pidiéramos de él, recibiremos (1 Jn. 3, 21); como si dijera: Si aquello que manda hacemos, aquello que pedimos obtendremos.

10. Oratione actio, et actione oratio fulciatur.---Valde namque apud Deum utraque haec sibi necessario congruunt, ut et oratione operatio, et operatione fulciatur oratio. Hinc enim Jeremias ait: Scrutemur vias nostras, et quaeramus, et revertamur ad Dominum. Levemus corda nostra cum manibus ad Deum in coelos (Thren. III, 40). Vias etenim nostras scrutari est cogitationum interna discutere. Corda vero cum manibus levat, qui orationem suam operibus roborat. Nam quisquis orat, sed operari dissimulat, cor levat, et manus non levat. Quisquis vero operatur, et non orat, manus levat, et cor non levat. Juxta ergo Joannis vocem, tunc cor fiduciam in oratione accipit, cum sibi vitae pravitas nulla contradicit. De qua recte fiducia a sancto viro nunc dicitur: Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Ac si aperte dicat: Nequaquam se fecisse reminiscitur unde in suis precibus confundatur. [Vet. IV.] Sed quaeri potest quo pacto a corde suo reprehendi se denegat, qui se peccasse superius accusat, dicens: Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum (Job. VII, 20)? Vel certe: Si justificare me voluero, os meum condemnabit me (Job. IX, 20).

11. Quaedam peccata vitari nequeunt.---Sed sciendum est quod sunt peccata quae a justis vitari possunt, et sunt nonnulla quae etiam a justis vitari non possunt. Cujus enim cor in hac corruptibili carne consistens in sinistra cogitatione non labitur, vel si usque ad consensus foveam non mergatur? Et tamen haec ipsa prava cogitare peccare est. Sed dum cogitationi resistitur, a confusione sua animus liberatur. Mens ergo justorum etsi libera est a perverso opere, aliquando tamen corruit in perversa cogitatione. Et in peccatum ergo labitur, quia saltem in cogitatione declinatur; et tamen unde semetipsam postmodum flendo reprehendat, non habet, quia ante se reparat, quam per consensum cadat. Recte ergo is qui peccatorem se confessus est, nequaquam se a suo corde reprehendi confitetur, quia etsi qua illicita fortasse cogitando defuit unquam rectitudini, forti tamen mentis certamine restitit cogitationi. Sequitur:

Caput VI

[Rec. VI].

VERS. 7.---Sicut impius inimicus meus, et adversarius meus quasi iniquus.

12. Ecclesia pro infideli habet, quem intra se positum, pravis moribus videt.---In sacro eloquio sicut, et quasi, aliquando non pro similitudine ponitur, sed pro veritate. Unde est illud: Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre (Joan. I, 14). Unde et hic quoque sicut, et quasi, pro affirmatione potius quam pro similitudine dictum videtur. Inter impium vero et iniquum, hoc distare nonnunquam solet, quia omnis impius iniquus, non tamen omnis iniquus est impius.

10. Que la acción se apoye en la oración, y la oración en la acción.---Pues ante Dios ambas cosas necesariamente se congruyen entre sí, de modo que tanto la operación sea apoyada por la oración, como la oración por la operación. Pues de aquí Jeremías dice: Escrutemos nuestros caminos, y busquemos, y volvamos al Señor. Levantemos nuestros corazones con las manos a Dios en los cielos (Lam. 3, 40). Pues escrutar nuestros caminos es discutir los internos de los pensamientos. Pero levanta los corazones con las manos, quien su oración robustece con las obras. Pues quienquiera que ora, pero disimula obrar, levanta el corazón, pero no levanta las manos. Pero quienquiera que obra, y no ora, levanta las manos, pero no levanta el corazón. Según pues la voz de Juan, entonces el corazón recibe confianza en la oración, cuando ninguna pravedad de vida le contradice. De cuya confianza rectamente por el varón santo ahora se dice: Pues no me ha reprendido mi corazón en toda mi vida. Como si dijera abiertamente: De ningún modo recuerda haber hecho aquello por lo que en sus preces sea confundido. Pero puede preguntarse de qué modo niega ser reprendido por su corazón, quien arriba se acusa de haber pecado, diciendo: Pequé, ¿qué te haré, oh guardián de los hombres? (Job 7, 20). O ciertamente: Si querre justificarme, mi boca me condenará (Job 9, 20).

11. Ciertos pecados no pueden evitarse.---Pero debe saberse que hay pecados que pueden ser evitados por los justos, y hay algunos que incluso por los justos no pueden ser evitados. Pues ¿de quién el corazón, consistiendo en esta carne corruptible, no resbala en el pensamiento siniestro, aunque no se sumerja hasta la fosa del consenso? Y sin embargo, pensar estas mismas cosas pravas es pecar. Pero mientras se resiste al pensamiento, el ánimo es liberado de su propia confusión. La mente de los justos, pues, aunque es libre de la obra perversa, algunas veces sin embargo cae en el pensamiento perverso. Y en el pecado pues resbala, porque al menos en el pensamiento se declina; y sin embargo no tiene de qué se reprenda después llorando, porque se repara antes de que por el consenso caiga. Rectamente pues aquel que se confesó pecador, de ningún modo confiesa ser reprendido por su corazón, porque aunque por pensar tal vez algunas cosas ilícitas faltó alguna vez a la rectitud, con fuerte certamen de la mente sin embargo resistió al pensamiento. Sigue:

CAPÍTULO VI.

VERS. 7.---Sea como el impío mi enemigo, y mi adversario como el inicuo.

12. La Iglesia tiene por infiel al que, puesto dentro de ella, ve en costumbres pravas.---En la sagrada elocuencia, como (sicut) y como si (quasi), algunas veces no se pone por similitud, sino por verdad. De donde es aquello: Vimos su gloria, gloria como del unigénito del Padre (Jn. 1, 14). De donde también aquí como y como si, parece dicho por afirmación más bien que por similitud. Entre el impío pues y el inicuo, esto suele distar no pocas veces, que todo impío es inicuo, pero no todo inicuo es impío.

Impius namque pro infideli ponitur, id est a pietate religionis alienus; iniquus vero dicitur, qui pravitate operis ab aequitate discordat, vel si fortasse Christianae fidei nomen portat. Beati igitur Job voce typica sancta Ecclesia, quae alios rectae fidei contradicentes tolerat. impium se habere fatetur inimicum. Quia vero alios sub praetextu fidei intus positos in pravis operibus patitur, iniquum suum adversarium detestatur. Si autem sicut, et quasi, oportet magis ut pro similitudine positum sentiamus, sancta Ecclesia eos quos viventes carnaliter intra se tolerat de similitudine impiorum notat. Intus quippe ei inimicus est, qui fidelem se dum affirmat vocibus, moribus negat. Et quia eum velut infidelem aestimat qui illam specie tenus intus positus vitio pravae actionis impugnat, recte dicit: Sicut impius inimicus meus, et adversarius meus quasi iniquus. Ac si aperte dicat: A me etiam fide discrepat, qui mihi opere non concordat. Sequitur:

Caput VII

[Rec. VII].

VERS. 8.---Quae enim spes est hypocritae, si avare rapiat, et non liberet Deus animam ejus?

13. Hypocrita avarus est et raptor.---Hypocrita, qui Latina lingua dicitur simulator, justus esse non appetit, sed videri. Et idcirco avarus raptor est, quia dum inique agens desiderat de sanctitate venerari, laudem vitae rapit alienae. Studium vero esse hypocritarum solet ut et quod sunt supprimant, et hoc quod non sunt esse se hominibus innotescant, quatenus mensuram suam per aestimationem transeant, et praeire se caeteros actionis nomine ostendant. Refugiunt videri quod sunt, et ante oculos hominum superducta quadam innocentiae honestate se vestiunt. [Vet. V.] Unde recte per Evangelium voce nostri Redemptoris increpantur, cum eis dicitur: Vae vobis, hypocritae, quia similes facti estis sepulcris dealbatis, quae a foris quidem apparent hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossibus mortuorum, et omni spurcitia. Ita et vos foris quidem apparetis hominibus justi, intus vero pleni estis avaritia et iniquitate (Matth. XXIII, 27; Luc. XI, 39). Quo contra omnes veraciter sancti non solum gloriam supra modum suum omnino non appetunt, sed etiam hoc ipsum videri refugiunt quod esse meruerunt. Unde ille praedicator egregius veritatis, contra pseudoapostolos loquens, dum virtutes eximias operationis suae pro discipulorum eruditione narraret (II Cor. XI, 13, seq.), dum tot se pericula tolerasse coacervata persecutione describeret, et post haec usque ad tertium coelum, rursumque in paradisum raptum se esse memoraret, ubi tanta cognoscere potuisset, quanta loqui omnino non posset (Ibid. XII, 2), erat de se adhuc fortasse admirabiliora locuturus, sed ab humana laude alta se consideratione temperans, subdit:

Pues el impío se pone por el infiel, esto es, ajeno de la piedad de la religión; inicuo pues se dice, el que por la pravedad de la obra discrepa de la equidad, aunque tal vez porte el nombre de la fe cristiana. Por la voz típica pues del bienaventurado Job, la santa Iglesia, que tolera a otros que contradicen la recta fe, confiesa tener un impío enemigo. Pero porque padece a otros bajo el pretexto de la fe puestos dentro en obras pravas, detesta a su inicuo adversario. Si pues conviene más que sintamos como y como si puesto por similitud, la santa Iglesia de la similitud de los impíos nota a aquellos que viviendo carnalmente dentro de sí tolera. Pues dentro le es enemigo, quien mientras se afirma fiel con las voces, lo niega con las costumbres. Y porque lo estima como infiel al que solo en apariencia puesto dentro la impugna por el vicio de la prava acción, rectamente dice: Sea como el impío mi enemigo, y mi adversario como el inicuo. Como si dijera abiertamente: De mí también en la fe discrepa, quien conmigo en la obra no concuerda. Sigue:

CAPÍTULO VII.

VERS. 8.---¿Qué esperanza es la del hipócrita, si avaramente arrebata, y no libera Dios su alma?

13. El hipócrita es avaro y arrebatador.---El hipócrita, que en lengua latina se llama simulador, no apetece ser justo, sino parecerlo. Y por eso es avaro arrebatador, porque mientras obrando inicuamente desea ser venerado por la santidad, arrebata la alabanza de la vida ajena. Pues suele ser el estudio de los hipócritas tanto suprimir lo que son, como darse a conocer a los hombres como aquello que no son, para que trasciendan su medida por la estimación, y se muestren anteponerse a los demás por el nombre de la acción. Refuyen parecer lo que son, y ante los ojos de los hombres se visten con una sobrepuestos honestidad de inocencia. De donde rectamente por el Evangelio con la voz de nuestro Redentor son increpados, cuando se les dice: ¡Ay de vosotros, hipócritas, porque os habéis hecho semejantes a sepulcros blanqueados, que por fuera ciertamente aparecen hermosos a los hombres, pero por dentro están llenos de huesos de muertos, y de toda suciedad! Así también vosotros por fuera ciertamente aparecéis justos a los hombres, pero por dentro estáis llenos de avaricia e iniquidad (Mt. 23, 27; Lc. 11, 39). Por el contrario todos los verdaderamente santos no solo no apetecen en absoluto la gloria sobre su medida, sino que incluso refuyen parecer aquello mismo que merecieron ser. De donde aquel egregio predicador de la verdad, hablando contra los pseudoapóstoles, mientras narraba las virtudes eximias de su operación para erudición de los discípulos (2 Cor. 11, 13, ss.), mientras describía haber tolerado tantos peligros en amontonada persecución, y tras esto recordaba haber sido arrebatado hasta el tercer cielo, y de nuevo al paraíso, donde pudo conocer tantas cosas, cuantas no podría hablar en absoluto (Ibíd. 12, 2), estaba por decir tal vez cosas más admirables de sí, pero templándose de la alabanza humana con alta consideración, añade:

Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me (Ibid. XII, 6). Habebat ergo adhuc dicendum de se aliquid, qui parcit dicere; sed egit utrumque doctor egregius, ut et loquendo quae egerat discipulos instrueret, et tacendo sese intra humilitatis limitem custodiret. Nimis namque esset ingratus, si de se discipulis tota reticeret, et fortasse nimis incautus, si de se tota vel discipulis proderet. Sed mirabiliter, ut dictum est, egit utrumque, ut loquendo erudiret vitam audientium, et tacendo custodiret suam.

14. Sancti aliquando se laudant innoxie.---Sciendum vero est quod sancti viri quoties de se aliquid sequentibus innotescunt, morem creatoris sui imitantur. Nam Deus, qui nos prohibet ne proprio ore lauremur, per Scripturam sacram laudes suas loquitur, non quia ipse eis indiget, qui proficere laudibus nescit, sed dum suam nobis magnitudinem narrat, nostram ad se imperitiam sublevat; et bona sua loquendo nos edocet, quem omnino homo non cognosceret, si de se tacere voluisset. Idcirco ergo laudes suas indicat, ut valeamus eum audientes cognoscere, cognoscentes amare, amantes sequi, sequentes adipisci, adipiscentes vero ejus visione perfrui. Unde Psalmista ait: Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo, ut det illis haereditatem gentium (Psal. CX, 6). Ac si aperte dicat: Idcirco fortitudinem suae operationis insinuat, ut eam qui audierit donis ditescat. Morem ergo sui creatoris imitantes sancti viri, nonnunquam quaedam de se, ut audientes instruant, non ut ipsi proficiant, manifestant; et tamen in his alta se consideratione custodiunt, ne dum alios a terrena intentione erigunt, ipsi in terrenae laudis appetitione mergantur. Quorum plerumque dicta imitantur hypocritae, sed dictorum sensum penitus ignorant, quia quod justi agunt ad utilitatem proximi, hoc ipsi faciunt ad extensionem nominis sui. Sanctus autem vir hypocritas intuens, nequaquam gloriam futuram appetere, sed cupere praesentem tenere ait: Quae enim spes est hypocritae? quia dum praesentia diligit, futura minime sperat. Scriptum namque est: Quod enim videt quis, quid sperat (Rom. VIII, 24)? Idcirco ergo ab hypocrita ad aeterna praemia per spem minime tenditur, quia quod alio quaerendum fuerat, hic se tenere gloriatur. Cujus quia culpa prolata est, etiam poena subjungitur, cum protinus subinfertur:

CAPUT VIII.

VERS. 9.---Nunquid clamorem ejus audiet Deus, cum venerit super illum angustia?

Pero perdono, para que nadie me estime sobre lo que ve en mí, o algo oye de mí (Ibíd. 12, 6). Tenía pues todavía algo que decir de sí, quien perdona decir; pero hizo ambas cosas el doctor egregio, para que tanto hablando lo que había hecho instruyera a los discípulos, como callando se custodiara dentro del límite de la humildad. Pues sería demasiado ingrato, si de sí a los discípulos callara todo, y tal vez demasiado incauto, si de sí todo incluso a los discípulos manifestara. Pero maravillosamente, como se ha dicho, hizo ambas cosas, para que hablando erudiera la vida de los oyentes, y callando custodiara la suya.

14. Los santos algunas veces se alaban inocuamente.---Debe saberse que los varones santos, cuantas veces manifiestan algo de sí a los que les siguen, imitan el modo de su Creador. Pues Dios, que nos prohíbe ser alabados por la propia boca, por la Sagrada Escritura habla sus alabanzas, no porque él las necesite, él que no sabe progresar con las alabanzas, sino que mientras nos narra su magnitud, nuestra impericia hacia sí eleva; y hablando sus bienes nos enseña, a quien el hombre en absoluto conocería, si de sí hubiera querido callar. Por eso pues indica sus alabanzas, para que podamos oyéndolo conocerlo, conociéndolo amarlo, amándolo seguirlo, siguiéndolo alcanzarlo, alcanzándolo pues disfrutar de su visión. De donde el Psalmista dice: La virtud de sus obras anunciará a su pueblo, para darles la herencia de las gentes (Sal. 110, 6). Como si dijera abiertamente: Por eso insinúa la fortaleza de su operación, para que quien la oiga se enriquezca con dones. Imitando pues el modo de su creador, los varones santos algunas veces manifiestan algunas cosas de sí, para que instruyan a los oyentes, no para que ellos mismos progresen; y sin embargo en estas cosas con alta consideración se custodian, no sea que mientras a otros de la intención terrena elevan, ellos mismos en el apetito de la alabanza terrena se sumerjan. Cuyos dichos frecuentemente imitan los hipócritas, pero el sentido de los dichos lo ignoran totalmente, porque lo que los justos hacen para utilidad del prójimo, esto ellos lo hacen para extensión de su nombre. Pero el varón santo, mirando a los hipócritas, afirma que de ningún modo apetecen la gloria futura, sino que desean tener la presente: ¿Qué esperanza es pues la del hipócrita?, porque mientras ama las cosas presentes, mínimamente espera las futuras. Pues escrito está: Lo que pues ve alguien, ¿qué lo espera? (Rom. 8, 24). Por eso pues por el hipócrita mínimamente se tiende por la esperanza hacia los premios eternos, porque lo que en otro lugar debió buscarse, aquí se gloria de tenerlo. Cuya culpa pues ha sido proferida, también la pena se añade, cuando inmediatamente se agrega:

CAPÍTULO VIII.

VERS. 9.---¿Acaso oirá Dios su clamor, cuando venga sobre él la angustia?

15. Qui Deum non audit in lege loquentem, orans in extremis a Deo non audietur.---Clamorem ejus angustiae tempore Deus non audit, quia tranquillitatis tempore in praeceptis suis ipse clamantem Dominum non audivit. Scriptum quippe est: Qui avertit aurem suam ne audiat legem, oratio ejus erit exsecrabilis (Prov. XXVIII, 9). Sanctus itaque vir intuens quia omnes qui nunc operari recta contemnunt extremo se tempore ad petitionis verba convertunt, dicit: Nunquid clamorem ejus audiet Deus? Quibus profecto verbis vocibus nostri Redemptoris obsequitur, qui ait: Novissime veniunt et fatuae virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. Et respondetur eis: Amen dico vobis, nescio vos (Matth. XXV, 11); quia tanto magna tunc exercetur severitas, quanto nunc major misericordia prorogatur; et districte tunc judicium non correctis exerit, qui pietatem nunc delinquentibus patienter impendit. Hinc etenim propheta ait: Quaerite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est (Isai. LV, 6). Modo enim non videtur, et prope est; tunc videbitur, et prope non erit. Necdum in judicio apparuit, et si quaeritur, invenitur. Nam miro modo cum in judicio apparuerit, et videri potest, et non potest inveniri. [Vet. VI.] Hinc Salomon sapientiam refert et suaviter blandientem, et terribiliter judicantem, dicens: Sapientia foris praedicat, in plateis dat vocem suam (Prov. I, 20). Cujus vocem quoque insinuat, subdens: Usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea quae sibi sunt noxia cupiunt, et imprudentes odibunt scientiam (Ibid., 22)? Convertimini ad correptionem meam; en proferam vobis spiritum meum, et ostendam verba mea (Ibid., 23). En qualibus verbis expressa est dulcedo vocantis. Videamus nunc quibus insinuatur modis severitas increpantis, ut in fine quandoque se exerceat districtio punientis. Quia vocavi, inquit, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret; despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis (Ibid., I, 24). Dicat jam qualiter feriat, quos ad se nullatenus revertentes tanta longanimitate sustentat. Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis quod timebatis advenerit, cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio et angustia. Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent, et non invenient me (Ibid., I, 26). Ore itaque sapientissimi Salomonis cuncta de superno judicio diligenter expressa sunt, quia et prius dulciter vocat, et postmodum terribiliter increpat, et ad extremum inretractabiliter damnat. Bene ergo dicitur: Nunquid clamorem ejus audiet Deus, quando venerit super illum angustia? Quia nimirum omnis hypocrita tunc remedium in clamore non invenit, qui nunc tempus congruum clamoris perdit. De cujus adhuc pravitate subjungitur:

Caput IX

[Rec. VIII].

47. El fuego en el juicio final dividirá a los buenos de los malos. --- ¿Qué fue aquel pueblo de los judíos, duro por su perfidia, que no quiso ver por la fe al autor de la vida, a quien predijo por la profecía, sino un lapis caliginis? porque existió duro por la crueldad, y nebuloso por la infidelidad. El cual también es llamado con otro vocablo sombra de muerte. Pues la sombra se expresa tal como fueren los lineamientos de aquella cosa de la cual es traída. ¿Y quién es llamado con el nombre de muerte, sino el diablo? De quien se dice por medio de cierta significación de su ministro: Y su nombre es muerte (Apoc. VI, 8). Del cual aquel pueblo existió como sombra, porque siguiendo su iniquidad, expresó en sí la imagen de él. ¿Y qué se llama con el nombre de torrente, sino aquel fuego que sale de la presencia del tremendo juez por el último examen, y que divide a los elegidos y a los réprobos? De donde también se dice por el profeta: Un río de fuego y rápido salía de su presencia (Dan. VII, 10).

[Vet. XVIII, Rec. XIX.] 48. Todos los elegidos son peregrinos en el mundo. --- ¿Y qué pueblo peregrina en este mundo, sino el que corriendo hacia la suerte de los elegidos, sabe que tiene su patria en los cielos; y tanto más espera encontrar allí lo propio, cuanto aquí considera ajeno todo lo que pasa? Por tanto, el pueblo peregrino es el número total de los elegidos, quienes considerando esta vida como un cierto exilio para sí, suspiran hacia la patria celestial con toda la intención del corazón, de los cuales dice Pablo: Confesando que son peregrinos y huéspedes sobre la tierra (Hebr. XI, 13).

Qui enim haec dicunt, significant se patriam inquirere. Hanc peregrinationem idem quoque Apostolus tolerabat, cum diceret: Dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Per fidem enim ambulamus, et non per speciem (II Cor. V, 6). Hujus peregrinationis aerumnas satagebat evadere, cum dicebat: Desiderium habens dissolvi, et cum Christo esse (Philip. I, 23). Et rursum: Mihi vivere Christus est, et mori lucrum (Ibid. I, 21). Hujus peregrinationis pondus grave sentiebat Psalmista, cum diceret: Heu me! quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea (Psal. CXIX, 5). Ab hac eripi quantocius anhelabat, cum supernis desideriis flagrans diceret; Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam et apparebo ante faciem Dei (Psal. XLI, 3)? Sed hoc desiderium nesciunt qui cor in terrenis voluptatibus defigunt. Dum enim sola quae sunt visibilia diligunt, profecto invisibilia, vel si credunt esse, non diligunt, quia dum nimis se exterius sequuntur, etiam mente carnales fiunt. Simul enim in hac vita uterque populus currit, sed non simul ad perpetuam pervenit, quia Lapidem caliginis et umbram mortis dividit torrens a populo peregrinante. Ac si aperte dicat: Eos quos modo vel infidelitas excaecat, vel crudelitas obdurat, flammarum fluvius a conspectu aeterni judicis exiens, ab electorum tunc populo separat, ut tunc a bonis ignis districti examinis dividat quos nunc in suis concupiscentiis iniquitas inquinat.

Irrigatio praedicationis tanquam torrens dividit bonos a malis.---Potest fortasse in torrentis nomine ipsa irrigatio sanctae praedicationis intelligi, juxta id quod per Salomonem dicitur: Oculum qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suae, effodiant illum corvi de torrentibus (Prov. Perversi quippe dum divina judicia reprehendunt, subsannant patrem. Et quilibet haeretici dum praedicationem sanctae Ecclesiae fecunditatemque illius deridendo contemnunt, quid aliud quam partum matris despiciunt? Quam non immerito eorum quoque matrem dicimus, quia de ipsa exeunt, qui contra ipsam loquuntur; Joanne attestante, qui ait: A nobis exierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum (I Joan. Corvi vero de torrentibus veniunt, cum praedicatores veri ad defensionem sanctae Ecclesiae a sacrorum librorum fluentis procedunt. Qui etiam recte corvi vocati sunt, quia nequaquam de justitiae suae luce superbiunt, 578 sed per humilitatis gratiam peccatorum in se nigredinem confitentur. Unde etiam ab electorum Ecclesia dicitur: Nigra sum, sed formosa (Cant.

Pues quienes dicen esto, significan que buscan una patria. Esta misma peregrinación toleraba también el Apóstol, cuando decía: Mientras estamos en el cuerpo, peregrinamos fuera del Señor. Pues por la fe caminamos, y no por la visión (II Cor. V, 6). De las angustias de esta peregrinación se esforzaba por escapar, cuando decía: Teniendo deseo de ser disuelto, y de estar con Cristo (Filip. I, 23). Y de nuevo: Para mí el vivir es Cristo, y el morir es ganancia (Ibid. I, 21). El peso grave de esta peregrinación sentía el Salmista, cuando decía: ¡Ay de mí! porque mi morada se ha prolongado: habité con los que habitan en Cedar, mucho tiempo fue moradora mi alma (Sal. CXIX, 5). De ésta anhelaba ser arrancado cuanto antes, cuando ardiendo en deseos celestiales decía: Mi alma tuvo sed del Dios vivo; ¿cuándo vendré y apareceré ante la faz de Dios? (Sal. XLI, 3). Pero este deseo no lo conocen quienes fijan el corazón en los placeres terrenales. Pues mientras aman solo las cosas que son visibles, ciertamente no aman las invisibles, aunque crean que existen, porque mientras se siguen demasiado exteriormente, también se vuelven carnales en la mente. Pues simultáneamente corre en esta vida uno y otro pueblo, pero no simultáneamente llega a la perpetua, porque al lapis caliginis y a la sombra de muerte divide el torrente del pueblo peregrinante. Como si dijera abiertamente: A los que ahora o la infidelidad ciega, o la crueldad endurece, el río de llamas que sale de la presencia del juez eterno, los separa entonces del pueblo de los elegidos, para que entonces el fuego del examen riguroso divida de los buenos a quienes ahora la iniquidad mancha en sus concupiscencias.

49. La irrigación de la predicación como un torrente divide a los buenos de los malos.--- Puede tal vez en el nombre de torrente entenderse la misma irrigación de la santa predicación, según aquello que por Salomón se dice: Al ojo que escarnece al padre, y que desprecia el parto de su madre, sáquenlo los cuervos de los torrentes (Prov. 30, 17). Pues los perversos, mientras reprenden los divinos juicios, escarnecen al padre. Y cualesquiera herejes, mientras derribando con burlas desprecian la predicación de la santa Iglesia y la fecundidad de ella, ¿qué otra cosa sino el parto de la madre desprecian? A la cual no sin mérito también llamamos madre de ellos, porque de ella salen quienes contra ella hablan; atestiguándolo Juan, quien dice: De nosotros salieron, pero no eran de nosotros; pues si hubieran sido de nosotros, habrían permanecido ciertamente con nosotros (1 Juan 2, 19). Los cuervos verdaderamente de los torrentes vienen, cuando los predicadores veraces para la defensa de la santa Iglesia proceden de los torrentes de los sagrados libros. Los que también rectamente son llamados cuervos, porque de ninguna manera se enorgullecen de la luz de su justicia, sino que por la gracia de la humildad confiesan en sí la negritud de los pecados. De donde también por la Iglesia de los electos se dice: Negra soy, pero hermosa (Cant. 1, 4).

Et Joannes ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus (I Joan. Qui videlicet corvi subsannantis oculum effodiunt, quia pravorum ac pervicacium hominum intentionem vincunt. Ex hoc itaque testimonio, si hic quoque torrens praedicatio debet intelligi, Lapidem caliginis et umbram mortis dividit torrens a populo peregrinante, qui sanctorum praedicatio obduratas mentes reproborum deserit, et ad pia humilium se corda convertit. Unde adhuc subditur:

Caput XXXI

[Vet. XIX].

VERS. 4.---Eos quos oblitus est pes egentis hominis, et invios.

50. Judaeis relictis, ad gentiles defiuxit.---Quis hoc loco alius accipitur egens homo, nisi ille de quo per Paulum dicitur: Qui propter nos egenus factus est, cum dives esset (II Cor. VIII, 9)? Cujus videlicet egentis hominis pedes sancti praedicatores fuerunt, per quorum profecto praesentiam gentilitatem circumiens, mundum perambulavit universum. De quibus per prophetam dicitur: Et inambulabo in eis (Levit. XXVI, 12; II Cor. VI, 16). An pes ejus non erat, qui tentus in compedibus dicebat: Pro quo legatione fungor in catena (Ephes. VI, 20)? Sed eorum qui umbra mortis et lapis caliginis exstiterunt, pes hominis egentis oblitus est, quia in ipso initio nascentis Ecclesiae, dum sancti apostoli coelorum regnum Judaeae praedicare voluissent, videntes quod ei nihil omnino proficerent, ad praedicandum gentibus defluxerunt, sicut ipsi in suis Actibus dicunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes (Act. XIII, 46). De quibus et per Psalmistam dicitur: Transferentur montes in cor maris (Psal. XLV, 3), quia repulsi a Judaea apostoli in hoc gentilitatis saeculum translati sunt. Qui sunt ergo qui immensa duritia pro obscuritate cordis, quasi quidam lapis caliginis et umbra mortis, a peregrinante sanctorum populo dividuntur, nisi hi quos pes egentis hominis est oblitus, id est quos praedicatores Domini, videlicet per humanitatem pauperis, pro superbiae suae tumore reliquerunt, eorumque omnino obliti sunt, dum praedicationis suae semina ad solam fructificationem gentium transtulerunt? Quos recte quoque et invios vocat, quia dum in infidelitate sua obdurati sunt, verbis vitae ad cor viam praebere noluerunt. Sed Judaea haec, quae sic obduruit, vel qualis dudum fuerit, vel quid post pertulerit, audiamus. Sequitur:

CAPUT XXXII.

VERS. 5.---Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igne subversa est.

Y Juan dice: Si dijéremos que pecado no tenemos, a nosotros mismos nos seducimos (1 Juan 1, 8). Los cuales cuervos ciertamente el ojo del escarnecedor sacan, porque la intención de los hombres pravos y pertinaces vencen. Por este testimonio, pues, si aquí también por torrente debe entenderse la predicación, al torrente también de la calígine y sombra de muerte divide el torrente del pueblo peregrino, porque la predicación de los santos las mentes obduradas de los réprobos deja, y a los piadosos corazones de los humildes se convierte. De donde aún se subañade:

Capítulo XXXI

[Vet. XIX].

VERS. 4.---Eos quos oblitus est pes egentis hominis, et invios.

50. Dejados los judíos, fluyó hacia los gentiles.---¿A quién en este lugar por otro se acepta como varón indigente (egens homo), sino a aquel de quien por Pablo se dice: Quien por nosotros se hizo indigente, siendo rico (2 Cor. 8, 9)? De cuyo varón indigente ciertamente los pies fueron los santos predicadores, por cuya presencia ciertamente rodeando a la gentilidad, anduvo por el mundo entero. De los cuales por el profeta se dice: Y andaré en ellos (Lev. 26, 12; 2 Cor. 6, 16). ¿O acaso no era pie de él aquel que, tenido en grillos, decía: Por lo cual ejerzo legación en la cadena (Ef. 6, 20)? Pero de aquellos que sombra de muerte y piedra de calígine existieron, el pie del varón indigente se olvidó, porque en el mismo inicio de la naciente Iglesia, mientras los santos apóstoles hubieran querido predicar el reino de los cielos a Judea, viendo que en nada absolutamente le aprovechaban, hacia la predicación a las gentes fluyeron, como ellos mismos en sus Hechos dicen: A vosotros convenía primero hablar la palabra de Dios; pero puesto que la repeléis, y os juzgáis indignos de la vida eterna, he aquí que nos convertimos a las gentes (Hech. 13, 46). De los cuales también por el Salmista se dice: Se trasladarán los montes al corazón del mar (Sal. 45, 3), porque repelidos de Judea los apóstoles, a este siglo de la gentilidad fueron trasladados. ¿Quiénes son, pues, los que por inmensa dureza para la obscuridad del corazón, como una cierta piedra de calígine y sombra de muerte, del peregrinante pueblo de los santos son divididos, sino estos de quienes el pie del varón indigente se ha olvidado, esto es, a quienes los predicadores del Señor, a saber, por la humanidad del pobre, por el tumor de su soberbia dejaron, y de ellos se olvidaron totalmente, mientras las semillas de su predicación a la sola fructificación de las gentes trasladaron? A los cuales rectamente también e invíos llama, porque mientras en su infidelidad están obdurados, a las palabras de vida al corazón vía prestar no quisieron. Pero esta Judea, que así se obduró, o cuál hace poco fuera, o qué después padeció, oigamos. Sigue:

CAPÍTULO XXXII.

VERS. 5.---Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igne subversa est.

51. Synagoga quae legis scripturarumque panem ministrabat, invidia conflagrans, destructa est.---Panem Judaea dare consueverat, quae legis verba proferebat. Quam videlicet legem, quia intelligere jam reprobi atque explanare non poterant, propheta Jeremias in lamentis deplorat, dicens: Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis (Thren. IV, 4). Sed haec terra in loco suo igne subversa est, quia fidelium signa conspiciens, invidiae se face concremavit. Quia enim semper invidia de superbia nasci solet, in loco suo igne periit, quae idcirco arsit invidia, quia superbiam non reliquit. Terra ergo quae prius panem habuit, post igne subversa est, quoniam synagoga, quae mandata Dei per legem protulit, nascentem Ecclesiam persequens, invidiae se igne consumpsit. An non aemulationis suae facibus ardebat, cum Redemptoris nostri signa conspiciens, per quosdam suos diceret: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? vel certe: Videtis quia nihil proficimus, ecce totus mundus post eum vadit (Joan. XI, 47). Videbant unde converti debuerant, atque exinde perversiores fiebant. Quaerebant exstinguere quem cernebant mortuos vivificare. In ore tenebant legem, sed legis persequebantur auctorem. Terra ergo de qua oriebatur panis, in loco suo igne subversa est, quia Judaea in semetipsa et prius habuit legem quae reficeret, et post invidiam quae concremaret. De cujus adhuc descriptione subjungitur:

CAPUT XXXIII.

VERS. 6.---Locus sapphiri lapides ejus, et glebae illius aurum.

52. Auget Judaeorum casum, donorum et gratiarum quibus prius ornati sunt, copia.---Auget reatum culpae sequentis praeconium gloriae praecedentis. Nam uniuscujusque casus tanto majoris est criminis, quanto priusquam caderet majoris potuit esse virtutis. Dicatur ergo Judaea, dicatur quid fuerit, et praecedentium magnitudo virtutum crescat ad cumulum sequentium delictorum. Locus sapphiri lapides ejus, et glebae illius aurum. Quid enim hoc loco per lapides, nisi sanctorum ac fortium mentes accipimus? In Scriptura etenim sacra aliquando lapides in malo, aliquando vero in bono accipi solent. Nam cum lapis pro insensibilitate ponitur, dura per lapides corda signantur. Unde et per Joannem dicitur: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae (Matth. III, 9). Qui videlicet nomine lapidum corda gentilium designat, dura tunc atque insensibilia per infidelitatem. Et per prophetam Dominus pollicetur, dicens: Auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum (Ezech. XI, 19). Rursum per lapides mentes fortium designari solent. Unde et per Petrum sanctis dicitur: Et vos tanquam lapides vivi superaedificamini domus spiritales (I Petr. II, 5).

51. La Sinagoga, que suministraba el pan de la ley y de las Escrituras, inflamada por la envidia, fue destruida.---Pan Judea solía dar, la que las palabras de la ley profería. Cuya ley ciertamente, porque entender ya los réprobos y explicar no podían, el profeta Jeremías en sus lamentos deplora, diciendo: Los párvulos pidieron pan, y no había quien se lo partiera (Lam. 4, 4). Pero esta tierra en su lugar fue subvertida por el fuego, porque viendo los signos de los fieles, con la tea de la envidia se abrasó. Porque pues siempre la envidia de la soberbia suele nacer, en su lugar pereció por el fuego la que por eso ardió en envidia, porque la soberbia no dejó. La tierra, pues, que antes tuvo pan, después fue subvertida por el fuego, puesto que la sinagoga, que los mandatos de Dios por la ley profirió, persiguiendo a la naciente Iglesia, por el fuego de la envidia se consumió. ¿O acaso no ardía con las teas de su emulación, cuando viendo los signos de nuestro Redentor, decía por medio de algunos de los suyos: ¿Qué hacemos, porque este hombre hace muchos signos? o ciertamente: Veis que nada aprovechamos, he aquí que todo el mundo se va tras él (Juan 11, 47). Veían de donde debían convertirse, y de allí se hacían más perversos. Buscaban extinguir a quien veían vivificar a los muertos. En la boca tenían la ley, pero perseguían al autor de la ley. La tierra, pues, de la que nacía el pan, en su lugar fue subvertida por el fuego, porque Judea en sí misma tuvo primero la ley que la alimentara, y después la envidia que la abrasara. De cuya descripción todavía se subañade:

CAPÍTULO XXXIII.

VERS. 6.---Locus sapphiri lapides ejus, et glebae illius aurum.

52. Aumenta la caída de los judíos la abundancia de dones y gracias con que antes fueron adornados.---Aumenta el reato de la culpa el elogio de la gloria precedente. Pues la caída de cada uno es de tanto mayor crimen, cuanto antes de que cayera pudo ser de mayor virtud. Dígase, pues, de Judea, dígase qué fue, y la magnitud de las virtudes precedentes crezca para el cúmulo de los delitos siguientes. Lugar de zafiro sus piedras, y sus terrones oro. ¿Qué otra cosa, pues, aceptamos en este lugar por piedras, sino las mentes de los santos y de los fuertes? Pues en la Sagrada Escritura a veces las piedras suelen aceptarse en mal sentido, y a veces en buen sentido. Pues cuando la piedra se pone por la insensibilidad, los corazones duros son significados por las piedras. De donde también por Juan se dice: Poderoso es Dios para de estas piedras suscitar hijos de Abraham (Mat. 3, 9). El cual ciertamente con el nombre de piedras designa los corazones de los gentiles, duros entonces e insensibles por la infidelidad. Y por el profeta el Señor promete, diciendo: Quitaré el corazón de piedra de vuestra carne, y os daré un corazón de carne (Ezeq. 11, 19). De nuevo, por las piedras suelen designarse las mentes de los fuertes. De donde también por Pedro se dice a los santos: Y vosotros como piedras vivas sed sobreedificados casas espirituales (1 Ped. 2, 5).

Et per prophetam Dominus venienti Ecclesiae pollicetur, dicens: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris, et ponam jaspidem propugnacula tua, et portas tuas in lapides sculptos; et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, universos filios tuos doctos a Domino (Isai. LIV, 11). Stravit namque in illa per ordinem lapides, quia in ea sanctas animas meritorum diversitate distinxit. Fundavit eam in sapphiris, qui scilicet lapides coloris aerei in se similitudinem tenent, quia robur Ecclesiae in animabus coelestia appetentibus solidatur. Et quoniam jaspis viridis est coloris, jaspidem propugnacula ejus posuit, quia illi contra adversarios pro sanctae Ecclesiae defensione objecti sunt, qui, internis desideriis virentes, nulla teporis reprobi ariditate marcescunt. Portas vero ejus posuit in lapides sculptos. Hi quippe portae sunt Ecclesiae, per quorum vitam atque doctrinam intrat in eam multitudo credentium. Qui pro eo etiam quod magnis operibus pollent, et id quod loquentes asserunt, viventes ostendunt, non puri, sed sculpti lapides esse memorantur. In quorum enim vita recta operatio cernitur, quasi in eisdem ipsis exprimitur quod egerunt. Ubi omnem quoque sanctorum numerum generali collectione concludens, subdidit: Omnes terminos tuos in lapides desiderabiles (Ibid. LIV, 12). Et, tanquam si audientes ista peteremus ut hos lapides quos diceret indicaret, adjunxit: Universos filios tuos doctos a Domino. Quia igitur de Judaea nunquam sanctae animae, quae coelestem vitam ducerent defuerunt, dicitur: Locus sapphiri lapides ejus. Et quia magna vitae ac sapientiae claritate per fidem fulsit, adjungitur: Et glebae illius aurum. Quid per glebas, nisi collectiones singulorum ordinum ac multitudines designantur? Glebae autem ex humore et pulvere constringuntur. Omnes ergo qui, rore gratiae infusi, ex mortis debito se pulverem esse veraci cognitione confessi sunt, dum vitae virtute clarescerent, quasi aureae in illa glebae jacuerunt. Glebas haec terra habuit in prophetis, glebas in doctoribus, glebas in Patribus antiquis, qui magna se infusione gratiae in professionis et operis unanimitate tenuerunt. Dicat ergo: Et glebae illius aurum, quia in ea multitudo spiritalium tanto majori virtute claruit, quanto se in Deum ac proximum majori unanimitate constrinxit.

53. Aurum quo fulgebant, perfidiae tenebris obscuratum.---Sed hoc aurum perfidiae est postmodum tenebris obscuratum. Cujus profecto nigredinem Jeremias propheta intuens deplorat, dicens: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus (Thren. IV, 1)? Aurum namque obscuratum est, quia in eis antiquus ille fidei atque innocentiae splendor, irruente perfidia, malitiae se nocte fuscavit. Quia igitur quid fuit audivimus: Locus scilicet sapphiri lapides ejus, et glebae illius aurum, nunc jam dilectus ille Deo populus cur tanta haec bona perdiderit audiamus. Sequitur.

Y por el profeta el Señor promete a la Iglesia que ha de venir, diciendo: He aquí que yo extenderé por orden tus piedras, y te fundaré en zafiros, y pondré el jaspe por tus baluartes, y tus puertas en piedras esculpidas; y todos tus términos en piedras deseables, todos tus hijos enseñados por el Señor (Is. 54, 11). Pues extendió en ella por orden las piedras, porque en ella distinguió las almas santas por la diversidad de méritos. La fundó en zafiros, los cuales piedras ciertamente de color aéreo en sí tienen la similitud, porque la robustez de la Iglesia en las almas que apetecen las cosas celestiales se consolida. Y puesto que el jaspe es de color verde, puso por baluartes de ella el jaspe, porque aquellos fueron opuestos contra los adversarios para la defensa de la santa Iglesia, los cuales, verdeando por los deseos internos, por ninguna aridez de tibieza réproba se marchitan. Sus puertas verdaderamente puso en piedras esculpidas. Estos ciertamente son las puertas de la Iglesia, por cuya vida y doctrina entra en ella la multitud de los creyentes. Quienes por eso también que polen en grandes obras, y aquello que hablando aseveran, viviendo muestran, no puras, sino esculpidas piedras se mencionan ser. Pues en cuya vida se discierne la recta operación, casi en ellos mismos se expresa lo que hicieron. Donde concluyendo también todo el número de los santos en una colección general, subañadió: Todos tus términos en piedras deseables (Ibíd. 54, 12). Y, como si los que oímos estas cosas pidiéramos que indicara estas piedras que decía, añadió: Todos tus hijos enseñados por el Señor. Porque, pues, de Judea nunca faltaron almas santas, que llevaran vida celestial, se dice: Lugar de zafiro sus piedras. Y porque brilló con gran claridad de vida y de sabiduría por la fe, se añade: Y sus terrones oro. ¿Qué por los terrones (glebas), sino las colecciones de cada uno de los órdenes y las multitudes se designan? Los terrones, empero, se constriñen por el humor y el polvo. Todos, pues, los que, infundidos por el rocío de la gracia, por el débito de la muerte confesaron con veraz conocimiento ser polvo, mientras por la virtud de la vida resplandecieran, como áureos terrones en ella yacieron. Terrones tuvo esta tierra en los profetas, terrones en los doctores, terrones en los antiguos Padres, que con gran infusión de gracia en la unanimidad de la profesión y de la obra se mantuvieron. Diga, pues: Y sus terrones oro, porque en ella la multitud de los espirituales con tanto mayor virtud brilló, cuanto con mayor unanimidad se unió en Dios y en el prójimo.

53. El oro con que brillaban, obscurecido por las tinieblas de la perfidia.---Pero este oro de la perfidia es después obscurecido por las tinieblas. Cuya nigredumbre ciertamente intuyendo el profeta Jeremías deplora, diciendo: ¿Cómo se ha obscurecido el oro, se ha mudado el color óptimo? (Lam. 4, 1). Pues el oro se obscureció, porque en ellos aquel antiguo esplendor de la fe y de la inocencia, irrumpiendo la perfidia, se ennegreció con la noche de la malicia. Porque pues qué fue oímos: A saber, lugar de zafiro sus piedras, y sus terrones oro, ahora ya aquel pueblo amado por Dios por qué tantos de estos bienes perdió oigamos. Sigue.

Caput XXXIV

[Vet. XXI].

VERS. 7.---Semitam ignoravit avis, nec intuitus est oculos vulturis.

54. Humilitatis Christi vias ignorantes, ejus mortis fructum amiserunt.---Quis hoc loco avis nomine, nisi ille signatur, qui corpus carneum quod assumpsit, ascendendo ad aethera libravit? Qui apte quoque etiam vulturis appellatione exprimitur. Vultur quippe dum volat, si jacens cadaver conspicit, ad esum se cadaveris deponit; et plerumque sic in morte capitur, dum ad mortuum animal de summis venit. Recte ergo mediator Dei et hominum redemptor noster vulturis appellatione signatur, qui manens in altitudine divinitatis suae, quasi a quodam volatu sublimi cadaver mortalitatis nostrae conspexit in infimis, et sese de coelestibus ad ima submisit. Fieri quippe propter nos homo dignatus est, et dum mortuum animal petiit, mortem apud nos qui apud se erat immortalis invenit. Sed hujus vulturis oculus fuit ipsa intentio nostrae resurrectionis, quia ipse ad triduum mortuus, ab aeterna nos morte liberavit. Ille ergo perfidus Judaeae populus mortalem vidit; sed quomodo morte sua nostram mortem destrueret, minime attendit. Conspexit quidem vulturem, sed oculos vulturis non aspexit. Qui dum humilitatis ejus vias quibus nos ad alta sublevavit considerare noluit, semitam avis ignoravit. Neque enim pensare studuit quod ejus nos humilitas levaret ad coelestia et mortis ejus intentio reformaret ad vitam. Semitam igitur ignoravit avis, nec intuitus est oculos vulturis, quia etsi vidit eum quem in morte tenuit, videre noluit quanta vitam nostram gloria de ejus morte sequeretur. Unde et ad crudelitatem quoque persecutionis exarsit, verba vitae recipere renuit, praedicatores regni coelorum prohibendo, saeviendo, feriendo repulit. Qui scilicet repulsi Judaeam ad quam missi fuerant deserentes, in gentilitatis collectionem dispersi sunt. Unde adhuc subditur:

Caput XXXV

[Rec. XX].

VERS. 8.---Non calcaverunt eam filii institorum, nec pertransivit per eam leaena.

Capítulo XXXIV

[Vet. XXI].

VERS. 7.---Semitam ignoravit avis, nec intuitus est oculos vulturis.

54. Ignorando las vías de la humildad de Cristo, perdieron el fruto de su muerte.---¿A quién en este lugar con el nombre de ave, sino a aquel se significa, que el cuerpo carnal que asumió, ascendiendo a los éteres equilibró? El cual aptamente también incluso con la apelación de buitre se expresa. El buitre ciertamente mientras vuela, si un cadáver yacente columbra, para el comer del cadáver se depone; y frecuentemente así en la muerte es capturado, mientras al animal muerto desde lo más alto viene. Rectamente, pues, el mediador de Dios y de los hombres, nuestro redentor, con la apelación de buitre es significado, quien permaneciendo en la altura de su divinidad, casi desde un cierto vuelo sublime el cadáver de nuestra mortalidad divisó en lo ínfimo, y se sometió a sí mismo desde lo celestial a lo profundo. Pues dignóse hacerse hombre por nosotros, y mientras buscó al animal muerto, la muerte encontró entre nosotros quien entre sí era inmortal. Pero del buitre el ojo fue la misma intención de nuestra resurrection, porque él mismo muerto por tres días, de la muerte eterna nos libró. Aquel, pues, pérfido pueblo de Judea al mortal vio; pero cómo con su muerte nuestra muerte destruiría, mínimamente atendió. Divisó ciertamente al buitre, pero los ojos del buitre no miró. El cual mientras las vías de su humildad, por las cuales nos elevó a lo alto, considerar no quiso, la senda de la ave ignoró. Pues ni pensar procuró que la humildad de él nos elevara a lo celestial y la intención de su muerte nos reformara para la vida. La senda, pues, ignoró la ave, ni miró los ojos del buitre, porque aunque vio a aquel a quien en la muerte retuvo, ver no quiso cuánta gloria de nuestra vida de la muerte de él se seguiría. De donde también para la crueldad de la persecución se inflamó, las palabras de vida recibir rehusó, a los predicadores del reino de los cielos prohibiendo, ensañándose, hiriendo repelió. Los cuales ciertamente repelidos, dejando a Judea a la cual habían sido enviados, en la colección de la gentilidad fueron dispersados. De donde todavía se subañade:

Capítulo XXXV

[Rec. XX].

VERS. 8.---No la pisaron los hijos de los agentes, ni pasó por ella la leona.

55. Apostoli eorumque successores Judaeam deseruerunt et gentilium conversioni insudarunt.---In cunctis Latinis Codicibus institutores positos reperimus, in Graecis vero negotiatores invenimus. Ex qua re colligi valet quod in hoc loco pro institoribus institutores scriptores quique ignorando posuerunt. Institores enim negotiatores dicimus, pro eo quod exercendo operi insistunt. Sed uterque sermo licet in voce dissonet, in intellectu non discrepat, quia omnes qui fidelium mores instituunt, spiritale negotium gerunt, ut cum praedicationem suis auditoribus praebent, ab eis fidem et opera recta percipiant, sicut de sancta Ecclesia scriptum est; Sindonem fecit et vendidit (Prov. XXXI, 24); de qua et paulo post illic dicitur: Vidit quod bona est negotiatio ejus (Ibid. XXXI, 18). Qui hoc loco institutores nisi prophetae sancti vocati sunt, qui synagogae mores ad fidem instituere curaverunt prophetando? Quorum nimirum filii sancti apostoli nuncupantur, qui ut Deum hominem crederent, ad eamdem fidem ex eorum sunt praedicatione generati. De quibus Ecclesiae per Psalmistam dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram (Psal. XLIV, 17). Sed quia repulsi apostoli a synagogae finibus sunt egressi, recte nunc dicitur: Non calcaverunt eam filii institorum. Calcarent quippe eam institorum filii, si praedicatores sancti ejusdem synagogae vitia calce virtutis premerent. Si autem institores eosdem sanctae Ecclesiae praedicatores accipimus, institorum filios pastores et doctores, qui apostolorum viam secuti sunt, nil obstat intelligi. Qui Synagogam minime calcaverunt, quia dum eorum patres, id est apostoli, ab illa repulsi sunt, ipsi quoque ab ejus vocatione cessaverunt.

[Vet. XXII.] 56. Synagoga relicta, gentibus colligendis Ecclesia studuit.---Per quam videlicet Synagogam leaena non pertransiit, quia sancta Ecclesia collectioni gentium dedita nequaquam sese ad illum Judaeae populum diutius occupavit. Recte autem Ecclesia leaena nuncupatur, quia male viventes in vitiis, ore sanctae praedicationis interficit. Unde et ipsi primo pastori quasi hujus leaenae ori dicitur: Macta et manduca (Act. X, 13). Quod mactatur quippe a vita occiditur, id vero quod comeditur, in comedentis corpore commutatur.

55. Los Apóstoles y sus sucesores dejaron Judea y trabajaron por la conversión de los gentiles.---En todos los Códices Latinos encontramos puestos "institutores" (*institutores*), pero en los Griegos encontramos "negociantes" (*negotiatores*). Por lo cual se puede colegir que en este lugar, en vez de "agentes" (*institoribus*), los "institutores" (*institutores*) fueron puestos por cada uno de los escribas por ignorancia. Pues llamamos "agentes" (*institores*) a los negociantes, por el hecho de que insisten en el ejercicio de su obra. Pero cada palabra, aunque disuene en la voz, no discrepa en el entendimiento, porque todos los que instituyen las costumbres de los fieles gestionan un negocio espiritual, para que cuando ofrecen la predicación a sus oyentes, perciban de ellos la fe y las obras rectas, como está escrito de la santa Iglesia: "Hizo una túnica y la vendió" (Prov. 31, 24); de la cual también poco después se dice allí: "Vio que es buena su negociación" (Ibíd. 31, 18). ¿Quiénes en este lugar sino los santos profetas son llamados "institutores," los cuales procuraron instituir las costumbres de la sinagoga para la fe profetizando? De los cuales ciertamente los santos apóstoles son llamados hijos, quienes para que creyeran en Dios hombre, a esa misma fe fueron engendrados a partir de la predicación de aquellos. De los cuales se dice a la Iglesia por el Salmista: "En lugar de tus padres, te han nacido hijos: los constituirás príncipes sobre toda la tierra" (Sal. 44, 17). Pero porque los apóstoles repelidos salieron de los confines de la sinagoga, rectamente se dice ahora: "No la pisaron los hijos de los agentes." Pues la pisarían los hijos de los agentes, si los santos predicadores oprimieran con el calcañar de la virtud los vicios de la misma sinagoga. Pero si aceptamos como "agentes" (*institores*) a esos mismos predicadores de la santa Iglesia, nada obsta que se entiendan como hijos de los agentes a los pastores y doctores que siguieron la vía de los apóstoles. Los cuales mínimamente pisaron la Sinagoga, porque mientras sus padres, esto es, los apóstoles, fueron repelidos de ella, ellos también cesaron de su vocación.

[Vet. XXII.] 56. Dejada la Sinagoga, la Iglesia se dedicó a reunir a los gentiles.---Por la cual Sinagoga ciertamente la leona no "pasó a través" (*pertransiit*), porque la santa Iglesia dedicada a la reunión de las gentes de ninguna manera se ocupó por más tiempo con aquel pueblo de Judea. Rectamente, pues, la Iglesia es llamada "leona," porque a los que viven mal en los vicios, los mata con la boca de la santa predicación. De donde también al mismo primer pastor, casi como a la boca de esta leona, se le dice: "Mata y come" (Hech. 10, 13). Pues lo que se mata se priva de la vida, pero aquello que se come, se conmuta en el cuerpo del que come.

Macta ergo et manduca dicitur, id est a peccato eos in quo vivunt interfice, et a seipsis illos in tua membra converte. Et quia haec Ecclesia corpus est Domini, ipse etiam Dominus Jacob voce leo vocatur ex se, leaena vocatur ex corpore, dum ei sub Judae specie dicitur: Ad praedam, fili mi, ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, et quasi leaena; quis suscitabit eum (Genes. XLIX, 9)? Haec igitur leaena nequaquam dicitur, quia per Judaeam non transiit, sed non pertransiit. Apostolis namque praedicantibus prius ex illa tria millia, postmodum quinque millia crediderunt. Ecclesia itaque per Synagogam transiit, sed non pertransiit, quia ex illa ad fidem paucos rapuit, sed tamen illum infidelem populum a perfidia funditus non exstinxit. Sed, quod saepe jam diximus, repulsa ab infidelitate Judaeorum, deflexit ad vocationem gentium. Unde adhuc de eadem leaena dicitur:

CAPUT XXXVI.

VERS. 9.---Ad silicem extendit manum suam, subvertit a radicibus montes.

57. Quarum duritiam emollivit, et superbiam stravit.---Manum quippe ad silicem extendit, quia ad duritiam gentium suae brachium praedicationis misit. Unde et idem beatus Job passionis suae historiam praesciens gentibus innotescendam, dicit: Scribantur haec stylo ferreo in plumbi lamina, vel certe sculpantur in silice (Job. XIX, 24). Qui vero hoc in loco montes, nisi hujus saeculi potentes accipimus, qui pro terrena substantia altum tument? De quibus Psalmista ait: Tange montes, et fumigabunt (Psal. CXLIII, 5). Sed montes a radicibus sunt eversi, quia, praedicante sancta Ecclesia, summae hujus saeculi potestates in adoratum omnipotentis Dei ab intima cogitatione ceciderunt. Radices enim montium cogitationes sunt intimae superborum. Et a radicibus montes cadunt, quia ad colendum Deum potestates saeculi ab imis cogitationibus prosternuntur. Recte etenim per radicem cogitatio occulta signatur, quia per hoc quod intus non cernitur, erumpit quod videatur foris. Unde et in bonam partem per prophetam dicitur: Emittet id quod salvatum fuerit de domo Juda, et quod reliquum est, mittet radicem deorsum, et faciet fructum sursum (Isai. XXXVII, 31). Ac si aperte diceretur: In imis cogitatio nascitur, ut in summis retributio reddatur. Dicat ergo: Ad silicem extendit manum suam, subvertit a radicibus montes, quia dum duritiam gentium sancta praedicatio petiit, superborum altitudinem funditus stravit. Quia vero eos quos a cogitationibus terrenis evacuat donis coelestibus replet, et quos infimis curis exhaurit supernis rigat fluentis, mox subditur:

"Mata y come," pues, se dice, esto es, mátalos respecto al pecado en que viven, y conviértelos de sí mismos en tus miembros. Y porque esta Iglesia es el cuerpo del Señor, el mismo Señor es llamado también león por la voz de Jacob a partir de sí mismo, y leona a partir de su cuerpo, mientras se le dice bajo la especie de Judá: "A la presa, hijo mío, has subido: descansando te has recostado como león, y como leona; ¿quién lo despertará?" (Gén. 49, 9). Esta, pues, de ninguna manera se dice que es leona porque no pasó por Judea, sino que no "pasó a través" de ella. Pues predicando los apóstoles, primero tres mil, después cinco mil creyeron de ella. La Iglesia, por tanto, pasó por la Sinagoga, pero no "pasó a través" de ella, porque de ella arrebató a unos pocos para la fe, pero sin embargo a aquel pueblo infiel de su perfidia no lo extinguió totalmente. Pero, como ya hemos dicho a menudo, repelida de la infidelidad de los judíos, se desvió hacia la vocación de las gentes. De donde todavía se dice de la misma leona:

CAPÍTULO XXXVI.

VERS. 9.---Al pedernal extendió su mano, subvirtió de raíz los montes.

57. Cuya dureza ablandó, y cuya soberbia abatió.---Pues extendió su mano al pedernal, porque a la dureza de las gentes envió el brazo de su predicación. De donde también el mismo bienaventurado Job, conociendo de antemano que la historia de su pasión habría de ser dada a conocer a las gentes, dice: "Escríbanse estas cosas con estilo de hierro en lámina de plomo, o ciertamente sean esculpidas en pedernal" (Job 19, 24). ¿A quiénes sino a los poderosos de este siglo aceptamos en este lugar como montes, los cuales por la sustancia terrena se hinchan a lo alto? De los cuales dice el Salmista: "Toca los montes, y humearán" (Sal. 143, 5). Pero los montes han sido subvertidos de raíz, porque, predicando la santa Iglesia, las más altas potestades de este siglo cayeron desde el íntimo pensamiento en la adoración del Dios omnipotente. Pues las raíces de los montes son los pensamientos íntimos de los soberbios. Y los montes caen de raíz, porque para el culto de Dios las potestades del siglo son postradas desde sus más profundos pensamientos. Rectamente, pues, por la raíz se significa el pensamiento oculto, porque a través de aquello que dentro no se discierne, irrumpe lo que se ve afuera. De donde también en sentido positivo se dice por el profeta: "Emitirá lo que hubiere sido salvado de la casa de Judá, y lo que restare, echará raíz hacia abajo, y hará fruto arriba" (Is. 37, 31). Como si abiertamente se dijera: En lo profundo nace el pensamiento, para que en lo alto se rinda la retribución. Diga, pues: "Al pedernal extendió su mano, subvirtió de raíz los montes," porque mientras la santa predicación buscó la dureza de las gentes, abatió desde los cimientos la altivez de los soberbios. Pero porque a aquellos a quienes vacía de pensamientos terrenos los colma con dones celestiales, y a quienes agota de cuidados ínfimos los riega con fluidos supremos, luego se subañade:

CAPUT XXXVII.

VERS. 10.---In petris rivos excidit.

58. In saxeis gentilium cordibus Deus fluvios praedicationis aperuit.---Id est, in duris gentilium cordibus fluvios praedicationis aperuit, sicut per prophetam quoque de irriganda dicitur ariditate gentilium: Posuit desertum in stagnum aquarum, et terram sine aqua in exitus aquarum (Psal. CVI, 35). Atque in Evangelio promittit Dominus, dicens: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina aquae vivae de ventre ejus fluent (Joan. VII, 88). Quod promissum tunc audivimus, etiam nunc completum videmus. Ecce enim in sanctis praedicatoribus, et non ex Judaea progenitis, per cunctam Ecclesiam toto orbe diffusam, fluenta caelestium mandatorum ubertim manant ore gentilium. Quia enim in petris rivos aperuit, ex duris quoque cordibus fluvius sanctae praedicationis emanavit. Sequitur:

CAPUT XXXVIII.

IBID.---Et omne pretiosum vidit oculus ejus.

60. Vilis Deo est mundus, et pretiosae animae quas elegit.---Sciendum magnopere est quia tanto unaquaeque anima fit pretiosior ante oculos Dei, quanto prae amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur: Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel (I Reg. XV, 17)? Ac si aperte diceret: Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi; sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. Unde et per prophetam dicitur: Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes (Isai. V, 21). Tanto ergo fit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi; tanto pretiosior Deo, quanto propter eum vilior sibi: Quia humilia respicit, et alta a longe cognoscit (Psal. CXXXVII, 6). [Vet. XXIII.] Omne itaque pretiosum vidit oculus ejus. In Scriptura sacra videre Dei, aliquando pro eligere ponitur, sicut in Evangelio scriptum est: Cum esses sub ficu, vidi te (Joan. I, 48); id est, positum te sub umbra legis elegi. Vidit ergo pretiosum quia humilia elegit: Infirma enim mundi elegit Deus, ut confunderet fortia (I Cor. I, 27).

CAPÍTULO XXXVII.

VERS. 10.---En las piedras excavó arroyos.

58. En los pétreos corazones de los gentiles Dios abrió los ríos de la predicación.---Esto es, en los duros corazones de los gentiles abrió los ríos de la predicación, como por el profeta también se dice sobre el riego de la aridez de los gentiles: "Puso el desierto en estanque de aguas, y la tierra sin agua en manantiales de aguas" (Sal. 106, 35). Y en el Evangelio promete el Señor, diciendo: "El que cree en mí, como dice la Escritura, ríos de agua viva fluirán de su vientre" (Juan 7, 38). La cual promesa entonces oímos, e incluso ahora vemos cumplida. Pues he aquí en los santos predicadores, y no de Judea engendrados, por toda la Iglesia difundida por todo el orbe, los raudales de los mandatos celestiales manan abundantemente de la boca de los gentiles. Porque en las piedras abrió arroyos, de los duros corazones también emanó el río de la santa predicación. Sigue:

CAPÍTULO XXXVIII.

IBÍD.---Y todo lo precioso vio su ojo.

60. Vil es para Dios el mundo, y preciosas las almas que eligió.---Ha de saberse grandemente que tanto más preciosa se hace cada alma ante los ojos de Dios, cuanto por el amor de la verdad hubiere sido más despreciable ante sus propios ojos. De aquí que se diga a Saúl: "¿Acaso cuando eras pequeñito a tus propios ojos, no te constituí cabeza en las tribus de Israel?" (1 Sam. 15, 17). Como si abiertamente dijera: Grande fuiste para mí, porque despreciable para ti; pero ahora porque eres grande para ti, te has vuelto despreciable para mí. De donde también se dice por el profeta: "¡Ay de vosotros que sois sabios a vuestros propios ojos, y ante vosotros mismos sois prudentes!" (Is. 5, 21). Tanto, pues, se hace cada uno más vil para Dios, cuanto más precioso para sí; tanto más precioso para Dios, cuanto por causa de él más vil para sí: "Porque a los humildes mira, y a los altos de lejos conoce" (Sal. 137, 6). [Vet. XXIII.] "Y todo lo precioso vio su ojo." En la sagrada Escritura el "ver" de Dios se pone a veces por "elegir," como está escrito en el Evangelio: "Cuando estabas bajo la higuera, te vi" (Juan 1, 48); esto es, puesto tú bajo la sombra de la ley te elegí. Vio, pues, lo precioso porque a los humildes eligió: "Pues lo débil del mundo eligió Dios, para confundir lo fuerte" (1 Cor. 1, 27).

Vidit pretiosum, cum humanam animam de se abjecta sapientem gratiae suae illustratione respexit. De qua videlicet anima per prophetam dicitur: Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris (Jerem. XV, 19). Vilis quippe Deo est mundus praesens, pretiosa vero ei est anima humana. Qui ergo pretiosum a vili separat, quasi os Domini vocatur, quia per eum Deus verba sua exerit, qui ab amore praesentis saeculi loquendo quae potest, humanam animam evellit. Et quia novi Testamenti doctores ad hoc usque perducti sunt, ut occultas quoque allegoriarum caligines in veteri Testamento rimentur, recte subditur:

Caput XXXIX

[Rec. XXI].

VERS. 11.---Profunda quoque fluviorum scrutatus est, et abscondita produxit in lucem.

60. Deus doctoribus sacris profunda et abscondita legis ac prophetarum revelavit.---Quid namque hic aliud flumina nisi antiquorum Patrum dicta nuncupantur? Quis enim pensare sufficiat quam vehemens fluvius, dum legem conderet, ex pectore Moysi erupit quam vehemens fluvius ex David corde defluxit; quanta a Salomonis ore atque omnium prophetarum fluminum fluenta manarunt? Sed horum fluminum Judaea speciem tenuit, dum litterae superficiem servans, eorum profunda nescivit. Nos vero qui veniente Domino in eis interna spiritalia quaerimus, eorum profunda rimamur. Quod ipse Dominus facere dicitur, quia id nos agere ipso donante praevalemus. Per nos ergo qui non litteram quae occidit, sed spiritum qui vivificat sequimur, profunda fluviorum Dominus scrutatur, et abscondita in lucem producit, quia dicta legis, quae caliginosa nimis historia obscurat, nunc expositio spiritalis illuminat. Unde et loquens in parabolis per Evangelium Veritas discipulis praecepit, dicens: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, praedicate super tecta (Matth. X, 27). Aperte namque dicta exponentium fecerunt nobis esse jam conspicuas sententias antiquorum Patrum. Unde Isaias propheta plana sanctae Ecclesiae expositionis verba conspiciens, et non allegoriarum tenebris obscura, exclamavit dicens: Locus fluviorum rivi latissimi et patentes. (Isai. XXXIII. 21). Testamenti enim veteris dicta quasi angusti et clausi rivi fuerant, qui immensas scientiae suae sententias collectione obscurissima constringebant. At contra doctrina sanctae Ecclesiae rivi et lati et patentes sunt, quia ejus dicta et invenientibus multa sunt et quaerentibus plana.

Vio lo precioso, cuando miró al alma humana, sabia respecto de las cosas desechadas de sí misma, por la ilustración de su gracia. De la cual alma ciertamente se dice por el profeta: "Si separares lo precioso de lo vil, serás como mi boca" (Jer. 15, 19). Pues vil para Dios es el mundo presente, pero preciosa para él es el alma humana. Aquel, pues, que separa lo precioso de lo vil, es llamado casi como boca del Señor, porque a través de él Dios emite sus palabras, quien hablando lo que puede, arranca el alma humana del amor del presente siglo. Y porque los doctores del Nuevo Testamento fueron conducidos hasta esto, que escudriñen también las ocultas calígines de las alegorías en el Antiguo Testamento, rectamente se subañade:

Capítulo XXXIX

[Rec. XXI].

VERS. 11.---Lo profundo de los ríos también escudriñó, y las cosas ocultas produjo a la luz.

60. Dios reveló a los santos doctores lo profundo y lo oculto de la ley y de los profetas.---¿Qué otra cosa sino los dichos de los antiguos Padres son llamados aquí ríos? Pues ¿quién puede bastar para pensar cuán vehemente río, mientras fundaba la ley, brotó del pecho de Moisés; cuán vehemente río fluyó del corazón de David; cuántos raudales de ríos manaron de la boca de Salomón y de todos los profetas? Pero Judea retuvo la apariencia de estos ríos, mientras observando la superficie de la letra, ignoró sus profundidades. Pero nosotros, que a la venida del Señor buscamos en ellos lo interno espiritual, escudriñamos sus profundidades. Lo cual se dice que hace el mismo Señor, porque nosotros prevalecemos para hacerlo por su donación. Por nosotros, pues, que no seguimos la letra que mata, sino el espíritu que vivifica, el Señor escudriña lo profundo de los ríos, y produce a la luz lo oculto, porque la exposición espiritual ilumina ahora los dichos de la ley, que la historia demasiado oscura ensombrece. De donde también la Verdad, hablando en parábolas por el Evangelio, mandó a los discípulos, diciendo: "Lo que os digo en tinieblas, decidlo en la luz; y lo que oís al oído, predicadlo sobre los techos" (Mat. 10, 27). Pues los dichos claros de los que los exponen han hecho que nos sean ya conspicuas las sentencias de los antiguos Padres. De donde el profeta Isaías, contemplando las palabras claras de la exposición de la santa Iglesia, y no oscuras por las tinieblas de las alegorías, exclamó diciendo: "Lugar de ríos, arroyos anchísimos y patentes" (Is. 33, 21). Pues los dichos del antiguo Testamento habían sido como arroyos estrechos y cerrados, que constreñían las inmensas sentencias de su ciencia en una colección oscurísima. Por el contrario, la doctrina de la santa Iglesia es como ríos anchos y patentes, porque sus dichos son muchos para los que los encuentran y claros para los que los buscan.

Ait ergo: Profunda fluviorum scrutatus est, et abscondita produxit in lucem. Quia dum suis expositoribus intelligentiae spiritum infudit, antiquas prophetantium obscuritates aperuit. Et hoc jam sancta Ecclesia per spiritum agnoscit, quod Synagoga prius per litteram intelligere omnino non valuit. Unde et Moyses cum populo loqueretur (Exod. XXXIV, 33), faciem velabat, ut videlicet designaret quod ille Judaeorum populus legis verba cognosceret, sed ejusdem claritatem legis omnimodo non videret. Unde recte et per Paulum dicitur: Usque in hodiernum enim diem cum legitur Moyses, velamen est positum super eor eorum (II Cor. III, 15). Sed quia dicta Dei nullatenus sine ejus sapientia penetrantur (nisi enim qui spiritum ejus acceperit, ejus nullo modo verba cognoscit), sanctus vir de investiganda eadem Dei sapientia verba subjungit, dicens:

Caput XL

[Vet. XXIV, Rec. XXII].

VERS. 12-15.---Sapientia vero ubi invenitur, et quis est locus intelligentiae? Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium. Abyssus dicit, Non est in me, et mare loquitur: Non est mecum. Non dabitur aurum obryzum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus.

61. Sapientiae Dei locus et pretium assignari non possunt.---Notandum prius est quod duo sibi proposuit, et duo subdit respondendo. Ad id namque quod superius dixit: Sapientia vero ubi invenitur, et quis est locus intelligentiae? Isto versu respondit: Abyssus dicit: Non est in me, et mare loquitur: Non est mecum. Ad id vero quod dixerat: Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium, inferiorem versum reddidit, dicens: Non dabitur aurum obryzum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus. Ad utraque ergo respondit, sed augendo quod objecerat, non solvendo. Cum sapientiae namque locum quaereret, ac deinde inferius responderet: Abyssus dicit: Non est in me, non ubi esset, sed ubi non esset indicavit. Rursus cum ab homine ejus pretium diceret ignorari, atque ad hoc inferius redderet: Non dabitur aurum obrysum pro ea, non quid esset ejus pretium, sed quid non esset ostendit. Cunctis autem liquet quod neque haec humana sapientia vel teneri loco, vel emi divitiis potest. Sed vir sanctus, mysticis sensibus plenus, ad alia nos intelligenda transmittit, ut non creatam sed creantem sapientiam requiramus.

Dice, pues: "Lo profundo de los ríos escudriñó, y las cosas ocultas produjo a la luz." Porque mientras infundió en sus expositores el espíritu de inteligencia, abrió las antiguas oscuridades de los que profetizaban. Y esto la santa Iglesia lo reconoce ya por el espíritu, lo cual la Sinagoga antes por la letra de ninguna manera pudo entender. De donde también Moisés, cuando hablaba al pueblo (Éx. 34, 33), velaba su cara, para que ciertamente designara que aquel pueblo de los judíos conociera las palabras de la ley, pero no viera de ninguna manera la claridad de la misma ley. De donde rectamente también se dice por Pablo: "Pues hasta el día de hoy, cuando se lee a Moisés, el velo está puesto sobre el corazón de ellos" (2 Cor. 3, 15). Pero porque los dichos de Dios de ninguna manera se penetran sin su sabiduría (pues a menos que uno haya recibido su espíritu, de ninguna manera conoce sus palabras), el santo varón subañade palabras sobre la investigación de esa misma sabiduría de Dios, diciendo:

Capítulo XL

[Vet. XXIV, Rec. XXII].

VERS. 12-15.---Mas la sabiduría ¿dónde se encuentra, y cuál es el lugar de la inteligencia? No sabe el hombre su precio, ni se encuentra en la tierra de los que viven suavemente. El abismo dice: No está en mí, y el mar habla: No está conmigo. No se dará oro puro por ella, ni se pesará plata en su cambio.

61. No pueden asignarse lugar ni precio a la Sabiduría de Dios.---Debe notarse primero que se propuso dos cosas a sí mismo, y subañade dos al responder. Pues a aquello que dijo arriba: "Mas la sabiduría ¿dónde se encuentra, y cuál es el lugar de la inteligencia?" respondió con este verso: "El abismo dice: No está en mí, y el mar habla: No está conmigo." Pero a lo que había dicho: "No sabe el hombre su precio, ni se encuentra en la tierra de los que viven suavemente," rindió el verso inferior, diciendo: "No se dará oro puro por ella, ni se pesará plata en su cambio." A ambas cosas, pues, respondió, pero aumentando lo que había objetado, no resolviéndolo. Pues cuando buscaba el lugar de la sabiduría, y luego respondía abajo: "El abismo dice: No está en mí," no indicó dónde estaba, sino dónde no estaba. De nuevo, cuando decía que su precio era ignorado por el hombre, y a esto rendía abajo: "No se dará oro puro por ella," no mostró cuál era su precio, sino cuál no era. A todos consta que ni esta sabiduría humana puede ser tenida en un lugar, ni ser comprada con riquezas. Pero el santo varón, lleno de sentidos místicos, nos remite a entender otras cosas, para que busquemos no la sabiduría creada sino la creadora.

Nam nisi in verbis istis allegoriarum secreta rimemur, ea utique quae sequuntur omnino sunt digna despectu, si ex sola historica narratione pensentur. Paulo post namque dicit: Non adaequabitur ei aurum vel vitrum. Et cum, sicut novimus, vitrum longe atque dissimiliter auro sit vilius, cur post auri nomen, metalli utique pretiosi, pro immensa laude vitrum quoque dixit sapientiae non aequari? Ipsa ergo litterae difficultate compellimur, ut ad sententias horum verborum mysticas vigilemus. Vir itaque sanctus quam sapientiam contemplatur, nisi eam de qua Paulus apostolus dicit: Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam (I Cor. I, 24)? De qua per Salomonem scriptum est: Sapientia aedificavit sibi domum (Prov. IX, 1); et de qua Psalmista ait: Omnia in sapientia fecisti (Psal. CIII, 24). Hujus nimirum sapientiae homo pretium nescit, quia nihil dignum aestimatione illius invenit. Non autem hoc sapientiae pretium et esse dicitur et nesciri, sed idcirco nesciri, quia deest: eo scilicet loquendi genere, quo in angustiis quisque deprehensus, cum remedium subventionis non invenit, fateri solet quia quid faciat nescit.

62. Nullius boni operis merito debetur.---Hujus ergo sapientiae pretium nescire, est digni operis meritum quo illam percipiat non invenire. Ad hoc namque pretium damus, ut ejus vice rem quam appetimus possidere debeamus. Quid autem nos dedimus ut hanc sapientiam, quae Christus est (Rom. XI, 6), percipere mereremur? Gratia quippe redempti sumus. Illa namque sola opera male vivendo dedimus, quibus si justa retributio servaretur, non Christus, sed supplicia redderentur. Sed aliud homo per justitiam meruit, aliud per gratiam accepit. Testetur Paulus, priusquam mens illius semen gratuitae veritatis acciperet, quibus sentibus premeretur erroris: Qui prius, inquit, fui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate (I Tim. I, 13). Testetur pro qualibus Christus mori dignatus est: Cum adhuc, inquit, peccatores essemus, secundum tempus Christus pro impiis mortuus est (Rom. V, 8). Qui ergo veniente sapientia impii inventi sumus, quid boni operis dedimus, quo accipere eamdem sapientiam mereremur? Hujus itaque sapientiae homo pretium nescit, quia quisquis a brutis animalibus rationis intellectu discretus est, quoniam quod suis meritis non sit salvatus intelligit, nihil se dedisse boni operis ut ad fidem veniret agnoscit. Quasi enim ad percipiendam sapientiam pretium dare est cognoscendum Deum actionis suae mercede praevenire.

Pues a menos que en estas palabras escudriñemos los secretos de las alegorías, aquellas cosas que siguen son ciertamente dignas de desprecio, si se pesan solo por la narración histórica. Pues poco después dice: "No se le igualará el oro ni el vidrio." Y como, según sabemos, el vidrio es mucho y diversamente más vil que el oro, ¿por qué después del nombre del oro, metal ciertamente precioso, por inmensa alabanza dijo que el vidrio tampoco se iguala a la sabiduría? Por la misma dificultad de la letra somos compelidos a vigilar los sentidos místicos de estas palabras. ¿Qué sabiduría contempla, pues, el santo varón, sino aquella de la cual dice el apóstol Pablo: "Cristo virtud de Dios, y sabiduría de Dios" (1 Cor. 1, 24)? Sobre la cual está escrito por Salomón: "La sabiduría se edificó una casa" (Prov. 9, 1); y de la cual dice el Salmista: "Todas las cosas hiciste en la sabiduría" (Sal. 103, 24). De esta sabiduría ciertamente no sabe el hombre el precio, porque nada digno de la estimación de ella encuentra. No se dice que este precio de la sabiduría sea y no se sepa, sino que por eso no se sabe, porque falta: a saber, por aquel modo de hablar por el cual cualquiera sorprendido en angustias, cuando no encuentra el remedio de la subvención, suele confesar que no sabe qué hacer.

62. A ningún mérito de obra buena se debe.---Ignorar, pues, el precio de esta sabiduría, es no encontrar mérito de obra digna por la cual percibirla. Pues para esto damos un precio, para que en su lugar debamos poseer la cosa que deseamos. Mas ¿qué dimos nosotros para que mereciéramos percibir esta sabiduría, que es Cristo (Rom. 11, 6)? Ciertamente por la gracia hemos sido redimidos. Pues aquellas solas obras dimos viviendo mal, por las cuales si se reservara una justa retribución, no a Cristo, sino los suplicios se rendirían. Pero una cosa mereció el hombre por la justicia, otra recibió por la gracia. Atestigüe Pablo, antes que su mente recibiera la semilla de la verdad gratuita, por qué espinas de error era oprimido: "Quien antes," dice, "fui blasfemo, y perseguidor, y contumelioso; pero alcancé misericordia, porque ignorando lo hice en la incredulidad" (1 Tim. 1, 13). Atestigüe por quiénes dignóse morir Cristo: "Cuando todavía," dice, "éramos pecadores, según el tiempo Cristo murió por los impíos" (Rom. 5, 8). Nosotros, pues, que a la venida de la sabiduría fue hallados impíos, ¿qué de obra buena dimos, por lo que mereciéramos recibir esa misma sabiduría? No sabe, pues, el hombre el precio de esta sabiduría, porque cualquiera que por el entendimiento de la razón está distinguido de los animales brutos, puesto que entiende que no por sus méritos fue salvado, reconoce que nada dio de obra buena para que viniera a la fe. Pues dar un precio para percibir la sabiduría es como prevenir a Dios con la recompensa de la propia acción.

63. Gratia gratis datur, non ex meritis.---Non esse hujus sapientiae pretium cognoverat, qui dicebat: Quis prior dedit illi, et retribuetur ei? (Rom. XI, 35). Hinc iterum scriptum est: Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ut ne quis glorietur (Ephes. II, 8). Hinc de semetipso iterum loquitur, dicens: Gratia Dei sum id quod sum (I Cor. XV, 10). Ex cujus nimirum aspiratione gratiae, quia virtutum opera protinus in corde generantur, ut ex libero quoque arbitrio subsequatur actio, cui post hanc vitam retributio aeterna respondeat, illico adjecit: Et gratia ejus in me vacua non fuit (Ibid. XV, 10). [Vet. XXV.] Sed sunt nonnulli qui sanos se suis viribus exsultant, suisque praecedentibus meritis redemptos se esse gloriantur. Quorum profecto assertio invenitur sibimetipsis contraria, quia dum et innocentes se asserunt, et redemptos, hoc ipsum in se redemptionis nomen evacuant. Omnis namque qui redimitur, ex aliqua procul dubio captivitate liberatur. Unde ergo quilibet iste redemptus est, si prius non fuit sub culpa captivus? Liquet itaque quia multum desipit quisquis haec sapit. Hominis quippe meritum superna gratia non ut veniat invenit, sed postquam venerit, facit; atque et ad indignam mentem veniens Deus, dignam sibi exhibet veniendo; et facit in ea meritum quod remuneret, qui hoc solum invenerat quod puniret.

[Ret. XXIII.] 64. Praedestinationis gratuitae exemplum in latrone salutem consecuto.---Libet inter haec mentis oculos ad illum latronem reducere, qui de fauce diaboli ascendit crucem, de cruce paradisum. Intueamur qualis ad patibulum venerit, et a patibulo qualis abscessit. Venit reus fraterno sanguine, venit cruentus, sed interna gratia est mutatus in cruce; et ille qui mortem fratri intulit, morientis Domini vitam praedicavit, dicens: Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum (Luc. XXIII, 42). In cruce clavi manus ejus pedesque ligaverant, nihilque in eo a poenis liberum nisi cor et lingua remanserant. Inspirante Deo totum illi obtulit, quod in se liberum invenit, ut juxta hoc quod scriptum est: Corde crederet ad justitiam, ore confiteretur ad salutem (Rom. X, 10). In corde autem fidelium tres summopere manere virtutes testatur Apostolus, dicens: Nunc autem manent fides, spes, charitas (I Cor. XIII, 13). Quas cunctas subita repletus gratia et accepit latro, et servavit in cruce.

63. La gracia se da gratuitamente, no por los méritos.---Que no hay precio de esta sabiduría lo había conocido quien decía: "¿Quién le dio primero a él, y le será retribuido?" (Rom. 11, 35). De aquí que de nuevo esté escrito: "Por gracia habéis sido salvados por la fe, y esto no de vosotros, sino que es don de Dios; no por las obras, para que nadie se gloríe" (Ef. 2, 8). De aquí que de nuevo hable de sí mismo, diciendo: "Por la gracia de Dios soy lo que soy" (1 Cor. 15, 10). De cuya aspiración de la gracia ciertamente, porque las obras de las virtudes son generadas al punto en el corazón, para que del libre albedrío también se siga la acción, a la cual después de esta vida responda la retribución eterna, al punto añadió: "Y su gracia en mí no fue vacua" (Ibíd. 15, 10). [Vet. XXV.] Pero hay algunos que se exultan de estar sanos por sus propias fuerzas, y se glorían de haber sido redimidos por sus propios méritos precedentes. Cuya aserción se encuentra ciertamente contraria a sí mismos, porque mientras se afirman tanto inocentes como redimidos, evacuan este mismo nombre de la redención en sí mismos. Pues todo el que es redimido, sin duda alguna es liberado de alguna cautividad. ¿De dónde, pues, fue redimido cualquiera de estos, si antes no fue cautivo bajo la culpa? Consta, pues, que mucho desvaría cualquiera que siente estas cosas. Pues la gracia suprema no encuentra el mérito del hombre para que venga, sino que después de que hubiere venido, lo hace; y Dios, viniendo incluso a una mente indigna, se la exhibe digna a sí mismo viniendo; y hace en ella el mérito que remunere, quien solo había encontrado aquello que castigar.

[Ret. XXIII.] 64. Ejemplo de la predestinación gratuita en el ladrón que alcanzó la salvación.---Pláce entre estas cosas reducir los ojos de la mente a aquel ladrón, el cual desde la fauce del diablo ascendió a la cruz, de la cruz al paraíso. Consideremos de qué clase de hombre vino al patíbulo, y de qué clase de hombre del patíbulo se retiró. Vino culpable de sangre fraterna, vino ensangrentado, pero por la gracia interna fue mudado en la cruz; y aquel que la muerte a su hermano infirió, la vida del Señor moribundo predicó, diciendo: "Acuérdate de mí, Señor, cuando vengas en tu reino" (Luc. 23, 42). En la cruz los clavos sus manos y sus pies habían ligado, y nada en él libre de las penas, excepto el corazón y la lengua, habían permanecido. Por la inspiración de Dios todo se lo ofreció a él, lo que en sí encontró libre, para que según esto que está escrito: "Con el corazón creyera para la justicia, con la boca confesara para la salvación" (Rom. 10, 10). Mas en el corazón de los fieles tres virtudes summamente permanecer atestigua el Apóstol, diciendo: "Mas ahora permanecen la fe, la esperanza, la caridad" (1 Cor. 13, 13). Todas las cuales, lleno de súbita gracia, tanto recibió el ladrón como las conservó en la cruz.

Fidem namque habuit, qui regnaturum Dominum credidit, quem secum pariter morientem vidit: spem habuit qui regni ejus aditum postulavit, dicens: Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum (Luc. XXIII, 42). Charitatem quoque in morte sua vivaciter tenuit, qui fratrem et collatronem pro simili scelere morientem, et de iniquitate sua arguit, et ei vitam quam cognoverat praedicavit dicens: Neque tu times Deum, qui in eadem es damnatione. Et nos quidem juste; nam digna factis recipimus; hic vero nihil mali gessit (Ibid., 40). Ille qui talis ad crucem venit ex culpa, ecce qualis a cruce recedit ex gratia. Confitebatur Dominum, quem videbat secum humana infirmitate morientem, quando negabant apostoli eum quem miracula viderant divina virtute facientem.

[Vet. XXVI.] 65. Error eorum qui salvari hominem propriis viribus astruunt.---Sed hi qui salvari hominem propriis viribus astruunt, eamdem confessionem hominis ab ipsius esse hominis virtute suspicantur. Quod si ita esset, in Dei laude Psalmista non diceret: Confessio et magnificentia opus ejus (Psal. CX, 3). Ab eo itaque accipimus recta confiteri, a quo nobis et magna datur operari. Quia ergo nil boni operis dedimus quo hanc sapientiam percipere mereremur, dicatur recte: Nescit homo pretium ejus, quoniam quisquis jam ratione utitur, tanto altius sub hujus sapientiae intellectu se despicit, quanto ejusdem sapientiae verius interna cognoscit, ut indignum se ad hanc pervenisse videat, per quam gratuito agitur ut dignus fiat. De qua bene mox subditur.

Caput XLI

[Rec. XXIV].

VERS. 13.---Nec in terra suaviter viventium.

66. Quisquis hujus vitae voluptatibus pascitur, ab aeternae sapientiae intellectu separatur.---Quid hoc in loco terrae signatur nomine, nisi anima humana? De qua Psalmista dicit: Anima mea sicut terra sine aqua tibi (Psal. CXLII, 6). Haec autem sapientia inveniri in terra suaviter viventium non valet, quia quisquis adhuc hujus vitae voluptatibus pascitur, ab aeternae sapientiae intellectu separatur. Nam si vere saperet, expulsus ab internis gaudiis, de ea in quam cecidit, exsilii sui caecitate lugeret.

Pues tuvo fe quien creyó que el Señor habría de reinar, a quien vio muriendo igualmente consigo: tuvo esperanza quien el acceso de su reino pidió, diciendo: "Acuérdate de mí, Señor, cuando vengas en tu reino" (Luc. 23, 42). La caridad también en su muerte vivamente mantuvo, quien a su hermano y coladrón muriendo por un crimen semejante, tanto por su iniquidad arguyó, como le predicó la vida que había conocido diciendo: "¿Ni tú temes a Dios, que estás en la misma condenación? Y nosotros ciertamente con justicia; pues cosas dignas de nuestros hechos recibimos; mas este nada malo hizo" (Ibíd., 40, 41). Aquel que de tal clase vino a la cruz por la culpa, he aquí de qué clase se retira de la cruz por la gracia. Confesaba al Señor, a quien veía morir consigo en la humana flaqueza, cuando lo negaban los apóstoles a aquel a quien habían visto hacer milagros por la divina virtud.

[Vet. XXVI.] 65. Error de aquellos que afirman que el hombre se salva por sus propias fuerzas.---Pero estos que afirman que el hombre se salva por sus propias fuerzas, sospechan que esa misma confesión del hombre es a partir de la virtud del mismo hombre. Lo cual si así fuera, en la alabanza de Dios el Salmista no diría: "Confesión y magnificencia son obra suya" (Sal. 110, 3). De él, pues, recibimos el confesar cosas rectas, de quien nos es dado también el obrar cosas grandes. Porque, por tanto, nada de obra buena dimos por lo que mereciéramos percibir esta sabiduría, dígase rectamente: "No sabe el hombre su precio," puesto que cualquiera que ya usa la razón, tanto más profundamente bajo el entendimiento de esta sabiduría se desprecia a sí mismo, cuanto de la misma sabiduría más verdaderamente lo interno conoce, para que se vea indigno de haber llegado a ella, a través de la cual gratuitamente se actúa para que se haga digno. Sobre la cual bien se subañade luego:

Capítulo XLI

[Rec. XXIV].

VERS. 13.---Ni en la tierra de los que viven suavemente.

66. Cualquiera que se apacienta de las voluptuosidades de esta vida, se separa del entendimiento de la eterna sabiduría.---¿Qué se significa en este lugar con el nombre de tierra, sino el alma humana? De la cual dice el Salmista: "Mi alma es para ti como tierra sin agua" (Sal. 142, 6). Pero esta sabiduría no puede encontrarse en la tierra de los que viven suavemente, porque cualquiera que todavía se apacienta de las voluptuosidades de esta vida, se separa del entendimiento de la sabiduría eterna. Pues si verdaderamente fuera sabio, expulsado de los goces internos, por aquella en la que cayó, lloraría en la ceguera de su exilio.

Hinc namque per Salomonem dicitur: Qui apponit scientiam, apponit et dolorem (Eccle. I, 18), quia quanto plus homo coeperit scire quid perdidit, tanto plus lugere incipit corruptionis suae sententiam quam invenit. Considerat namque unde quo lapsus est; quod a paradisi gaudiis ad aerumnas vitae praesentis, ab angelorum societatibus venit ad curas necessitatum; pensat in quot jam periculis jacet, qui prius sine periculo stare contempsit; luget exsilium quod damnatus patitur, et suspirat ad coelestis gloriae statum, quo perfrui securus posset si peccare noluisset. Quod bene Psalmista considerans, ait: Ego dixi in pavore meo: Projectus sum a vultu oculorum tuorum (Psal, XXX, 23). Contemplatus quippe interna gaudia visionis Dei, et socialem frequentiam angelorum persistentium, reduxit oculos ad ima, vidit quo jaceret, qui ad hoc conditus fuerat, ut in coelestibus stare potuisset; pensavit ubi esset, et quo deesset ingemuit; projectumque se a vultu oculorum Dei doluit, quia in comparatione lucis intimae graviores senserat exsilii sui tenebras quas tolerabat [Vet. XXVII]. Hinc est quod ad animum suum ex praesenti vita nullius gratiae consolationem admittit, dicens: Negavi consolari animam meam (Psal. LXXVI, 3). Nam plerumque hujus saeculi divites solent mentis taedio affecti, bona temporaliter accepta conspicere, et tristitiam delinire. Cum enim moerore quodam se tangi sentiunt, equos aspiciunt, auri argentique sui vascula contemplantur, praedia circumeunt. Cumque per haec temporalia oculos libenter trahunt, obortum animae moerorem vincunt. Unde eis et in Evangelio Veritas dicit: Vae vobis divitibus, qui hic habetis consolationem vestram (Luc. VI, 24). But sanctus vir qui hoc luget, quia ab aeternis gaudiis cecidit, consolationem de temporalibus non admittit, dicens: Negavi consolari animam meam. Ac si aperte dicat: Qui de temporalium amissione non lugeo, de temporalium abundantia consolari nequaquam possum. Cui tanquam si nos audientes ista diceremus: Quid igitur quaeris, qui consolari in his quae mundi sunt renuis? illico adjecit: Memor fui Dei, et delectatus sum (Psal. LXXVI, 4). Ac si aperte dicat: Terrenarum rerum me nec abundantia refovet, auctoris autem mei quem adhuc videre non valeo vel sola memoria delectat. Haec est igitur amaritudo sapientium, quia dum spe in alta erecti sunt, nullis hic gaudiis animum sternunt. Hinc enim scriptum est: Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum ubi laetitia (Eccle. VII, 5). Hinc Jacobus dicit: Miseri estote, et lugete, et plorate, et risus vester in luctum convertatur, et gaudium in moerorem (Jac. IV, 9). Hinc per semetipsam Veritas attestatur, dicens: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur (Matth, V, 5).

Pues de aquí se dice por Salomón: "Quien añade ciencia, añade también dolor" (Ecl. 1, 18), porque cuanto más hubiere empezado el hombre a saber qué perdió, tanto más empieza a llorar la sentencia de su corrupción que encontró. Pues considera de dónde a dónde ha caído; que de los goces del paraíso vino a las penalidades de la vida presente, de las sociedades de los ángeles a los cuidados de las necesidades; sopesa en cuántos peligros yace ahora, quien antes desdeñó estar sin peligro; llora el exilio que condenado padece, y suspira por el estado de la gloria celestial, del cual seguro podría disfrutar si no hubiera querido pecar. Lo cual considerando bien el Salmista, dice: "Yo dije en mi pavor: He sido proyectado desde la faz de tus ojos" (Sal. 30, 23). Contemplados ciertamente los goces internos de la visión de Dios, y la frecuencia social de los ángeles persistentes, redujo los ojos a lo ínfimo, vio dónde yacía quien para esto había sido creado, para que pudiera estar en lo celestial; sopesó dónde estaba, y por lo que le faltaba gimió; y dolióse de estar proyectado desde la faz de los ojos de Dios, porque en comparación de la luz íntima, más gravemente había sentido las tinieblas de su exilio que toleraba. [Vet. XXVII.] De aquí es que a su ánimo no admite consolación de ninguna gracia de la presente vida, diciendo: "Mi alma se negó a ser consolada" (Sal. 76, 3). Pues frecuentemente suelen los ricos de este siglo, afectados por el tedio de la mente, mirar los bienes recibidos temporalmente, y suavizar la tristeza. Pues cuando sienten que les toca cierta pesadumbre, miran los caballos, contemplan sus vasijas de oro y plata, recorren sus predios. Y cuando por estas cosas temporales de buen grado llevan los ojos, vencen la pesadumbre nacida en el alma. De donde a ellos dice también la Verdad en el Evangelio: "¡Ay de vosotros ricos, que aquí tenéis vuestra consolación!" (Luc. 6, 24). Pero el santo varón que llora esto, porque de los goces eternos cayó, no admite consolación de las cosas temporales, diciendo: "Mi alma se negó a ser consolada." Como si abiertamente dijera: Yo que no lloro por la pérdida de las cosas temporales, de la abundancia de las temporales de ninguna manera puedo ser consolado. A quien como si nosotros oyentes dijéramos estas cosas: ¿Qué buscas, pues, tú que rehúsas ser consolado en estas cosas que son del mundo? al punto añadió: "Me acordé de Dios, y me deleité" (Sal. 76, 4). Como si abiertamente dijera: Ni la abundancia de las cosas terrenas me reconforta, sino solo la memoria de mi autor, a quien todavía no puedo ver, me deleita. Esta es, pues, la amargura de los sabios, porque mientras con la esperanza están erigidos a lo alto, con ningún gozo aquí abaten el ánimo. Pues de aquí está escrito: "El corazón de los sabios donde está la tristeza, y el corazón de los necios donde la alegría" (Ecl. 7, 5). De aquí dice Santiago: "Sed miserables, y llorad, y gemid, y vuestra risa se convierta en luto, y el gozo en pesadumbre" (Sant. 4, 9). De aquí por sí misma la Verdad atestigua, diciendo: "Bienaventurados los que lloran, porque ellos serán consolados" (Mat. 5, 5).

Inveniri ergo sapientia in eorum terra non potest, qui suaviter vivunt, quia tanto verius stulti sunt, quanto majora perdentes, in minimis laetantur. Hinc Petrus eamdem pravorum stultitiam reprehendit, dicens: Voluptatem existimantes diei delicias, coinquinationis et maculae (II Pet. II, 13). Hinc Salomon ait: Risum deputavi errorem, et gaudio dixi: Quid frustra deciperis (Eccle. II, 2). Dicat itaque vir sanctus de sapientia: Nec invenitur in terra suaviter viventium, quia nimirum qui in hoc mundo suaviter vivunt ita adhuc stulti sunt, ut hoc ipsum quoque nesciant, unde ceeiderunt. Sequitur:

Caput XLII

[Rec. XXV].

VERS. 14.---Abyssus dicit, Non est in me.

67. A Dei sapientia sunt alieni, qui secundum carnem mundumque sapiunt.--- Quid hoc loco abyssum nisi corda hominum vocat? quae et per lapsum fluida et per duplicitatis sunt caliginem tenebrosa. Quae nimirum abyssus non esse in se hanc sapientiam profitetur, quia iniqua mens dum esse sapiens carnaliter appetit, stultam se ad spiritalia ostendit. Nam quia, teste Paulo, Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum (I Cor. III, 19), tanto quisque amplius intus stultus fit, quanto conatur exterius sapiens videri. De hac abysso per Joannem dicitur: Vidi angelum descendentem de coelo, habentem clavem abyssi, et catenam magnam in manu sua; et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, et satanas, et ligavit eum per annos mille, et misit in abyssum, et clausit, et signavit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni (Apoc. XX, 1). Millenario etenim numero non quantitatem temporis, sed universitatem, qua regnat Ecclesia, designavit. Antiquus autem serpens ligatus catena in abyssum mittitur, quia religatus a bonorum cordibus, apud reproborum mentes reclusus, eis atrocius dominatur. Qui paulo post quoque de puteo abyssi educi describitur, quia de iniquorum cordibus nunc occulte saevientibus, tunc accepta contra Ecclesiam potestate, in vim aperte persecutionis erumpet. Haec itaque abyssus, in qua nunc diabolus servatur occultus, non esse in se sapientiam dicit, quia alienam se a vera sapientia iniquis operibus ostendit.

No puede, pues, encontrarse la sabiduría en la tierra de aquellos que viven suavemente, porque tanto más verdaderamente son necios, cuanto perdiendo cosas mayores, en las mínimas se alegran. De aquí Pedro reprende esa misma necedad de los perversos, diciendo: "Estimando como voluptuosidad las delicias del día, manchas y máculas" (2 Ped. 2, 13). De aquí dice Salomón: "A la risa la reputé error, y al gozo dije: ¿Por qué te engañas frustradamente?" (Ecl. 2, 2). Diga, pues, el santo varón sobre la sabiduría: "Ni se encuentra en la tierra de los que viven suavemente," porque ciertamente los que en este mundo viven suavemente son todavía tan necios, que esto mismo también ignoran, de dónde cayeron. Sigue:

Capítulo XLII

[Rec. XXV].

VERS. 14.---El abismo dice: No está en mí.

67. De la sabiduría de Dios son ajenos los que saben según la carne y el mundo.---¿A qué en este lugar llama abismo sino a los corazones de los hombres? los cuales son tanto fluidos por la caída como tenebrosos por la calígine de la duplicidad. El cual abismo ciertamente profesa no estar en sí esta sabiduría, porque la mente inicua, mientras desea ser sabia carnalmente, se muestra necia para lo espiritual. Pues porque, como atestigua Pablo: "La sabiduría de este mundo necedad es ante Dios" (1 Cor. 3, 19), tanto más se hace cada uno necio interiormente, cuanto más se esfuerza por parecer sabio exteriormente. Sobre este abismo se dice por Juan: "Vi un ángel descendiendo del cielo, teniendo la llave del abismo, y una gran cadena en su mano; y aprehendió al dragón, la serpiente antigua, que es el diablo, y satanás, y lo ligó por mil años, y lo envió al abismo, y lo cerró, y selló sobre él, para que no seduzca más a las gentes, hasta que se consuman los mil años" (Apoc. 20, 1-3). Pues con el número milenario no la cantidad del tiempo, sino la universalidad en la que reina la Iglesia designó. Mas la serpiente antigua ligada con cadena es enviada al abismo, porque relegada de los corazones de los buenos, recluida en las mentes de los réprobos, sobre ellos domina más atrozmente. El cual poco después también se describe ser sacado del pozo del abismo, porque de los corazones de los inicuos que ahora rabian ocultamente, entonces aceptada la potestad contra la Iglesia, irrumpirá en la fuerza de la persecución abierta. Este abismo, pues, en el cual ahora el diablo se reserva oculto, dice no estar en sí la sabiduría, porque se muestra ajeno a la verdadera sabiduría por las obras inicuas.

Dum enim malitiam quisque tegit in corde, ore autem blandimenta exhibet, dum cogitationes suas duplicitate obnubilat, dum puritatis verba quasi fatuitatem devitat, dum vias simplicis innocentiae declinat, quasi habere se abyssus Dei sapientiam recusat. Et quia huic mundo mentes deditae praesentis vitae curis et sollicitudinibus perturbantur, et idcirco ejusdem sapientiae tranquillitate perfrui nequaquam possunt, recte subjungitur:

CAPUT XLIII.

IBID.---Et mare loquitur: Non est mecum.

68. Ea non fruuntur, qui terrenis distrahuntur curis.---Quid enim maris nomine nisi saecularium mentium amara inquietudo signatur? Quae dum se vicissim inimicitiis impetunt, quasi adversantes se undae collidunt. Recte etenim mare vita saecularium dicitur, quia dum procellosis actionum motibus concitatur, ab internae sapientiae quiete atque stabilitate disjungitur. Quo contra bene per prophetam dicitur: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum, et trementem sermones meos (Isai. LXVI, 2)? A terrenis autem mentibus tanto longius spiritus fugit, quanto apud has quietem non invenit. Hinc est enim quod de quibusdam per Psalmistam dicitur: Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt (Psal. XIII, 3). A qua nimirum contritione perturbationis nos Dominus revocat, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam; tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris (Matth. XI, 28). Quid enim in hac vita laboriosius quam terrenis desideriis aestuare? aut quid hic quietius quam hujus saeculi nihil appetere?

[Vet. XXVIII.] Hinc est quod Israeliticus populus custodiam Sabbati accepit in munere (Exod. XVI, 29); hinc e contra est Aegyptus muscarum multitudine percussa (Exod. VIII, 21). Populus namque qui Deum sequitur accipit sabbatum, id est requiem mentis, ut nullo in hac vita desideriorum carnalium appetitu fatigetur. Aegyptus vero quae hujus mundi speciem tenet muscis percutitur. Musca enim nimis insolens et inquietum animal est. In qua quid aliud quam insolentes curae desideriorum carnalium designantur?

Mientras, pues, cada uno encubre la malicia en el corazón, pero en la boca exhibe halagos, mientras nubla sus pensamientos con la duplicidad, mientras evita las palabras de pureza como si fueran fatuidad, mientras declina las vías de la simple inocencia, como que rehúsa el abismo tener la sabiduría de Dios. Y porque las mentes dedicadas a este mundo son perturbadas por los cuidados y solicitudes de la presente vida, y por ello de ninguna manera pueden disfrutar de la tranquilidad de esa misma sabiduría, rectamente se subañade:

CAPÍTULO XLIII.

IBID.---Y el mar dice: No está conmigo.

68. No disfrutan de ella quienes se distraen con cuidados terrenos.---¿Pues qué se significa con el nombre del "mar" sino la amarga inquietud de las mentes seculares? Las cuales, mientras se acometen entre sí por turnos con enemistades, chocan como olas adversas. Rectamente, pues, la vida de los seculares es llamada mar, porque mientras es agitada por los procelosos movimientos de las acciones, es separada de la quietud y estabilidad de la sabiduría interna. Por el contrario, bien se dice por el profeta: "¿Sobre quién descansará mi espíritu, sino sobre el humilde y quieto, y el que tiembla ante mis palabras?" (Is. 66, 2). Pero el espíritu huye tanto más lejos de las mentes terrenas, cuanto que en ellas no encuentra quietud. De aquí es, pues, lo que de ciertos se dice por el Salmista: "Contrición e infelicidad hay en sus caminos, y el camino de la paz no lo conocieron" (Sal. 13, 3). De la cual contrición de perturbación ciertamente nos retrae el Señor, diciendo: "Venid a mí todos los que trabajáis y estáis cargados, y yo os refrescaré; tomad mi yugo sobre vosotros, y aprended de mí, que soy manso y humilde de corazón, e inveniréis descanso para vuestras almas" (Mt. 11, 28-29). ¿Pues qué hay en esta vida más laborioso que arder con deseos terrenos? ¿o qué hay aquí más quieto que no apetecer nada de este siglo?

[Vet. XXVIII.] De aquí es que el pueblo israelítico recibió la custodia del Sábado como un don (Éx. 16, 29); de aquí, por el contrario, es Egipto herido con una multitud de moscas (Éx. 8, 21). Pues el pueblo que sigue a Dios recibe el sábado, esto es, el descanso de la mente, para que por ningún apetito de deseos carnales sea fatigado en esta vida. Pero Egipto, que tiene la forma de este mundo, es herido con moscas. Pues la mosca es un animal excesivamente insolente e inquieto. ¿En la cual qué otra cosa se designa sino los insolentes cuidados de los deseos carnales?

Unde alias dicitur: Muscae morientes perdunt suavitatem unguenti (Eccle. X, 1), quia cogitationes superfluae, quae assidue in animo carnalia cogitante et nascuntur et deficiunt, eam suavitatem qua unusquisque intrinsecus per spiritum unctus est perdunt, quoniam integritate ejus perfrui non permittunt. Aegyptus ergo muscis percutitur, quia eorum corda qui terrenam vitam diligunt, dum desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur, turbis cogitationum carnalium ad ima depressa sunt, ut ad quietis intimae desiderium non leventur. Unde cum mira ope pietatis ad cor veritas venit, prius ab eo cogitationum carnalium aestus ejicit, et post in eo virtutum dona disponit. Quod bene nobis sacra Evangelii historia innuit, in qua dum ad resuscitandam filiam principis invitatus Dominus duceretur, protinus additur: Et cum ejecta esset turba, intravit, et tenuit manum ejus, et surrexit puella (Matth. IX, 25). Foras ergo turba ejicitur, ut puella suscitetur, quia si non prius a secretioribus cordis expellitur importuna saecularium multitudo curarum, anima quae intrinsecus jacet mortua non resurgit. Nam dum se per innumeras terrenorum desideriorum cogitationes spargit, ad considerationem sui sese nullatenus colligit. In his itaque inquietudinum fluctibus habitare sapientiam non posse cognoscens, ait: Et mare loquitur: Non est mecum. Nullus quippe eam plene recipit, nisi qui ab omni se abstrahere actionum carnalium fluctuatione contendit. Unde et alias dicitur: Sapientiam scribe in tempore otii, et qui minoratur actu, ipse percipiet eam (Eccli. XXXVIII, 25). Et rursum: Vacate et videte, quoniam ego sum Deus (Psal. LV, 11).

[Vet. XXIX.] 69. Nisi eis non terreno studio serviatur.---Sed quid est quod plerosque antiquorum patrum novimus hanc sapientiam et intrinsecus vivaciter tenuisse, et curas mundi extrinsecus solemniter ministrasse (Genes. XLII, 43, etc.)? An perceptione hujus sapientiae Joseph privatum dicimus, qui famis tempore totius Aegypti curas suscipiens, non solum Aegyptiis alimenta praebuit, sed vitam quoque exterorum advenientium ministerii sui arte servavit? An ab hac sapientia Daniel alienus exstitit, qui a Chaldaeorum rege in Babylonia princeps magistratuum effectus, tanto majoribus curis occupatus est, quanto et sublimiori dignitate omnibus praelatus (Dan. II, 48)? Cum igitur constet plerumque etiam bonos non terreno studio terrenis curis implicari, patenter agnoscimus quia sic nonnunquam cives Jerusalem angarias solvunt Babyloniae, sicut saepe cives Babyloniae impendunt angarias Jerusalem. Nam sunt nonnulli qui verbum vitae pro sola sapientiae ostentatione praedicant, eleemosynarum opem pro appetitu vanae gloriae subministrant. Et quidem Jerusalem videntur esse quae agunt, sed tamen Babyloniae cives sunt.

De donde se dice en otra parte: "Las moscas moribundas pierden la suavidad del ungüento" (Ecl. 10, 1), porque los pensamientos superfluos, que asiduamente en el ánimo que piensa cosas carnales nacen y mueren, pierden aquella suavidad con la cual cada uno ha sido ungido interiormente por el espíritu, puesto que no permiten disfrutar de su integridad. Egipto, por tanto, es herido con moscas, porque los corazones de aquellos que aman la vida terrena, mientras son heridos por las inquietudes de sus deseos, por las turbas de pensamientos carnales son deprimidos hacia lo bajo, de modo que no se levantan al deseo del descanso íntimo. De donde, cuando con la admirable ayuda de la piedad la verdad viene al corazón, primero expulsa de él el ardor de los pensamientos carnales, y después dispone en él los dones de las virtudes. Lo cual bien nos insinúa la sagrada historia del Evangelio, en la cual, mientras invitado para resucitar a la hija del príncipe el Señor era conducido, al punto se añade: "Y cuando fue expulsada la turba, entró, y tomó su mano, y la niña se levantó" (Mt. 9, 25). Fuera, pues, es expulsada la turba para que la niña sea resucitada, porque si no es expulsada primero de lo más secreto del corazón la importuna multitud de los cuidados seculares, el alma que yace muerta interiormente no resucita. Pues mientras se esparce por innumerables pensamientos de deseos terrenos, de ninguna manera se recoge para la consideración de sí misma. Reconociendo, pues, que la sabiduría no puede habitar en estos flujos de inquietudes, dice: "Y el mar dice: No está conmigo." Pues nadie la recibe plenamente, sino el que se esfuerza por abstraerse de toda fluctuación de acciones carnales. De donde también se dice en otra parte: "Escribe la sabiduría en tiempo de ocio, y el que se aminora en la acción, él la percibirá" (Ecl. 38, 24). Y de nuevo: "Vaciad y ved, que yo soy Dios" (Sal. 45, 11).

[Vet. XXIX.] 69. A menos que a ellas no se sirva con un estudio terreno.---¿Pero qué es lo que sabemos que muchos de los antiguos padres mantuvieron vivazmente esta sabiduría interiormente, y administraron solemnemente los cuidados del mundo exteriormente (Gén. 42:43, etc.)? ¿Acaso decimos que José fue privado de la percepción de esta sabiduría, quien en tiempo de hambre asumiendo los cuidados de todo Egipto, no solo proporcionó alimentos a los egipcios, sino que también salvó la vida de los extranjeros que venían por el arte de su ministerio? ¿Acaso Daniel fue ajeno a esta sabiduría, quien por el rey de los caldeos fue hecho príncipe de los magistrados en Babilonia, y estuvo ocupado con cuidados tanto mayores cuanto que fue antepuesto a todos con una dignidad más sublime (Dan. 2:48)? Puesto que, por tanto, consta que frecuentemente incluso los buenos se implican en cuidados terrenos, no con un estudio terreno, reconocemos patentemente que a veces los ciudadanos de Jerusalén pagan angarias a Babilonia, así como a menudo los ciudadanos de Babilonia gastan angarias para Jerusalén. Pues hay algunos que predican la palabra de vida solo para la ostentación de la sabiduría, y suministran la ayuda de las limosnas por el apetito de la vana gloria. Y ciertamente parecen ser de Jerusalén las cosas que hacen, pero sin embargo son ciudadanos de Babilonia.

70. Deo soli vacare cupiendum est, et curis externis ex Dei voluntate serviendum.--- Sic itaque aliquando contingit ut qui solam coelestem patriam diligunt, terrenae patriae curis subjacere videantur. Quorum tamen ministerium a pravorum operibus plerumque in actu, nonnunquam vero ante supernum judicem in sola cogitatione discernitur. Pleni quippe superna sapientia discernunt qualiter debeant et ad aliud vacare intrinsecus, et ad aliud extrinsecus occupari ut si forte occulta Dei ordinatione aliquid eis non appetentibus de hujus saeculi curis imponitur, cedant Deo quem diligunt, et prae amore ejus intrinsecus solam illius desiderent visionem; prae timore vero ejus impositam sibi extrinsecus humiliter expleant actionem, ut et vacare Deo appetant ex gratia dilectionis, et rursum curas superimpositas ex conditione expleant servitutis. Cumque occupationes extrinsecus perstrepunt, intrinsecus in amore pacatissima quies tenetur; atque occupationum tumultus exterius perstrepentes dispensat interius praesidens judex ratio, et tranquillo moderamine ea quae circa se minus sunt tranquilla disponit. Sicut enim vigor mentis frenandis praeest motibus carnis, sic saepe superimpositos tumultus occupationis bene regit amor quietis, quia exteriores curae si perverso amore non appetuntur, non confuso, sed ordinato animo ministrari queunt. Sancti etenim viri nequaquam eas appetunt, sed occulto ordine sibi superimpositas gemunt; et quamvis illas per meliorem intentionem fugiant, tamen per subditam mentem portant. Quas quidem summopere, si liceat, vitare festinant; sed timentes occultas dispensationes Dei, tenent quod fugiunt, et exercent quod vitant. Intrant enim ad cor suum, et ibi consulunt quid velit occulta voluntas Dei; seseque subditos debere esse summis ordinationibus cognoscentes, humiliant cervicem cordis jugo divinae dispensationis. Quisquis vero talis est, quilibet tumultus versentur extrinsecus, nunquam ad ejus interiora perveniunt. Itaque agitur ut aliud intrinsecus voto, aliud extrinsecus teneatur officio; et hac sapientia non jam turbulenta atqua confusa, sed tranquilla corda repleantur. Bene ergo de ea dicitur quia Abyssus dicit: Non est in me, et mare loquitur: Non est mecum. Ac si aperte diceretur: Perturbatae mentes saecularium eo ipso clamant, quoniam a vera sapientia longe divisae sunt, quo quietae non sunt. Quia vero haec Dei sapientia manens cum Patre ante saecula incarnanda erat in fine saeculorum, ut ad redimendum genus humanum non sanctos angelos, non justos homines mitteret, sed in manifestatione visionis per semetipsam veniret, recte subjungitur:

70. Solo a Dios se debe desear vacar, y a los cuidados externos se debe servir por la voluntad de Dios.---Así, pues, a veces sucede que quienes aman solo la patria celestial, parecen estar sujetos a los cuidados de la patria terrena. El ministerio de los cuales, sin embargo, se discierne frecuentemente de las obras de los malvados en el acto, pero a veces ante el Juez supremo solo en el pensamiento. Pues llenos de la sabiduría suprema disciernen cómo deben tanto vacar a una cosa interiormente, como estar ocupados en otra exteriormente; de modo que si por una oculta ordenación de Dios se les impone algo de los cuidados de este siglo sin que ellos lo deseen, cedan a Dios a quien aman, y por el amor de Él deseen solo la visión de Él interiormente; pero por el temor de Él cumplan humildemente la acción impuesta exteriormente, de modo que tanto deseen vacar para Dios por la gracia del amor, como de nuevo cumplan los cuidados superpuestos por la condición de la servidumbre. Y cuando las ocupaciones hacen ruido exteriormente, interiormente en el amor se mantiene una quietud pacíficísima; y los tumultos de las ocupaciones que hacen ruido exteriormente los dispensa interiormente la razón como juez presidente, y con un tranquilo moderamen dispone aquellas cosas que a su alrededor son menos tranquilas. Pues así como el vigor de la mente preside para frenar los movimientos de la carne, así a menudo el amor a la quietud rige bien los tumultos superpuestos de la ocupación, porque los cuidados exteriores, si no se apetecen con un amor perverso, pueden ser administrados no con un ánimo confuso, sino ordenado. Pues los varones santos de ninguna manera los apetecen, sino que gimen por los cuidados que se les superponen por un orden oculto; y aunque huyan de ellos por una mejor intención, sin embargo los llevan por una mente sumisa. Los cuales ciertamente se apresuran a evitar en sumo grado, si es lícito; pero temiendo las ocultas dispensaciones de Dios, retienen lo que huyen, y ejercen lo que evitan. Pues entran en su corazón, y allí consultan qué quiere la oculta voluntad de Dios; y reconociendo que deben estar sometidos a las sumas ordenaciones, humillan la cerviz del corazón al yugo de la divina dispensación. Pero quienquiera que sea tal, cualesquiera tumultos se versen exteriormente, nunca llegan a su interior. Así se hace que una cosa se mantenga interiormente por el voto, otra exteriormente por el oficio; y con esta sabiduría no ya turbulenta y confusa, sino corazones tranquilos se llenen. Bien, pues, se dice de ella que "El abismo dice: No está en mí, y el mar dice: No está conmigo." Como si se dijera abiertamente: Las mentes perturbadas de los seculares claman por eso mismo, puesto que están divididas lejos de la verdadera sabiduría, en que no están quietas. Pero porque esta sabiduría de Dios, permaneciendo con el Padre antes de los siglos, debía encarnarse al final de los siglos, para que para redimir al género humano no enviara ángeles santos, ni hombres justos, sino que en la manifestation de la visión por sí misma viniera, rectamente se subañade:

Caput XLIV

[Rec. XXVI].

VERS. 15.---Non dabitur aurum obryzum pro ea.

71. Angeli ab omni labe mundi, non homines.---Quid namque per aurum obryzum nisi sancti angeli designantur? Qui recte et aurum vocantur, et obryzum: aurum, quia fulgent claritate justitiae; obryzum, quia nullum habuerunt unquam contagium culpae. Homines vero justi quandiu in hac carne corruptibili mortaliter vivunt, aurum quidem esse possunt, obryzum omnino non possunt, quia corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap. IX, 15). Nam quamvis in hac vita ex magna justitiae claritate resplendeant, nequaquam tamen ad purum peccatorum sordibus carent; Joanne Apostolo attestante, qui dicit: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est (I Joan. I, 8); et affirmante Jacobo, qui astruit, dicens: In multis enim offendimus omnes (Jac. III, 2). Propheta etiam deprecante, qui ait: Ne intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens (Psal. CXLII, 2). Aurum ego obryzum illi nuncupantur, qui in ea qua conditi sunt innocentia perdurantes, et fulgent claritate justitiae, et nullis vel minimis maculantur sordibus culpae.

[Vet. XXX.] 72. Nullus tamen angelorum ad redimendum hominem missus est, aut sufficit.---Sed quia pro hac sapientia nullus angelorum redemptor humani generis mittendus fuit, ne quis spem in his, quos in adjutorium hominum saepe apparuisse didicimus, angelis poneret, dictum est: Non dabitur aurum obryzum pro ea. Ac si aperte diceretur: Per semetipsam sapientia manifestabitur, ut humanum genus a culpa redimatur. Nullus vice ejus angelus mittitur, quia per creatorem necesse est ut creatura liberetur. Unde et in Evangelio Dominus dicit: Si vos filius liberaverit, vere liberi eritis (Joan. VIII, 36). Sed vir sanctus, spiritu ejusdem sapientiae repletus, quosdam in Judaea praevidit non esse defuturos qui spem in legislatore ponerent, et suae salutis auctorem Moysen putarent, sicut et cuidam sanato maledicentes dicunt: Tu discipulus sis ejus, nos enim Moysi discipuli sumus (Joan. IX, 28). Unde adhuc congrue subinfertur:

CAPUT XLV.

IBID.---Nec appendetur argentum in commutatione ejus.

Capítulo XLIV

[Rec. XXVI].

VERS. 15.---No se dará oro puro por ella.

71. Ángeles libres de toda mancha del mundo, no hombres.---¿Pues qué se designa por el "oro puro" sino los santos ángeles? Los cuales rectamente son llamados tanto oro como puro: oro, porque brillan con la claridad de la justicia; puro, porque nunca tuvieron contagio alguno de culpa. Pero los hombres justos, mientras viven mortalmente en esta carne corruptible, pueden ser ciertamente oro, pero de ninguna manera pueden ser puros, porque "el cuerpo que se corrompe agrava el alma, y la habitación terrena deprime el sentido que piensa muchas cosas" (Sab. 9, 15). Pues aunque en esta vida resplandezcan por la gran claridad de la justicia, de ninguna manera carecen puramente de las heces de los pecados; atestiguándolo el Apóstol Juan, quien dice: "Si dijéramos que no tenemos pecado, nos seducimos a nosotros mismos, y la verdad no está en nosotros" (1 Jn. 1, 8); y afirmándolo Santiago, quien asevera diciendo: "En muchas cosas ofendemos todos" (Sant. 3, 2). También el Profeta suplicando, quien dice: "No entres en juicio con tu siervo, porque no se justificará en tu presencia todo viviente" (Sal. 142, 2). Oro puro se llaman aquellos que perseverando en aquella inocencia en la que fueron creados, tanto brillan por la claridad de la justicia como no se manchan con ninguna suciedad de culpa, ni siquiera mínima.

[Vet. XXX.] 72. Ninguno de los ángeles fue enviado para redimir al hombre, ni es suficiente.---Pero porque por esta sabiduría ninguno de los ángeles debía ser enviado como redentor del género humano, para que nadie pusiera su esperanza en aquellos ángeles que hemos aprendido que a menudo han aparecido en ayuda de los hombres, se dijo: "No se dará oro puro por ella." Como si se dijera abiertamente: Por sí misma se manifestará la sabiduría, para que el género humano sea redimido de la culpa. Ningún ángel es enviado en su lugar, porque es necesario que la criatura sea liberada por el Creador. De donde también en el Evangelio dice el Señor: "Si el Hijo os liberare, seréis verdaderamente libres" (Jn. 8, 36). Pero el varón santo, lleno del espíritu de esa misma sabiduría, previó que no faltarían en Judea algunos que pusieran su esperanza en el legislador, y pensaran que Moisés era el autor de su salvación, como también maldiciendo a cierto sanado dicen: "Sé tú discípulo de él, nosotros pues somos discípulos de Moisés" (Jn. 9, 28). De donde todavía congruentemente se subañade:

CAPÍTULO XLV.

IBID.---Ni se pesará plata en conmutación de ella.

73. Eorum qui Moysen aut quempiam sanctorum, suae salutis auctorem putant, insania.---Quia enim argento saepe eloquia divina designantur possunt argenti vocabulo etiam ejusdem eloquii scriptores intelligi, quorum vita inter turbas hominum resplenduit luce virtutum. Sed quia lex peccata indicare potuit, non auferre, non quisquam veterum patrum, non legislator Moyses humani generis redemptor exstitit. Argentum ergo in commutatione hujus sapientiae non appenditur, quia quilibet sancti esse potuerunt, in comparatione unigeniti Filii Dei nullius meriti fuisse pensantur, qui nisi hujus sapientiae servos se esse cognoscerent, sancti nullatenus fuissent. Ad hoc quippe illi missi sunt, ut in cordibus hominum viam huic sapientiae praedicando praepararent, neque ut pro ea, sed per eam subjectos populos regerent. Quia enim certum erat quod per accessum temporum deficientis saeculi languores excrescerent, actum est ut aeterna Dei sapientia in fine saeculorum per semetipsam veniret ad grandem hunc et nimiae infirmitatis aegrotum, id est per totum mundum jacens languidum genus humanum, ut transmissis prius praedicatoribus, quasi quibusdam visitatoribus, tanto postmodum major veniret potentia medici, quanto magis morbus crevisset aegroti. Quia vero nullus vice ejus ad salvandos nos mittitur, dicatur recte: Nec appendetur argentum in commutatione ejus, quoniam vita justorum praedicantium quantalibet sanctitatis luce poileat, adventum nobis supernae sapientiae per suam praesentiam non commutat. Sed fuere multi gentilium qui, mundi hujus sapientum disciplinis dediti, ea quae sunt inter homines honesta servarent, et salvandos servata honestate se crederent, nec jam mediatorem Dei et hominum quaererent, cum quasi sufficientem sibi philosophorum doctrinam tenerent. In quorum despectu mox subditur:

Caput XLVI

[Rec. XXVII].

VERS. 16.---Non conferetur tinctis Indiae coloribus.

74. Quantum praestet Dei sapientia, fucatae nitore sermonis philosophioe. Quid enim per Indiam quae nigrum populum mittit, nisi hic mundus accipitur, in quo vita hominum per culpam obscura generatur. Tincti autem colores indiae, sunt hujus mundi sapientes; qui quamvis per infidelitatem et plerumque per actionem foedi sint, ante humanos tamen oculos superductae honestatis colore fucantur. Sed coaeterna Dei sapientia tinctis Indiae coloribus non confertur, quia quisquis hanc veraciter intelligit, ab his hominibus quos mundus sapientes coluit quam longe distet agnoscit.

73. La locura de quienes piensan que Moisés o cualquiera de los santos es el autor de su salvación.---Porque así como a menudo por la plata se designan las elocuciones divinas, por el vocablo plata pueden también entenderse los escritores de la misma elocución, cuya vida resplandeció entre las turbas de los hombres con la luz de las virtudes. Pero porque la ley pudo indicar los pecados, no quitarlos, ninguno de los antiguos padres, ni el legislador Moisés, fue el redentor del género humano. La plata, pues, no se pesa en conmutación de esta sabiduría, porque cualesquiera que hayan sido los santos, en comparación del Hijo unigénito de Dios se consideran de ningún mérito, los cuales si no se conocieran a sí mismos como siervos de esta sabiduría, de ninguna manera habrían sido santos. Pues para esto fueron enviados ellos: para preparar el camino a esta sabiduría en los corazones de los hombres por la predicación, no para que en lugar de ella, sino por ella rigieran a los pueblos súbditos. Porque como era cierto que por el acceso de los tiempos los languores del siglo que decae crecerían, se hizo que la eterna sabiduría de Dios al final de los siglos viniera por sí misma a este gran enfermo de excesiva enfermedad, esto es, al género humano que yacía lánguido por todo el mundo, para que enviados primero los predicadores, como ciertos visitadores, tanto después viniera la mayor potencia del Médico cuanto más hubiera crecido la enfermedad del enfermo. Mas porque ninguno es enviado en su lugar para salvarnos, dígase rectamente: "Ni se pesará plata en conmutación de ella", puesto que la vida de los justos que predican, con cuanta quiera luz de santidad que prevalezca, no nos conmuta el advenimiento de la sabiduría suprema por su presencia. Pero hubo muchos de los gentiles que, dedicados a las disciplinas de los sabios de este mundo, observaban aquellas cosas que son honestas entre los hombres, y creían ser salvados observando la honestidad, y ya no buscaban al Mediador de Dios y de los hombres, como si tuvieran por suficiente para sí la doctrina de los filósofos. En desprecio de los cuales al punto se añade:

Capítulo XLVI

[Rec. XXVII].

VERSÍCULO 16.---No se comparará con los colores teñidos de la India.

74. Cuánto aventaja la sabiduría de Dios a la filosofía maquillada con el brillo del discurso. ¿Pues qué se entiende por la India, que envía un pueblo negro, sino este mundo, en el cual la vida de los hombres se genera oscura por la culpa? Mas los colores teñidos de la India son los sabios de este mundo; los cuales, aunque por la infidelidad y mayormente por la acción son feos, ante los ojos humanos, sin embargo, se maquillan con el color de una honestidad superpuesta. Pero la coeterna sabiduría de Dios no se compara con los colores teñidos de la India, porque quienquiera que entiende ésta verdaderamente reconoce cuán lejos dista de aquellos hombres a quienes el mundo adoró como sabios.

Ipsaque ejus mandatorum verba ab hujus mundi sapientibus differunt, qui dum intendunt eloquentiae, eorum dicta quasi pulchra apparent specie, et fucatione tincturae; et cum virtute rerum careant, aliud se esse quam sunt verborum compositionibus, quasi superductis coloribus, mentiuntur. At contra, doctrina sapientiae et praedicatione pulchra est, et pura veritate conspicua; nec aliud se per fallaciam praetendit exterius, et aliud reservat interius; neque in dictis suis pulchra videri appetit nitore sermonis, sed integritate veritatis. In mandatis igitur suis Dei sapientia non confertur tinctis Indiae coloribus, quia dum fucata eloquentiae ornamenta non habet, quasi vestis sine tinctura placet. Quam fucationem tincturae bene Paulus despexerat, cum dicebat: Quae et loquimur non in doctis humanae saplentiae verbis, sed in doctrina spiritus (I Cor. II, 13). Malebat quippe hanc sapientiam sola puritate veritatis ostendere, non autem eloquii tinctione fucare. Sequitur:

CAPUT XLVII.

IBID.---Nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro.

75. Christo nullus aut hominum aut angelorum comparandus. Sardonychum, vel sapphirum, lapides pretiosos non esse quis nesciat? Et dum multi alii pretiosi sint lapides, qui longe istos aestimatione magnitudinis antecellant, cur sapphirus vel sardonychus potissimum pretiosus nominatus est, cum uterque lapis iste aliorum lapidum comparatione vilissimus sit? nisi ut eos lapides qui pretiosi describuntur, dum pretiosos non esse cognoscimus, in eorum intelligentia aliud exquiramus. Sardonychus quippe terrae rubrae similitudinem tenet, sapphirus vero aeream habet speciem. Possunt ergo in sardonycho per terram rubram homines, in sapphiro autem per aeream visionem angeli designari. Nam cum rubrae terrae speciem lapis sardonychus habeat, non immerito hominem designat, quia et Adam, qui primus est conditus, Latino sermone terra rubra nominatur. Quid est ergo quod dicitur, quia haec sapientia lapidi sardonycho, vel sapphiro non confertur, nisi quod is qui est Dei virtus, et Dei sapientia, mediator scilicet Dei et hominum, homo Christus Jesus, tanta magnitudine excellat omnia, ut ei nec in terra primi homines, nec in coelo angeli comparentur? Unde et per Psalmistam, dicitur: Quis in nubibus aequabitur Domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei (Psal. LXXXVIII, 7)?

Y las mismas palabras de sus mandatos difieren de los sabios de este mundo, quienes, mientras se entregan a la elocuencia, sus dichos aparecen como hermosos en su especie y por el maquillaje del tinte; y como carecen de la virtud de las cosas, mienten ser otra cosa de lo que son por las composiciones de las palabras, como por colores superpuestos. Pero, por el contrario, la doctrina de la sabiduría es hermosa también en la predicación y conspicua por la pura verdad; ni pretende una cosa exteriormente por falacia y reserva otra interiormente; ni en sus dichos apetece parecer hermosa por el brillo del discurso, sino por la integridad de la verdad. En sus mandatos, por tanto, la sabiduría de Dios no se compara con los colores teñidos de la India, porque, mientras no tiene los ornamentos maquillados de la elocuencia, place como un vestido sin tinte. El cual maquillaje del tinte bien lo había despreciado Pablo cuando decía: "Lo cual también hablamos, no con palabras aprendidas de sabiduría humana, sino en la doctrina del Espíritu" (1 Cor. 2, 13). Pues prefería mostrar esta sabiduría por la sola pureza de la verdad, pero no maquillarla con el tinte de la elocuencia. Sigue:

CAPÍTULO XLVII.

IBÍDEM.---Ni a la piedra sardónice preciosísima, ni al zafiro.

75. Ninguno de los hombres o de los ángeles ha de ser comparado con Cristo. ¿Quién ignorará que el sardónice o el zafiro no son piedras preciosas? Y habiendo otras muchas piedras que son preciosas, que aventajan a éstas de lejos en la estimación de su magnitud, ¿por qué el zafiro o el sardónice fueron llamados preciosos por antonomasia, siendo ambas piedras vilísimas en comparación con otras piedras? a no ser para que, reconociendo que no son preciosas aquellas piedras que se describen como tales, busquemos otra cosa en su inteligencia. Pues el sardónice guarda semejanza con la tierra roja, y el zafiro tiene una apariencia aérea. Pueden, pues, designarse en el sardónice los hombres por la tierra roja, y en el zafiro los ángeles por la visión aérea. Pues teniendo la piedra sardónice la apariencia de la tierra roja, no sin razón designa al hombre, porque también Adán, que fue el primero en ser creado, es llamado en lengua latina "tierra roja". ¿Qué es, pues, lo que se dice, que esta sabiduría no se compara a la piedra sardónice ni al zafiro, sino que aquel que es la virtud de Dios y la sabiduría de Dios, a saber, el mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús, sobresale a todas las cosas con tan gran magnitud que ni los primeros hombres en la tierra ni los ángeles en el cielo se le comparan? De donde también se dice por el Salmista: "¿Quién en las nubes será igual al Señor, o quién será semejante a Dios entre los hijos de Dios?" (Sal. 88, 7).

76. Quantum apostoli caelibes antecellant veteris testamenti patres conjugatos. Possunt autem per sardonychum lapidem patres testamenti veteris, per sapphirum vero praedicatores exprimi testamenti novi. Illi quippe quamvis magnam justitiae vitam tenerent, carnali tamen propagationi serviebant. Quia igitur constat quod quaedam terrena agerent, non immerito per sardonychum lapidem, qui, ut praediximus, terrae rubrae tenet speciem, designantur. Per sapphirum vero, qui aetherei est coloris, testamenti novi congrue praedicatores accepimus, qui carnalis propaginis desideria postponentes, coelestia sola sectati sunt. Unde et propheta, conspiciens cuncta carnis desideria sanctos apostolos spiritali ardore transcendere, admiratus ait: Qui sunt hi qui ut nubes volant (Isai. LX, 8)? Ac si aperte dicat: Nos per terram gradimur, qui adhuc conjugiis implicamur, et propagandae soboli opera carnis impendimus; isti vero in terra non ambulant, sed ut nubes volant, qui dum coelestia appetunt, de terrenis desideriis nihil tangunt. Ait ergo quia Dei sapientia sardonycho, vel sapphiro lapidi non confertur, ac si patenter insinuet, dicens: Ei qui homo inter homines cernitur, nec in antiquis quisquam, nec in novis patribus aequatur, quia ex Deitate habet quod in humanitate quemquam similem non habet. Unde adhuc subditur:

CAPUT XLVIII.

Vers. 17.---Non adaequabitur ei aurum vel vitrum.

77. Beati fulgebunt in coelo tanquam aurum, translucebunt ut vitrum. Quis hoc sanum sapiens juxta litteram sentire dignetur? Vitrum quippe, ut superius diximus, auro longe est vilius; et postquam dictum est quod aurum huic sapientiae non adaequatur, adhuc quasi crescendo subjungitur quod ei quoque nec vitrum possit aequari. Sed ipsa nos littera ab historico intellectu deficiens, ad indagandum allegoriae mysterium mittit. Auri namque metallum novimus potiori metullis omnibus claritate fulgere. Vitri vero naturae est ut extrinsecus visum, pura intrinsecus perspicuitate luceat.

76. Cuánto aventajan los Apóstoles célibes a los padres casados del Antiguo Testamento. Pueden también expresarse por la piedra sardónice los padres del Antiguo Testamento, y por el zafiro los predicadores del Nuevo Testamento. Pues aquéllos, aunque guardaban una vida de gran justicia, servían sin embargo a la propagación carnal. Porque, por tanto, consta que realizaban ciertas cosas terrenales, no sin razón son designados por la piedra sardónice, la cual, como predijimos, tiene la apariencia de la tierra roja. Por el zafiro, en cambio, que es de color etéreo, entendemos congruentemente a los predicadores del Nuevo Testamento, los cuales, posponiendo los deseos de la progenie carnal, siguieron solo las cosas celestiales. De donde también el Profeta, viendo que los santos apóstoles trascendían todos los deseos de la carne con ardor espiritual, dijo admirado: "¿Quiénes son estos que vuelan como nubes?" (Is. 60, 8). Como si dijera abiertamente: Nosotros caminamos por la tierra, los que todavía estamos implicados en matrimonios y empleamos las obras de la carne para propagar la prole; éstos, en cambio, no caminan por la tierra, sino que vuelan como nubes, los cuales, mientras buscan las cosas celestiales, nada tocan de los deseos terrenales. Dice, pues, que la sabiduría de Dios no se compara con la piedra sardónice o el zafiro, como si insinuara patentemente, diciendo: A Aquel que es visto como hombre entre los hombres, ninguno ni entre los antiguos ni entre los nuevos padres se iguala, porque tiene de la Divinidad lo que en la humanidad no tiene a nadie semejante. De donde todavía se subañade:

CAPÍTULO XLVIII.

VERSÍCULO 17.---No se le igualará el oro ni el vidrio.

77. Los bienaventurados brillarán en el cielo como el oro, y traslucirán como el vidrio. ¿Quién que esté sano de juicio se dignaría sentir esto según la letra? Pues el vidrio, como dijimos arriba, es mucho más vil que el oro; y después de haberse dicho que el oro no se iguala a esta sabiduría, todavía se subañade, como creciendo, que tampoco el vidrio puede igualársele. Pero la misma letra, desfalleciendo del entendimiento histórico, nos envía a indagar el misterio de la alegoría. Pues conocemos que el metal del oro brilla con una claridad superior a todos los metales. Pero es propio de la naturaleza del vidrio que, visto por fuera, brille con una pura perspicuidad por dentro.

In alio metallo quidquid intrinsecus continetur absconditur; in vitro vero quilibet liquor qualis continetur interius, talis exterius demonstratur, atque, ut ita dixerim, omnis liquor in vitreo vasculo clausus patet. Quid ergo aliud in auro vel vitro accipimus, nisi illam supernam patriam, illam beatorum civium societatem, quorum corda sibi invicem et claritate fulgent, et puritate translucent? Quam joannes in Apocalypsi conspexerat, cum dicebat: Et erat structura muri ejus ex lapide jaspide; ipsa vero civilas aurum mundum similis, vitro mundo (Apoc. XXI, 18). Quia enim sancti omnes summa in ea beatitudinis claritate fulgebunt, instructa auro dicitur.

78. In eorum vultu intimi animi sensus conspiciuntur. Et quoniam ipsa eorum claritas vicissim sibi in alternis cordibus patet, et cum uniuscujusque vuitus attenditur, simul et conscientia penetratur, hoc ipsum aurum vitro mundo simile esse memoratur. Ibi quippe uniuscujusque mentem ab alterius oculis, membrorum corpulentia non abscondet, sed patebit animus, patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis harmonia, sicque unusquisque tunc erit conspicabilis alteri, sicut nunc esse non potest conspicabilis sibi. Nunc autem corda nostra quandiu in hac vita sumus, quia ab altero in alterum videri non possunt, non intra vitrea, sed intra lutea vascula concluduntur, cui scilicet luto per passionem mentis inhaerere Propheta formidabat, cum diceret: Eripe me de luto, ut non inhaeream (Psal. LXVIII, 15). Quod nimirum habitaculum corporum Paulus domum terrestrem nominat, dicens: (Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus, domum non manufactam aeternam in coelis (II Cor. V, 1). In hac itaque terrestri domo quousque vivimus, ipsum, ut ita dicam, corruptionis nostrae parietem mentis oculis nullatenus penetramus, et vicissim in aliis videre occulta non possumus. Unde sancta Ecclesia sponsi sui speciem videre in divinitate desiderans, nec tamen valens, quia aeternitatis illius formam quam intueri concupiverat ab ejus oculis assumpta humanitas abscondebat, in Canticis canticorum moerens dicit: En ipse stat post parietem nostrum (Cant. II, 9). Ac si aperte dicat: Ego hunc in divinitatis suae jam specie videre desidero, sed adhuc a visione illius per assumptae carnis parietem excludor. Quousque itaque in hac corruptibili carne vivimus, cogitationes nostras in alterutrum non videmus. Unde rursum per eumdem Paulum dicitur: Quis scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est [I Cor. II, 11]? Et rursum: Nolite judicare ante tempus, donec veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium (I Cor. IV, 5).

En otro metal, lo que se contiene por dentro queda escondido; pero en el vidrio, cualquier licor, tal como se contiene en el interior, tal se demuestra en el exterior, y, por así decirlo, todo licor encerrado en un vasito de vidrio está patente. ¿Qué otra cosa, pues, entendemos por el oro o el vidrio, sino aquella patria suprema, aquella sociedad de ciudadanos bienaventurados, cuyos corazones brillan entre sí con claridad y traslucen con pureza? La cual Juan había contemplado en el Apocalipsis cuando decía: "Y la estructura de su muro era de piedra jaspe; pero la misma ciudad era oro puro, semejante al vidrio limpio" (Apoc. 21, 18). Porque, pues todos los santos brillarán en ella con la máxima claridad de la bienaventuranza, se dice que está construida de oro.

78. En sus rostros se ven los sentidos íntimos del alma. Y puesto que su misma claridad es mutuamente patente en sus alternos corazones, y cuando se atiende al rostro de cada uno, al mismo tiempo se penetra la conciencia, este mismo oro se recuerda ser semejante al vidrio limpio. Allí, en efecto, la corpulencia de los miembros no esconderá la mente de cada uno a los ojos de otro, sino que el alma estará patente, estará patente a los ojos corporales incluso la misma armonía del cuerpo, y así cada uno será entonces visible para el otro, como ahora no puede ser visible para sí mismo. Ahora, en cambio, nuestros corazones, mientras estamos en esta vida, porque no pueden ser vistos por el otro, no están encerrados dentro de vasijas de vidrio, sino de lodo; a cuyo lodo, por cierto, el Profeta temía quedar pegado por la pasión del alma, cuando decía: "Sácame del lodo, para que no quede pegado" (Sal. 68, 15). El cual habitáculo de los cuerpos Pablo lo llama casa terrestre, diciendo: "Sabemos que si nuestra casa terrestre de esta habitación se disuelve, tenemos una edificación de Dios, una casa no hecha por manos, eterna en los cielos" (2 Cor. 5, 1). En esta casa terrestre, por tanto, mientras vivimos, no penetramos de ninguna manera con los ojos del alma la misma pared, por así decirlo, de nuestra corrupción, y no podemos ver mutuamente lo oculto en los otros. De donde la santa Iglesia, deseando ver la apariencia de su Esposo en la divinidad, y sin embargo no pudiendo, porque la humanidad asumida escondía de sus ojos la forma de aquella eternidad que había deseado contemplar, dice gimiendo en el Cantar de los Cantares: "He aquí que él está detrás de nuestra pared" (Cant. 2, 9). Como si dijera abiertamente: Yo deseo ver a éste ya en la apariencia de su divinidad, pero todavía soy excluida de su visión por la pared de la carne asumida. Por tanto, mientras vivimos en esta carne corruptible, no vemos nuestros pensamientos mutuamente. De donde otra vez se dice por el mismo Pablo: "¿Quién de los hombres sabe las cosas del hombre, sino el espíritu del hombre que está en él?" (1 Cor. 2, 11). Y de nuevo: "No juzguéis antes de tiempo, hasta que venga el Señor, el cual también iluminará lo oculto de las tinieblas y manifestará los consejos de los corazones" (1 Cor. 4, 5).

Illa itaque civitas quae sua vicissim singulis corda manifestat, ex auro dicitur similis vitro mundo, ut designetur auro clara, vitro perspicua.

79. Quomodo sancti Deo similes sint et dissimiles. Sed quamvis in ea sancti omnes tanta claritate fulgeant, tanta perspicuitate transluceant, ei tamen sapientiae de cujus imagine habent omne quod sunt, aequari non possunt. Bene ergo dicitur: Non adaequabitur ei aurum vel vitrum. Ad hoc enim sancti omnes ad illa gaudia aeterna perveniunt, ut esse Deo similes possint, sicut scriptum est: Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est (I. Joan. III, 2)? Et tamen scriptum est: Domine Deus virtutum, quis similis tibi (Psal. LXXXVIII, 9)? Et iterum: Aut quis erit similis Deo inter filios Dei? Unde ergo similes, et unde non similes, nisi quia huic sapientiae et similes erunt ad imaginem et tamen non erunt ad aequalitatem? Aspiciendo quippe aeternitatem Dei, fit eis ut aeterni sint; et dum visionis ejus donum percipiunt, ex perceptione beatitudinis imitantur quod vident. Et similes ergo sunt, quia beati fiunt; et tamen creatori similes non sunt, quia creatura sunt. Et habent itaque quamdam Dei similitudinem, quia non habent finem; et tamen incircumscripti aequalitatem non habent, qui habent circumscriptionem. Dicatur igitur recte: Non adaequabitur ei aurum vel vitrum, 595 quia quantalibet sancti claritate et perspicuitate fulgeant, aliud est homines esse sapientes in Deo, atque aliud esse hominem sapientiam Dei. Quam profecto sapientiam ille veraciter agnovit, qui mediatori Dei et hominum aliquem comparare sanctorum minime praesumpsit. Unde et subditur:

Caput XLIX

[Vet. XXXIII].

IBID---Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa et eminentia.

80. Sanctiomnes pertranseundi, ut ad Christum Deum et hominem perveniatur. Excelsum quippe vas auri Elias exstitit, excelsum vas auri Jeremias, excelsa atque eminentia auri vasa priores patres fuere. Sed haec Dei sapientia, ut a carnali nos conversatione redimeret, apparuit in carne, et qui illam veraciter non agnovit, mediatorem Dei et hominum, hominem Jesum Christum unum esse ex prophetis putavit quem electorum oculi fide tenuerunt Deum, cum viderunt hominem. Unde ab eo sanctis discipulis dicitur: Quem dicunt homines esse Filium hominis (Matth. XVI, 13)?

Aquella ciudad, pues, que manifiesta mutuamente a cada uno sus corazones, se dice que es de oro semejante al vidrio limpio, para que se designe clara por el oro y perspicua por el vidrio.

79. Cómo los santos son semejantes y desemejantes a Dios. Pero aunque en aquella ciudad todos los santos brillen con tanta claridad y trasluzcan con tanta perspicuidad, sin embargo, no pueden igualarse a aquella Sabiduría de cuya imagen tienen todo lo que son. Bien, pues, se dice: "No se le igualará el oro ni el vidrio". Pues para esto llegan todos los santos a aquellos goces eternos, para que puedan ser semejantes a Dios, como está escrito: "Cuando se manifieste, seremos semejantes a él, porque lo veremos tal cual es" (1 Jn. 3, 2). Y sin embargo está escrito: "Señor Dios de las virtudes, ¿quién semejante a ti?" (Sal. 88, 9). Y de nuevo: "¿O quién será semejante a Dios entre los hijos de Dios?". ¿De dónde, pues, semejantes, y de dónde no semejantes, sino porque a esta Sabiduría serán semejantes según la imagen y, sin embargo, no lo serán según la igualdad? Pues contemplando la eternidad de Dios, se les concede que sean eternos; y mientras perciben el don de su visión, por la percepción de la bienaventuranza imitan lo que ven. Y son, pues, semejantes, porque se hacen bienaventurados; y sin embargo no son semejantes al Creador, porque son criatura. Y tienen, por tanto, una cierta semejanza con Dios, porque no tienen fin; y sin embargo no tienen la igualdad del Incircunscrito, los que tienen circunscripción. Dígase, pues, rectamente: "No se le igualará el oro ni el vidrio", porque por mucha claridad y perspicuidad con que brille los santos, una cosa es que los hombres sean sabios en Dios, y otra cosa es ser el hombre la Sabiduría de Dios. La cual Sabiduría, por cierto, aquel la reconoció verdaderamente, que de ninguna manera presumió comparar a ninguno de los santos con el Mediador de Dios y de los hombres. De donde también se subañade:

Capítulo XLIX

[Vet. XXXIII].

IBÍDEM.---Ni se conmutarán por ella vasos de oro excelsos y eminentes.

80. Han de ser traspasados todos los santos para que se llegue a Cristo, Dios y hombre. Pues vaso excelso de oro fue Elías, vaso excelso de oro Jeremías, vasos de oro excelsos y eminentes fueron los antiguos padres. Pero esta Sabiduría de Dios, para redimirnos de la conversación carnal, apareció en la carne, y quien no la reconoció verdaderamente, pensó que el mediador de Dios y de los hombres, el hombre Jesucristo, era uno de los profetas, a quien los ojos de los electos por la fe tuvieron por Dios cuando vieron a un hombre. De donde se dice por Él a sus santos discípulos: "¿Quién dicen los hombres que es el Hijo del hombre?" (Mt. 16, 13).

Cui cum protinus responderent: Alii Joannem Baptistam, alii Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis (Ibid., 14), de suo mox sensu requiruntur: Vos quem me esse dicitis (Ibid., 15)? Cui protinus Petrus totius Ecclesiae voce respondens, ait: Tu es Christus Filius Dei vivi (Ibid., 16). Quia igitur juxta Pauli vocem Christum novimus Dei virtutem, et Dei sapientiam (I Cor. I, 18, 30), Petrus pro hac sapientia vasa auri excelsa et eminentia commutare noluit, quia de illa non aliud quam erat intellexit. Magnum quippe, ut dictum est, vas auri Joannes, magnum vas auri Elias vel Jeremias fuit. Sed quisquis eumdem Deum quemlibet eorum esse credidit, vas auri excelsum et eminens pro sapientia commutavit. Ecclesia vero pro hae sapientia, vasa auri excelsa et eminentia non commutat, quia Christum Filium Dei non unum esse prophetarum, sed unum prophetarum Dominum credit. Ipsam quippe ad se venisse sapientiam videns, noluit se in illis aureis vasis figere, sed in cam studuit fide certissima pertransire. Unde in Canticis canticorum dicit: Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea (Cant. III, 3). Quos enim vigiles qui custodiunt civitatem, nisi priores Patres vel prophetas accipimus, qui studuerunt ad custodiam nostram sanctae praedicationis voce vigilare? Sed cum Redemptorem suum Ecclesia quaereret, in ipsis antiquis praedicatoribus spem figere noluit, quae dicit: Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea (Ibid., III, 4). Illum quippe invenire non posset si istos pertransire noluisset. In istis se custodibus infideles fixerant, qui Christum Dei Filium unum quemlibet esse illorum credebant. Voce igitur ac fide Petri inventos vigiles sancta Ecclesia transiit, quae prophetarum Dominum unum quemlibet ex prophetis credere contempsit. Dicatur ergo: Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa et eminentia, quia electi quique sanctorum vitam et venerantur ex sublimitate, et tamen non suscipiunt ad errorem. Quos enim puros homines esse sciunt, Deo homini omnino non conferunt. Unde adhuc subditur:

CAPUT L.

Vers. 18.---Nec commemorabuntur in comparatione ejus.

A lo cual, respondiendo ellos al punto: "Unos que Juan el Bautista, otros que Elías, otros que Jeremías, o uno de los profetas" (Ibíd., 14), se les pregunta luego por su propio sentir: "Y vosotros, ¿quién decís que soy yo?" (Ibíd., 15). A lo cual Pedro, respondiendo al punto con la voz de toda la Iglesia, dice: "Tú eres el Cristo, el Hijo de Dios vivo" (Ibíd., 16). Puesto que, por tanto, según la voz de Pablo, conocemos que Cristo es la virtud de Dios y la sabiduría de Dios (1 Cor. 1, 18. 30), Pedro no quiso conmutar vasos de oro excelsos y eminentes por esta Sabiduría, porque no entendió de ella otra cosa de lo que era. Pues, como se ha dicho, gran vaso de oro fue Juan, gran vaso de oro Elías o Jeremías. Pero quienquiera que creyó que ese mismo Dios era cualquiera de ellos, conmutó un vaso de oro excelso y eminente por la Sabiduría. Mas la Iglesia no conmuta vasos de oro excelsos y eminentes por esta Sabiduría, porque cree que Cristo, el Hijo de Dios, no es uno de los profetas, sino el único Señor de los profetas. Pues viendo que la misma Sabiduría había venido a ella, no quiso fijarse en aquellos vasos de oro, sino que procuró traspasarlos con fe certísima. De donde dice en el Cantar de los Cantares: "Me encontraron los vigías que custodian la ciudad. ¿Habéis visto a aquel a quien ama mi alma? Un poco después que los hube traspasado, encontré a aquel a quien ama mi alma" (Cant. 3, 3). ¿A quiénes entendemos por los vigías que custodian la ciudad sino a los antiguos Padres o profetas, que procuraron vigilar para nuestra custodia con la voz de la santa predicación? Pero cuando la Iglesia buscaba a su Redentor, no quiso fijar su esperanza en aquellos antiguos predicadores, ella que dice: "Un poco después que los hube traspasado, encontré a aquel a quien ama mi alma" (Ibíd., 3, 4). Pues no podría haberlo encontrado si no hubiera querido traspasarlos a ellos. En estos custodios se habían fijado los infieles, que creían que Cristo, el Hijo de Dios, era cualquiera de ellos. Por la voz, pues, y la fe de Pedro, la santa Iglesia traspasó a los vigías encontrados, ella que despreció creer que el Señor de los profetas fuera cualquiera de los profetas. Dígase, pues: "Ni se conmutarán por ella vasos de oro excelsos y eminentes", porque los elegidos veneran la vida de los santos por su sublimidad y, sin embargo, no la reciben para el error. Pues a los que saben que son puros hombres, de ninguna manera los comparan con el Dios hombre. De donde todavía se subañade:

CAPÍTULO L.

VERSÍCULO 18.---Ni se mencionarán en comparación con ella.

81. Omnes coelestes cives sancti et justi, sed participatione divinae sapientiae, non comparatione. Omnes enim supernae patriae electi, sancti quidem et justi sunt; sed participatione sapientiae, non comparatione. Quid enim sunt homines Deo comparati? Lumen autem sapientia, lumen et servi sapientiae vocari solent. Sed illa lumen illuminans, isti lumen illuminatum, sicut scriptum est: Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. I, 9). Istis autem tantummodo dicitur: Vos estis lux mundi (Matth. V, 14). Justitia quidem sapientia, justitia et servi sapientiae nuncupantur; sed illa justitia justificans, isti autem justitia justificata. De Deo quippe, qui sapientia est, dicitur: Ut sit ipse justus et justificans (Rom. III, 26); isti vero dicunt: Ut nos efficeremur justitia Dei in ipso (II Cor. V, 21). Aliter ergo venerandum est lumen illuminans, aliter lumen illuminatum; aliter justitia justificans, aliter justitia justificata. Sapientia vero est, et sapit; nec habet aliud esse, aliud sapere; servi autem sapientiae esse quidem sapientes possunt, nec tamen hoc habent esse quod sapere; nam esse possunt, et sapientes non esse. Habet vitam sapientia, sed non aliud habet, et aliud est, quippe cui hoc est esse quod vivere. Servi autem sapientiae cum habent vitam, aliud sunt, et aliud habent, quippe quibus non est hoc ipsum esse quod vivere; nam possunt juxta aliquid esse, nec vivere. Aliud quippe illis est esse, aliud vivere, quia in ipso parente primo essentiam habuere per initium, vitam per accessum; quoniam prius de terra factus est homo, et postmodum, sicut scriptum est: Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae, et factus est homo in animam viventem (Genes. II, 7). Sapientia vero habet essentiam, habet vitam; sed hoc quod habet, ipsa est. Proinde incommutabiliter vivit, quia non ex accidenti, sed essentialiter vivit. Sola ergo cum Patre et sancto Spiritu veraciter est, cujus essentiae comparatum esse nostrum, non esse est. Huic si conjungimur, sumus, vivimus, sapimus; huic si comparamur, nec sapimus, nec vivimus omnino, nec sumus.

82. Sancti quanto magis Deum cognoscunt, tanto sibi vilescunt. Hinc est quod sancti omnes, quando in Dei visione proficiunt, quanto magis divinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt. Nusquam quippe legitur quod Abraham cinerem et pulverem se esse professus est, nisi cum habere Dei meruit collocutionem. Ait enim: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis (Genes. XVIII, 27). Esse enim se aliquid fortasse crederet, si veracem essentiam quae super ipsum est minime sensisset.

81. Todos los ciudadanos celestiales son santos y justos, pero por participación de la sabiduría divina, no por comparación. Pues todos los elegidos de la patria suprema son ciertamente santos y justos; pero por participación de la sabiduría, no por comparación. ¿Pues qué son los hombres comparados con Dios? Además, la sabiduría suele ser llamada luz, y los siervos de la sabiduría también suelen ser llamados luz. Pero aquélla es la luz iluminante, éstos son la luz iluminada, como está escrito: "Era la luz verdadera que ilumina a todo hombre que viene a este mundo" (Jn. 1, 9). A éstos, en cambio, solo se les dice: "Vosotros sois la luz del mundo" (Mt. 5, 14). La sabiduría, por cierto, es llamada justicia, y los siervos de la sabiduría son llamados justicia; pero aquélla es la justicia justificante, mientras que éstos son la justicia justificada. De Dios, pues, que es la sabiduría, se dice: "Para que él mismo sea justo y el que justifica" (Rom. 3, 26); éstos, en cambio, dicen: "Para que nosotros fuéramos hechos justicia de Dios en él" (2 Cor. 5, 21). De una manera, pues, ha de ser venerada la luz iluminante, de otra la luz iluminada; de una manera la justicia justificante, de otra la justicia justificada. Pero la Sabiduría es, y sabe; ni tiene una cosa que es ser, y otra que es saber; mas los siervos de la sabiduría pueden ciertamente ser sabios, pero no tienen este ser como idéntico al saber; pues pueden ser, y no ser sabios. La sabiduría tiene vida, pero no tiene una cosa y es otra, puesto que para ella ser es lo mismo que vivir. Mas los siervos de la sabiduría, cuando tienen vida, son una cosa y tienen otra, puesto que para ellos no es lo mismo ser que vivir; pues pueden ser según algo, y no vivir. Pues para ellos una cosa es ser, y otra vivir, porque en el mismo primer padre tuvieron la esencia por el inicio, y la vida por el acceso; puesto que primero fue hecho el hombre de la tierra, y después, como está escrito: "Inspiró en su rostro el soplo de vida, y fue hecho el hombre en alma viviente" (Gén. 2, 7). Mas la Sabiduría tiene esencia, tiene vida; pero eso que tiene, es ella misma. Por lo tanto, vive inmutablemente, porque vive no por accidente, sino esencialmente. Ella sola, pues, con el Padre y el Espíritu Santo, verdaderamente es, en comparación de cuya esencia nuestro ser es no ser. Si a ésta nos unimos, somos, vivimos, sabemos; si con ésta nos comparamos, ni sabemos, ni vivimos en absoluto, ni somos.

82. Cuanto más conocen los santos a Dios, tanto más se envilecen ante sí mismos. De aquí es que todos los santos, cuando progresan en la visión de Dios, cuanto más contemplan lo interno de la divinidad, tanto más reconocen que ellos no son nada. Pues en ninguna parte se lee que Abraham profesara ser ceniza y polvo, sino cuando mereció tener el coloquio de Dios. Pues dice: "Hablaré a mi Señor, siendo yo polvo y ceniza" (Gén. 18, 27). Pues tal vez creería ser algo, si mínimamente hubiera sentido la verdadera esencia que está sobre él.

At vero ubi ad incommutabilem contemplandum super se raptus est, impletus tanta contemplationis potentia, dum videret illum, nil se esse nisi pulverem vidit. Hinc est etiam quod Propheta repletus eadem sapientia, exclamat: Memento, Domine, quod pulvis sumus (Psal. CII, 15). Qui rursus ejusdem incommutabilitatem essentiae contemplatus, ait: Omnia sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium mutabis ea, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient (Psal. CI, 27, 28). Hinc ad Moysen dicitur: Ego sum qui sum; et dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos (Exod. III, 14, 15). Solus quippe veraciter est, qui solus incommutabiliter permanet. Nam omne quod modo sic, et modo aliter est, juxta non esse est. Permanere enim in statu suo non potest. Atque aliquo modo ad non esse itur, dum ab eo quod fuerat semper ad aliud per momenta temporum ducitur. Ut ergo in participatione illius essentiae aliquid simus, cognoscamus nosmetipsos, quia prope nihil sumus. Bene itaque dicitur: Nec commemorabuntur in comparatione ejus, quia vasa auri excelsa et eminentia, quae ex participatione sapientiae nobis veneranda sunt, in comparatione sapientiae etiam memoranda non sunt. Quia vero haec sapientia humanis cordibus latenter infunditur, sicut de sancto Spiritu quoque dictum est: Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat, aut quo vadat (Joan. III, 8), idcirco subjungitur:

CAPUT LI.

IBID.---Trahitur enim sapientia de occultis.

83. Dei sapientia ex occultis revelata. Ecelesia cum deessent aperti hostes, tentari coepit a suis. De occultis sapientia trahitur, quia cum sit invisibilis, non nisi invisibiliter invenitur. Quae recte quoque trahi dicitur, quia sicut flatum trahimus, ut corpus vivat, sic ab intimis sapientiae spiritus ducitur, ut ad vitam anima subsistat. Unde Psalmista ait: Os meum aperui, et attraxi spiritum (Psal. CXVIII, 131). Quia nimirum sapientia, humana carne cum anima rationali suscepta, dum ab intimis apparuisset in promptu, mundus hic quia auctorem suum invisibilem videre non potuit, quem visibilem conspexit hominem, eum quoque et invisibilem agnovit Deum. Conversa est ab infidelitatis suae tenebris superba prius sua aversione gentilitas, ostensis signis atque prodigiis crevit fides; propagata autem fide, in veneratione omnium sanctae Ecclesiae culmen emicuit. Cui cum deessent aperti adversarii, tentari coepit a suis. Nam multae quoque in ea haereses exortae contra eam duri certaminis bella paraverunt.

Pero en verdad, cuando fue arrebatado a contemplar lo inmutable sobre sí mismo, lleno de tanta potencia de contemplación, mientras lo veía a Él, vio que él no era nada sino polvo. De aquí es también que el Profeta, lleno de la misma sabiduría, exclama: "Acuérdate, Señor, de que somos polvo" (Sal. 102, 15). Quien de nuevo, habiendo contemplado la inmutabilidad de la misma esencia, dice: "Todas las cosas envejecerán como un vestido, y como una vestidura las cambiarás, y se cambiarán; pero tú eres el mismo, y tus años no faltarán" (Sal. 101, 27, 28). De aquí se dice a Moisés: "YO SOY EL QUE SOY; y dirás a los hijos de Israel: EL QUE ES me envió a vosotros" (Éx. 3, 14. 15). Pues solo Él verdaderamente es, quien solo inmutablemente permanece. Pues todo lo que ahora es de una manera, y ahora de otra, está cerca del no ser. Pues no puede permanecer en su estado. Y de algún modo se va hacia el no ser, mientras de aquello que se había sido siempre se es conducido a otra cosa por los momentos del tiempo. Para que, por tanto, seamos algo en la participación de aquella esencia, reconozcámonos a nosotros mismos, porque somos casi nada. Bien, pues, se dice: "Ni se mencionarán en comparación con ella", porque los vasos de oro excelsos y eminentes, que han de ser venerados por nosotros por la participación de la sabiduría, ni siquiera han de ser mencionados en comparación con la sabiduría. Pero porque esta sabiduría se infunde latente en los corazones humanos, así como se dijo también del Espíritu Santo: "El Espíritu sopla donde quiere, y oyes su voz, y no sabes de dónde viene ni a dónde va" (Jn. 3, 8), por eso se subañade:

CAPÍTULO LI.

IBÍDEM.---Pues la sabiduría se extrae de lugares ocultos.

83. La sabiduría de Dios revelada desde lo oculto. La Iglesia, cuando faltaron los enemigos manifiestos, empezó a ser tentada por los suyos. De lo oculto se extrae la sabiduría, porque, siendo invisible, no se encuentra sino invisiblemente. La cual también rectamente se dice que es extraída, porque así como extraemos el aliento para que el cuerpo viva, así de lo íntimo se conduce el espíritu de la sabiduría para que el alma subsista para la vida. De donde el Salmista dice: "Abrí mi boca y atraje el espíritu" (Sal. 118, 131). Porque ciertamente la Sabiduría, asumida la carne humana con el alma racional, habiendo aparecido patentemente desde lo íntimo, este mundo, porque no pudo ver a su Autor invisible, reconoció también como Dios invisible a quien contempló como hombre visible. Se convirtió de las tinieblas de su infidelidad la gentilidad antes soberbia en su aversión; mostrados los signos y prodigios, creció la fe; y propagada la fe, brilló en la veneración de todos la cumbre de la santa Iglesia. A la cual, cuando le faltaron adversarios manifiestos, empezó a ser tentada por los suyos. Pues también muchas herejías surgidas en ella prepararon guerras de duro certamen contra ella.

Exercenda quippe est hoc tempore per laborem, quae sequenti tendit ad remunerationem. Qua ex re factum est ut in ea nonnulli prodirent, qui mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Jesum purum hominem creatum dicerent, sed ex gratia deificatum; tantumque ei sanctitatis tribuerent, quantum de sanctis caeteris, ejus videlicet famulis, agnovissent. Quos beatus Job, prophetiae spiritu afflatus, sententiae suae definitione redarguit, dicens:

Caput LII

[Vet. XXXV].

VERS. 19.---Non adaeguabitur ei topazium de Aethiopia.

84. Refelluntur qui Christum tanquam purum hominem caeteris sanctis similem docent. Quid Aethiopiam, nisi praesentem mundum accipimus? quae coloris nigredine designat peccatorem populum, foeditate meritorum. Aliquando vero Aethiopiae nomine specialiter gentilitas designari solet, infidelitatis prius nigra peccatis. Quam veniente Domino Habacuc propheta vidit timore perterritam, et ait: Tanacula Aethiopium expavescunt, tabernacula terrae Madian (Habac. III, 7). David quoque propheta videns quod ad Judaeam redimendam veniret Dominus, sed ante gentilitas crederet, et postmodum Judaea sequeretur, sicut scriptum est: Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom. XI, 25); dicit: Aethiopia praeveniet manus ejus Deo (Psal. LVII, 32); id est, priusquam Judaea credat, salvandam se offert omnipotenti Deo peccatis nigra gentilitas. Topazium vero pretiosus lapis est; et quia Graeca lingua *παν* omne dicitur, pro eo quod omni colore resplendet, topazium quasi topantium vocatur. Dum vero in Deum conversa gentilitas credidit, ex ea multi ita sunt dono sui Spiritus locupletati, ut quasi multis coloribus, sic multis virtutibus luceant. Sed ne acceptis quisquam virtutibus extollatur, a sancto viro nunc dicitur: Non adaequabitur ei topazium de Aethiopia. Ac si aperte dicat: Nullus sanctorum quibuslibet virtutibus plenus, ex ista tamen nigredine mundi collectus, aequari ei potest, de quo scriptum est: Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei (Luc. I, 35). Nos quippe etsi sancti efficimur, non tamen sancti nascimur, quia ipsa naturae corruptibilis conditione constringimur, ut cum Propheta dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea (Psal. L, 7). Ille autem solus veraciter sanctus natus est, qui ut ipsam conditionem naturae corruptibilis vinceret, ex commistione carnalis copulae conceptus non est.

Pues ha de ser ejercitada por el trabajo en este tiempo la que en el siguiente tiende a la remuneración. Por lo cual sucedió que algunos salieron en ella que decían que el mediador de Dios y de los hombres, el hombre Jesucristo, era un puro hombre creado, pero deificado por la gracia; y tanto de santidad le atribuían cuanto de los demás santos, a saber, sus siervos, habían reconocido. A los cuales el bienaventurado Job, inspirado por el espíritu de profecía, refutó con la definición de su sentencia, diciendo:

Capítulo LII

[Vet. XXXV].

VERSÍCULO 19.---No se le igualará el topacio de Etiopía.

84. Se refuta a los que enseñan que Cristo es semejante a los demás santos, como puro hombre. ¿Qué entendemos por Etiopía sino el presente mundo? El cual, por la negrura de su color, designa al pueblo pecador, por la fealdad de sus méritos. Pero a veces, con el nombre de Etiopía, suele designarse especialmente a la gentilidad, antes negra por los pecados de la infidelidad. A la cual el profeta Habacuc, al venir el Señor, vio aterrada por el temor, y dijo: "Las tiendas de los etíopes se espantan, las pieles de la tierra de Madián" (Hab. 3, 7). También David el profeta, viendo que el Señor vendría a redimir a Judea, pero que antes creería la gentilidad y después seguiría Judea, como está escrito: "Hasta que entrara la plenitud de las naciones, y así todo Israel se salvara" (Rom. 11, 25); dice: "Etiopía prevendrá sus manos ante Dios" (Sal. 67, 32); esto es, antes de que Judea crea, la gentilidad negra por los pecados se ofrece para ser salvada al Dios omnipotente. El topacio, por su parte, es una piedra preciosa; y porque en lengua griega *pan* se dice "todo", por el hecho de que resplandece con todo color, el topacio se llama casi *topantium*. Pero mientras la gentilidad convertida a Dios creyó, muchos de ellos fueron de tal modo enriquecidos por el don de su Espíritu que, como con muchos colores, así brillan con muchas virtudes. Pero para que nadie se ensalce por las virtudes recibidas, se dice ahora por el santo varón: "No se le igualará el topacio de Etiopía". Como si dijera abiertamente: Ninguno de los santos, lleno de cualesquiera virtudes, recogido sin embargo de esa negrura del mundo, puede igualarse a Aquel de quien está escrito: "Lo santo que nacerá de ti será llamado Hijo de Dios" (Lc. 1, 35). Pues nosotros, aunque somos hechos santos, no nacemos sin embargo santos, porque estamos ligados por la misma condición de la naturaleza corruptible, de modo que decimos con el Profeta: "He aquí que en iniquidades fui concebido, y en pecados me concibió mi madre" (Sal. 50, 7). Aquel, en cambio, solo nació verdaderamente santo, el cual, para vencer la misma condición de la naturaleza corruptible, no fue concebido de la mezcla de la unión carnal.

85. Nestorii insania contra Christum. Quem etsi purum hominem, meritis assecutum esse ut Deus fieret, docuit. Refellitur. Modus Incarnationis Verbi. Christus aliud ex Patre, aliud ex matre, non alius. Huic se sapientiae quasi quoddam topazium de Aethiopia aequari voluit, cum quidam haeresiarches dixit: Non invideo Christo Deo facto, quoniam si volo, et ipse possum fieri. Qui Jesum Christum Dominum nostrum, non per mysterium conceptionis, sed per profectum gratiae Deum putavit, perversa allegatione astruens cum purum hominem natum, sed, ut Deus esset, per meritum profecisse, atque ob hoc aestimans et se et quoslibet alios posse ei coaequari, qui filii Dei per gratiam fiunt, non intelligens, non attendens, quia non adaequabitur ei topazium de Aethiopia. Aliud est enim natos homines gratiam adoptionis accipere, aliud unum singulariter per divinitatis potentiam Deum ex ipso conceptu prodiisse. Nec aequari potest gloriae Unigeniti habitae per naturam alia accepta per gratiam; Mediator quippe Dei atque hominum, homo Christus Jesus (I Tim. II, 5), non sicut iste haereticus desipit, alter in humanitate, alter in Deitate est. Non purus homo conceptus atque editus, post per meritum ut Deus esset accepit, sed nuntiante angelo, et adveniente Spiritu, mox Verbum in utero, mox intra uterum Verbum caro, et manente incommutabili essentia, quae ei est cum Patre et cum sancto Spritu coaeterna, assumpsit intra virginea viscera unde et impassibilis pati, et immortalis mori, et aeternus ante saecula temporalis posset esse in fine saeculorum, ut per ineffabile sacramentum, conceptu sancto, et partu inviolabili, secundum veritatem utriusque naturae, eadem virgo et ancilla Domini esset et mater. Sic quippe ei ab Elisabeth dicitur: Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me (Luc. I, 43)? Et ipsa Virgo concipiens dixit: Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum (Ibid., I, 38). Et quamvis ipse aliud ex Patre, aliud ex Virgine, non tamen alius ex Patre, alius ex Virgine, sed ipse est aeternus ex Patre, ipse temporalis ex matre; ipse qui fecit, ipse qui factus est; ipse speciosus forma prae filiis hominum per divinitatem, et ipse de quo dictum est: Vidimus eum, et non erat aspectus, et non est species ei neque decor (Isai. LIII, 2), per humanitatem. Ipse ante saecula de Patre sine matre, ipse in fine saeculorum de matre sine patre. Ipse templum, ipse conditor templi; ipse auctor operis, ipse opus auctoris; manens unus ex utraque et in utraque natura, nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum 599 distinctione geminatus. Sed quia non haec tractanda suscepimus, ad exponendi ordinem redeamus.

85. La locura de Nestorio contra Cristo. Al cual, aunque puro hombre, enseñó que alcanzó por méritos ser Dios. Se refuta. El modo de la Encarnación del Verbo. Cristo es una cosa del Padre, otra de la madre, pero no otro. A esta Sabiduría se quiso igualar como un cierto topacio de Etiopía, cuando un cierto heresiarca dijo: "No envidio a Cristo hecho Dios, puesto que si quiero, yo mismo puedo ser hecho". El cual pensó que Jesucristo nuestro Señor era Dios, no por el misterio de la concepción, sino por el progreso de la gracia, afirmando por una perversa alegación que nació puro hombre, pero que, para ser Dios, había progresado por el mérito, y por esto estimando que tanto él como cualesquiera otros podían igualársele, los cuales son hechos hijos de Dios por la gracia, no entendiendo, no atendiendo a que "no se le igualará el topacio de Etiopía". Pues una cosa es que los hombres nacidos reciban la gracia de la adopción, y otra que uno solo singularmente, por la potencia de la divinidad, haya salido Dios desde la misma concepción. Ni puede igualarse a la gloria del Unigénito tenida por naturaleza otra recibida por la gracia; pues el Mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús (1 Tim. 2, 5), no es como desvaría este hereje, uno en la humanidad y otro en la divinidad. No fue concebido y dado a luz un puro hombre, recibiendo después por el mérito ser Dios, sino que, al anuncio del ángel y al venir el Espíritu, al punto el Verbo estuvo en el útero, al punto dentro del útero el Verbo fue carne, y permaneciendo la esencia inmutable, que le es coeterna con el Padre y con el Espíritu Santo, asumió dentro de las vísceras virginales aquello por lo cual pudiera, siendo impasible, padecer, y siendo inmortal, morir, y siendo eterno antes de los siglos, ser temporal al final de los siglos, para que por un inefable sacramento, por la concepción santa y el parto inviolable, según la verdad de ambas naturalezas, la misma Virgen fuera a la vez esclava del Señor y madre. Pues así se le dice por Isabel: "¿De dónde a mí esto, que venga la madre de mi Señor a mí?" (Lc. 1, 43). Y la misma Virgen, concibiendo, dijo: "He aquí la esclava del Señor; hágase en mí según tu palabra" (Ibíd., 1, 38). Y aunque él sea una cosa del Padre y otra de la Virgen, no es sin embargo otro del Padre y otro de la Virgen, sino que él mismo es el eterno del Padre, él mismo el temporal de la madre; él mismo el que hizo, él mismo el que fue hecho; él mismo hermoso en su forma sobre los hijos de los hombres por la divinidad, y él mismo de quien se dijo: "Lo vimos, y no había aspecto, y no hay en él apariencia ni hermosura" (Is. 53, 2), por la humanidad. Él mismo antes de los siglos del Padre sin madre, él mismo al final de los siglos de la madre sin padre. Él mismo el templo, él mismo el constructor del templo; él mismo el autor de la obra, él mismo la obra del autor; permaneciendo uno de ambas y en ambas naturalezas, ni confundido por la unión de las naturalezas, ni duplicado por la distinción de las naturalezas. Pero porque no hemos emprendido tratar estas cosas, volvamos al orden de la exposición.

86. Superius dictorum recapitulatio. Notandum nobis est quod sanctus vir, ut longe distare ab hac sapientia angelos demonstraret, dicit: Non dabitur aurum obryzum pro ea. Qui ut antiquos etiam Patres sacri eloquii tractatores inferiores ostenderet, adjunxit: Nec appendetur argentum in commutatione ejus. Ut philosophorum quoque sapientiam huic monstraret longe subesse, intulit: Non conferetur tinctis Indiae coloribus. Atque subjunxit: Nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro. Ut in illa quoque superna civitate nullum pervenire ad aequalitatem Unigeniti demonstraret, addidit: Non adaequabitur ei aurum vel vitrum. Ut prophetas quoque ei subesse ostenderet, adjunxit: Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa et eminentia, nec commemorabuntur in comparatione ejus. Trahitur enim sapientia de occultis. Ad extremum vero ut ipsos quoque in Ecclesia haereticos increparet, qui a gentilitatis errore venientes, fidem quam percipiunt, per superbiam scindunt. addidit: Non adaequabitur ei topazium de Aethiopia. Ac si patenter insinuet, dicens: Hi qui ex peccati nigredine ad conversionem veniunt, aequari Deo homini non possunt, quamvis multis colorum virtutibus resplendere videantur. Quorum ut superbia refutetur, apte subjungitur:

CAPUT LIII.

IBID.---Nec tincturae mundissimae componentur.

87. Vere humiles et sancti sunt qui suis meritis nihil tribuunt.---Tincturae enim mundissimae vocantur hi qui veraciter sunt humiles et veraciter sancti, qui sciunt quidem quia ex semetipsis virtutum speciem non habent, sed hanc ex dono gratiae supervenientis tenent. Tincti enim non essent si sanctitatem naturaliter habuissent. Sed mundissimae tincturae sunt, quia humiliter custodiunt supervenientem in se virtutum gratiam quam acceperunt. Hinc est enim quod sponsi voce de sancta Ecclesia dicitur: Quae est ista quae ascendit dealbata (Cant. VI, 9; III, 6)? Quia enim sancta Ecclesia coelestem vitam naturaliter non habet, sed superveniente Spiritu, pulchritudine donorum componitur, non alba, sed dealbata memoratur. Et notandum quod superius cum dixisset: Non conferetur tinctis Indiae coloribus, eosdem colores non intulit mundos. Hoc vero in loco ut tincturam veracium virtutum ab illa philosophorum fucatione distingueret, tincturas dicens, addidit mundissimas. Tincturae enim mundissimae recte nominantur hi qui prius per prava opera foedi fuerant, superveniente tamen spiritu, nitore gratiae vestiuntur, ut longe aliud appareant esse quam erant.

86. Recapitulación de lo dicho arriba. Debemos notar que el santo varón, para demostrar que los ángeles distan mucho de esta Sabiduría, dice: "No se dará oro puro por ella". El cual, para mostrar inferiores también a los antiguos Padres, tratadistas del sacro elocuio, añadió: "Ni se pesará plata en conmutación de ella". Para mostrar que la sabiduría de los filósofos también está muy por debajo de ésta, introdujo: "No se comparará con los colores teñidos de la India". Y subañadió: "Ni a la piedra sardónice preciosísima, ni al zafiro". Para demostrar que en aquella ciudad suprema tampoco nadie llega a la igualdad del Unigénito, añadió: "No se le igualará el oro ni el vidrio". Para mostrar que los profetas también están por debajo de él, añadió: "Ni se conmutarán por ella vasos de oro excelsos y eminentes, ni se mencionarán en comparación con ella. Pues la sabiduría se extrae de lugares ocultos". Al final, en verdad, para increpar también a los mismos herejes en la Iglesia, que viniendo del error de la gentilidad, rasgan por la soberbia la fe que perciben, añadió: "No se le igualará el topacio de Etiopía". Como si insinuara patentemente, diciendo: Éstos que de la negrura del pecado vienen a la conversión, no pueden igualarse al Dios hombre, aunque parezcan resplandecer con muchas virtudes de colores. Para que se refute la soberbia de los cuales, aptamente se subañade:

CAPÍTULO LIII.

IBÍD.--- "Ni se le compondrán las tinturas purísimas".

87. Son verdaderamente humildes y santos quienes nada atribuyen a sus méritos.--- Pues se llaman "tinturas purísimas" (tincturae mundissimae) aquellos que son verazmente humildes y verazmente santos, los cuales saben ciertamente que no tienen por sí mismos la apariencia de las virtudes, sino que poseen ésta por el don de la gracia sobreviniente. Pues no estarían "teñidos" (tincti) si hubieran tenido la santidad naturalmente. Pero son "tinturas purísimas", porque custodian humildemente la gracia de las virtudes sobreviniente en ellos que han recibido. De aquí es, pues, que se dice por la voz del Esposo sobre la santa Iglesia: "¿Quién es ésta que sube blanqueada?" (Cant. 6, 9; 3, 6). Porque, como la santa Iglesia no tiene naturalmente la vida celestial, sino que, por el Espíritu sobreviniente, es compuesta con la hermosura de los dones, no se menciona como "blanca", sino como "blanqueada" (dealbata). Y debe notarse que, cuando dijo arriba: "No se comparará con los colores teñidos de la India", no introdujo aquellos mismos colores como "limpios". Pero en este lugar, para distinguir la tintura de las verdaderas virtudes de aquel afeite de los filósofos, al decir "tinturas", añadió "purísimas". Pues rectamente se nombran "tinturas purísimas" aquellos que antes habían sido feos por las obras depravadas, pero, por el Espíritu sobreviniente, son vestidos con el resplandor de la gracia, de modo que parezcan ser algo muy distinto de lo que eran.

Unde etiam baptisma, id est tinctio, dicitur ipsa nostra in aquam descensio. Tingimur quippe, et qui prius indecori eramus deformitate vitiorum, accepta fide reddimur pulchri gratia et ornamento virtutum. Sequitur:

Caput LIV

[Rec. XXVIII].

VERS. 20, 21.---Unde ergo sapientia venit, et quis est locus intelligentiae? Abscondita est ab oculis omnium viventium.

88. Quandiu mortaliter vivimus, Deum non in propria natura, sed per quasdam imagines videmus, nisi prius carnali vitae, funditus exstincto ejus amore, moriamur.--- Pensandum magnopere est quod a sancto viro requiritur unde sapientia veniat. Ab eo etenim venit a quo orta est. Sed quia ab invisibili et coaeterno Patre nascitur, ejus via occulta est. Unde et per prophetam dicitur: Generationem illius quis enarrabit (Isai. LIII, 8)? Locus vero intelligentiae ejus, est mens humana, quam haec Dei sapientia dum repleverit, sanctam facit. Quia ergo et invisibilis est de quo prodiit, et incertum nobis est in cujus mente intellecta requiescat, recte nunc dicitur: Unde ergo sapientia venit, et quis est locus intelligentiae [Vet. XXXVII]? Sed hoc valde mirum est quod protinus subinfertur: Abscondita est ab oculis omnium viventium. Sapientia quippe quae Deus est, si omnium viventium oculis occulta esset, hanc procul dubio sanctorum nemo vidisset. Sed ecce huic sententiae Joannem audio concordantem, qui ait: Deum nemo vidit unquam (I Joan. IV, 12). Rursumque cum testamenti veteris patres intucor, multos horum, teste ipsa sacrae lectionis historia, Deum vidisse cognosco. Vidit quippe Jacob Dominum, qui ait: Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea (Genes. XXXII, 30). Vidit Moyses Deum, de quo scriptum est: Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum (Exod. XXXIII, 11). Vidit isdem Job Dominum, qui dicit: Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te (Job. XLII, 5). Vidit Isaias Dominum, qui ait: Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum (Isai. VI, 1). Vidit Michaeas Dominum, qui ait: Vidi Dominum sedentem super solium suum, et omnem exercitum coeli assistentem ei a dextris et a sinistris (III Reg. XXII, 19).

De donde también el bautismo, esto es, la "tintura" (tinctio), se llama nuestro mismo descenso al agua. Pues somos teñidos, y quienes antes éramos indecorosos por la deformidad de los vicios, recibida la fe somos vueltos hermosos por la gracia y el ornato de las virtudes. Sigue:

Capítulo LIV

[Rec. XXVIII].

VERS. 20, 21.--- "¿De dónde pues viene la sabiduría, y cuál es el lugar de la inteligencia? Está escondida de los ojos de todos los vivientes".

88. Mientras vivimos mortalmente, vemos a Dios no en su propia naturaleza, sino por ciertas imágenes, a menos que primero muramos a la vida carnal, extinguido totalmente el amor de ella.---Debe pensarse encarecidamente que se pregunta por el santo varón de dónde viene la sabiduría. Pues viene de Aquel de quien nació. Pero porque nace del invisible y coeterno Padre, su vía es oculta. De donde también se dice por el profeta: "¿Su generación quién la contará?" (Is. 53, 8). Pero el lugar de su inteligencia es la mente humana, a la cual esta sabiduría de Dios, mientras la haya llenado, hace santa. Porque, pues, es invisible Aquel de quien salió, y nos es incierto en la mente de quién repose entendida, rectamente se dice ahora: "¿De dónde pues viene la sabiduría, y cuál es el lugar de la inteligencia?" (Vet. 37). Pero esto es muy admirable que se subañade inmediatamente: "Está escondida de los ojos de todos los vivientes". Pues la sabiduría que es Dios, si estuviera oculta a los ojos de todos los vivientes, sin duda ninguno de los santos la habría visto. Pero he aquí que oigo a Juan concordando con esta sentencia, el cual dice: "A Dios nadie lo vio jamás" (1 Jn. 4, 12). Y de nuevo, cuando miro a los padres del antiguo testamento, conozco que muchos de éstos vieron a Dios, por testimonio de la misma historia de la sagrada lección. Pues Jacob vio al Señor, el cual dice: "Vi al Señor cara a cara, y ha sido salva mi alma" (Gén. 32, 30). Vio Moisés a Dios, de quien está escrito: "Hablaba el Señor a Moisés cara a cara, como suele hablar un hombre a su amigo" (Éx. 33, 11). Vio el mismo Job al Señor, el cual dice: "De oídas te había oído, pero ahora mi ojo te ve" (Job 42, 5). Vio Isaías al Señor, el cual dice: "El año en que murió el rey Ozías, vi al Señor sentado sobre un solio excelso y elevado" (Is. 6, 1). Vio Miqueas al Señor, el cual dice: "Vi al Señor sentado sobre su solio, y a todo el ejército del cielo asistiendo a él a la derecha y a la izquierda" (1 Re. 22, 19).

Quid est ergo quod tot testamenti veteris patres Deum se vidisse testati sunt, et tamen de hac sapientia quae Deus est, dicitur: Abscondita est ab oculis omnium viventium; et Joannes ait: Deum nemo vidit unquam (I Joan. IV, 12), nisi hoc quod patenter datur intelligi, quia quandiu hic mortaliter vivitur, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturae suae speciem non potest, ut anima, gratia spiritus afflata, per figuras quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim ejus essentiae non pertingat? Hinc est enim quod Jacob, qui Deum se vidisse testatur, hunc non nisi in angelo vidit (Exod. XXXIII, 11). Hinc est quod Moyses, qui cum Deo facie ad faciem loquebatur, sicut loqui solet homo cum amico suo, ei inter ipsa verba suae locutionis dicit: Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste, ut videam te (Exod. XXXIII, 13). Certe enim si Deus non erat cum quo loquebatur, ostende mihi Deum diceret, et non ostende temetipsum. Si autem Deus erat cum quo facie ad faciem loquebatur, cur se petebat videre quem videbat? Sed ex hac ejus petitione colligitur quia eum sitiebat per incircumscriptae naturae suae claritatem cernere, quem jam coeperat per quasdam imagines videre, ut sic superna essentia mentis ejus oculis adesset, quatenus ei ad aeternitatis visionem nulla imago creata temporaliter interesset. Et viderunt ergo patres testamenti veteris Dominum, et tamen, juxta Joannis vocem: Deum nemo vidit unquam (Joan. IV, 12); et juxta beati Job sententiam, sapientia quae Deus est, abscondita est ab oculis omnium viventium, quia in hac mortali carne consistentibus, et videri potuit per quasdam circumscriptas imagines, et videri non potuit per incircumscriptum lumen aeternitatis.

89. Sin vero a quibusdam potest in hac adhuc corruptibili carne viventibus, sed tamen inaestimabili virtute crescentibus, quodam contemplationis acumine aeterna Dei claritas videri; hoc quoque a beati Job sententia non abhorret, qui ait: Abscondita est ab oculis omnium viventium; quoniam quisquis sapientiam, quae Deus est, videt, huic vitae funditus moritur, ne jam ejus amore teneatur. Nullus quippe eam vidit, qui adhuc carnaliter vivit, quia nemo potest Deum simul amplecti et saeculum. Qui enim Deum videt, eo ipso moritur, quo vel intentione cordis, vel effectu operis ab hujus vitae delectationibus tota mente separatur. Unde adhuc ad eumdem quoque Moysen dicitur: Non enim videbit me homo, et vivet (Exod. XXXIII, 21). Ac si aperte diceretur: Nullus unquam Deum spiritaliter videt, et mundo carnaliter vivit. Unde Paulus quoque apostolus, qui adhuc Dei invisibilia, sicut ipse testatur, ex parte cognoverat (I Cor. XIII, 12), jam huic mundo totum se mortuum esse perhibebat, dicens: Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo (Galat. VI, 14).

¿Qué es, pues, que tantos padres del antiguo testamento testificaron que ellos habían visto a Dios, y sin embargo de esta sabiduría que es Dios se dice: "Está escondida de los ojos de todos los vivientes"; y Juan dice: "A Dios nadie lo vio jamás" (1 Jn. 4, 12), sino esto que se da a entender patentemente, que mientras aquí se vive mortalmente, puede verse Dios por ciertas imágenes, pero por la misma especie de su naturaleza no puede, ¿para que el alma, inspirada por la gracia del espíritu, vea a Dios por ciertas figuras, pero no alcance la fuerza misma de su esencia? De aquí es, pues, que Jacob, que testifica haber visto a Dios, no lo vio sino en un ángel (Éx. 33, 11). De aquí es que Moisés, que hablaba con Dios cara a cara, como suele hablar un hombre con su amigo, le dice entre las mismas palabras de su locución: "Si he hallado gracia en tu presencia, muéstrate a mí mismo manifiestamente, para que te vea" (Éx. 33, 13). Pues ciertamente si no fuera Dios con quien hablaba, diría "muéstrame a Dios", y no "muéstrate a ti mismo". Pero si era Dios con quien hablaba cara a cara, ¿por qué pedía ver a quien veía? Pero de esta petición suya se colige que tenía sed de contemplarlo por la claridad de su naturaleza incircunscrita, a quien ya había empezado a ver por ciertas imágenes, para que así la esencia suprema estuviera presente a los ojos de su mente, en tanto que ninguna imagen creada se interpusiera temporalmente para él para la visión de la eternidad. Y vieron, pues, los padres del antiguo testamento al Señor, y sin embargo, según la voz de Juan: "A Dios nadie lo vio jamás" (Jn. 4, 12); y según la sentencia del bienaventurado Job, la sabiduría que es Dios está escondida de los ojos de todos los vivientes, porque a los que consisten en esta carne mortal, pudo tanto ser visto por ciertas imágenes circunscritas, como no pudo ser visto por la luz incircunscrita de la eternidad.

89. Pero si por algunos que aún viven en esta carne corruptible, pero que crecen en una virtud inestimable, puede verse por un cierto aguzamiento de la contemplación la claridad eterna de Dios; esto tampoco desdice de la sentencia del bienaventurado Job, que dice: "Está escondida de los ojos de todos los vivientes"; puesto que quienquiera que ve la sabiduría que es Dios, muere totalmente para esta vida, para no estar ya retenido por el amor de ella. Pues nadie la ha visto, que viva aún carnalmente, porque nadie puede a la vez abrazar a Dios y al siglo. Pues quien ve a Dios, por eso mismo muere, por lo cual o por la intención del corazón, o por el efecto de la obra, es separado con toda su mente de los deleites de esta vida. De donde se dice todavía al mismo Moisés: "Pues no me verá el hombre, y vivirá" (Éx. 33, 21). Como si se dijera abiertamente: Nadie jamás ve a Dios espiritualmente, y vive para el mundo carnalmente. De donde también el apóstol Pablo, que todavía había conocido en parte las cosas invisibles de Dios, como él mismo testifica (1 Cor. 13, 12), ya declaraba que él estaba totalmente muerto para este mundo, diciendo: "Para mí el mundo está crucificado, y yo para el mundo" (Gál. 6, 14).

Sicut enim jam longe superius diximus, non sufficit ut diceret, Mundo crucifixus sum, nisi etiam praemitteret, Mihi mundus crucifixus est, ut non solum se mundo mortuum, sed etiam mundum sibi mortuum esse testaretur, quatenus nec ipse mundum, nec ipsum jam mundus appeteret. Si enim duo fortasse in uno loco sint, quorum unus vivus, alter vero sit mortuus, etsi mortuus viventem non videt, vivus tamen mortuum videt. Praedicator autem Dei ut ostenderet quia per abjectionem qua se humiliando dejecerat, talis jam factus esset, ut nec ipse mundum, nec mundus ipsum concupisceret, non solum ait se mundo crucifixum, ut ipse mundi gloriam quam appeteret tanquam mortuus non videt, sed etiam mundum sibi asseruit crucifixum, in quo tanta se humilitate dejecerat, ut et ipse mundus tanquam ad eum mortuus Paulum humilem atque despectum jam videre nequaquam posset.

90. Refelluntur qui Deum a beatis videri tantum in claritate, non in sua natura asserunt.---Sciendum vero est quod fuere nonnulli qui Deum dicerent etiam in illa regione beatitudinis in claritate quidem sua conspici, sed in natura minime videri. Quos nimirum minor inquisitionis subtilitas fefellit. Neque enim illi simplici et incommutabili essentiae aliud est claritas et aliud natura, sed ipsa ei natura sua claritas, ipsa claritas natura est. Quia enim suis dilectoribus haec Dei sapientia se quandoque ostenderet, ipse pollicetur, dicens: Qui diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et manifestabo me ipsum illi (Joan. XIV, 21). Ac si patenter dicat: Qui in vestra me cernitis, restat, ut in mea me natura videatis. Hinc rursus ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 8). Hinc Paulus dicit: Nunc videmus per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum (I Cor. XIII, 12).

91. Refelluntur et qui angelos divinae visionis expertes somniant.---Sed quia de Deo per primum Ecclesiae praedicatorem dicitur: In quem desiderant angeli prospicere (I Pet. I, 12), sunt nonnulli qui nequaquam Deum videre vel angelos suspicantur, et tamen dictum per Veritatis sententiam scimus: Angeli eorum in coelis semper vident faciam Patris mei qui in coelis est (Matth. XVIII, 10). Nunquid ergo aliud veritas, aliud praedicator insonat veritatis? Sed si sententia utraque confertur, quia sibi nequaquam discordet agnoscitur.

Pues como ya dijimos mucho más arriba, no bastaba que dijera: "Al mundo estoy crucificado", si no antepusiera también: "Para mí el mundo está crucificado", para testificar no solo que él estaba muerto para el mundo, sino también que el mundo estaba muerto para él, en tanto que ni él buscara al mundo, ni ya el mundo lo buscara a él. Pues si acaso dos están en un lugar, de los cuales uno está vivo, pero el otro está muerto, aunque el muerto no vea al vivo, el vivo sin embargo ve al muerto. Pero el predicador de Dios, para mostrar que por el desprecio con que se había abatido humillándose, ya se había hecho tal que ni él codiciara al mundo, ni el mundo a él, no solo dijo estar crucificado al mundo, para que él mismo no viera la gloria del mundo que buscara como muerto, sino que también afirmó que el mundo le estaba crucificado a él, en quien se había abatido en tan gran humildad, que también el mundo como muerto para él ya no pudiera ver de ninguna manera al humilde y despreciado Pablo.

90. Se refuta a los que afirman que Dios es visto por los bienaventurados solo en la claridad, no en su naturaleza.---Debe saberse, en verdad, que hubo algunos que dijeran que Dios, aun en aquella región de la bienaventuranza, es contemplado ciertamente en su claridad, pero de ninguna manera visto en su naturaleza. A los cuales sin duda engañó una menor sutileza de inquisición. Pues para aquella esencia simple e inmutable no es una cosa la claridad y otra la naturaleza, sino que su misma naturaleza es su claridad, su misma claridad es su naturaleza. Porque, como esta sabiduría de Dios se mostraría alguna vez a sus amadores, él mismo lo promete, diciendo: "Quien me ama, será amado por mi Padre; y yo lo amaré, y me manifestaré a mí mismo a él" (Jn. 14, 21). Como si dijera patentemente: Ustedes que me ven en la vuestra [naturaleza], resta que me vean en mi naturaleza. De aquí de nuevo dice: "Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios" (Mt. 5, 8). De aquí Pablo dice: "Ahora vemos por un espejo en enigma, pero entonces cara a cara. Ahora conozco en parte, pero entonces conoceré como también soy conocido" (1 Cor. 13, 12).

91. Se refuta también a los que sueñan que los ángeles están privados de la visión divina.---Pero porque se dice de Dios por el primer predicador de la Iglesia: "En el cual desean mirar los ángeles" (1 Pe. 1, 12), hay algunos que de ninguna manera sospechan que los ángeles vean a Dios, y sin embargo sabemos que fue dicho por la sentencia de la Verdad: "Sus ángeles en los cielos siempre ven la cara de mi Padre que está en los cielos" (Mt. 18, 10). ¿Acaso, pues, la verdad suena una cosa, y el predicador de la verdad otra? Pero si ambas sentencias se comparan, se reconoce que de ninguna manera discrepan entre sí.

Deum quippe angeli et vident, et videre desiderant; et sitiunt intueri et intuentur. Si enim sic videre desiderant ut effectu sui desiderii minime perfruantur, desiderium sine fructu anxietatem habet, et anxietas poenam. Beati vero angeli ab omni poena anxietatis longe sunt, quia nunquam simul poena et beatitudo conveniunt. Rursum cum eos dicimus Dei visione satiari, quia et Psalmista ait: Satiabor dum manifestabitur gloria tua (Psal. XVI, 15), considerandum nobis est quoniam satietatem solet fastidium subsequi. Ut ergo recte sibi utraque conveniant, dicat veritas: Quia semper vident; dicat praedicator egregius: Quia semper videre desiderant. Ne enim sit in desiderio anxietas, desiderantes satiantur; ne autem sit in satietate fastidium, satiati desiderant. Et desiderant igitur sine labore, quia desiderium satietas comitatur; et satiantur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper accenditur. Sic quoque et nos erimus quando ad ipsum fontem vitae venerimus. Erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atque satietas. Sed longe abest ab ista siti necessitas, longe a satietate fastidium, quia et sitientes satiabimur, et satiati sitiemus. Videbimus igitur Deum, ipsumque erit praemium laboris nostri, ut post mortalitatis hujus tenebras, accessa ejus luce gaudeamus.

92. Quo sensu Deus lucem habitet inaccessibilem.---Sed cum ejus lucem dicimus accessam, obsistit animo quod Paulus dicit: Qui lucem habitat inaccessibilem, quem vidit nullus hominum, sed nec videre potest (I Tim. VI, 16). Et rursum audio quod Psalmista ait: Accedite ad eum, et illuminamini (Psal. XXXIII, 6). Quomodo ergo accedendo illuminamur, si ipsam lucem qua illuminari possumus non videmus? Si vero accedendo ad eum ipsam qua illuminamur lucem vimus, quomodo inaccessibilis esse perhibetur? Qua in re pensandum est quod inaccessibilem dixit ised omni homini humana sapienti. Scriptura quippe sacra omnes carnalium sectatores, humanitatis nomine notare solet. Unde isdem apostolus quibusdam discordantibus dicit: Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis (I Cor. III, 3, 4)? Quibus paulo post subjicit: Nonne homines estis? Et unde alias testimonium protulit, Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quae praeparavit Deus diligentibus se (I Cor. II, 2).

Pues los ángeles tanto ven a Dios, como desean verlo; y tienen sed de contemplarlo y lo contemplan. Pues si de tal modo desean ver que de ninguna manera disfruten del efecto de su deseo, el deseo sin fruto tiene ansiedad, y la ansiedad tiene pena. Pero los bienaventurados ángeles están lejos de toda pena de ansiedad, porque nunca convienen a la vez la pena y la bienaventuranza. De nuevo, cuando decimos que ellos se sacian con la visión de Dios, porque también el Salmista dice: "Me saciaré cuando se manifieste tu gloria" (Sal. 16, 15), debemos considerar que suele seguir el fastidio a la saciedad. Para que, pues, rectamente convengan ambas entre sí, diga la Verdad: "Porque siempre ven"; diga el predicador egregio: "Porque siempre desean ver". Pues para que no haya ansiedad en el deseo, los deseantes se sacian; pero para que no haya fastidio en la saciedad, los saciados desean. Y desean, por tanto, sin trabajo, porque la saciedad acompaña al deseo; y se sacian sin fastidio, porque la saciedad misma siempre se enciende por el deseo. Así también seremos nosotros cuando hayamos llegado a la fuente misma de la vida. Habrá en nosotros una sed a la vez que una saciedad deleitablemente impresas. Pero está lejos de esa sed la necesidad, lejos de la saciedad el fastidio, porque tanto sedientos seremos saciados, como saciados tendremos sed. Veremos, pues, a Dios, y él mismo será el premio de nuestro trabajo, para que después de las tinieblas de esta mortalidad, nos gocemos en su luz habiendo sido accedida.

92. En qué sentido Dios habita una luz inaccesible.---Pero cuando decimos que su luz es accedida, se opone al ánimo lo que Pablo dice: "Quien habita una luz inaccesible, a quien ninguno de los hombres vio, ni puede ver" (1 Tim. 6, 16). Y de nuevo oigo lo que el Salmista dice: "Accedan a él, y sean iluminados" (Sal. 33, 6). ¿Cómo, pues, accediendo somos iluminados, si no vemos esa misma luz por la cual podemos ser iluminados? Pero si accediendo a él vemos esa misma luz por la cual somos iluminados, ¿cómo se afirma ser inaccesible? En la cual cosa debe pensarse que dijo inaccesible ciertamente a todo hombre, a la sabiduría humana. Pues la sagrada Escritura suele notar a todos los seguidores de las cosas carnales con el nombre de humanidad. De donde el mismo apóstol dice a ciertos discordantes: "Pues habiendo entre ustedes celo y contienda, ¿no son carnales, y andan según el hombre?" (1 Cor. 3, 3, 4). A los cuales poco después subañade: "¿No son hombres?". Y de donde en otra parte trajo testimonio: "Que el ojo no vio, ni el oído oyó, ni subió al corazón del hombre lo que preparó Dios para los que lo aman" (1 Cor. 2, 9).

Et cum hoc hominibus dixisset absconditum, mox subdidit: Nobis autem revelavit Deus per spiritum suum (Ibidem); ipsum se ab hominis vocatione discernens, qui raptus supra hominem divina jam saperet. Ita etiam hoc loco cum lucem Dei inaccessibilem perhiberet, ut ostenderet quibus, subdidit: Quem vidit nullus hominum, sed nec videre potest. More suo homines vocans omnes humana sapientes, quia qui divina sapiunt, videlicet supra homines sunt. Videbimus igitur Deum, si per coelestem conversationem supra homines esse mereamur. Nec tamen ita videbimus sicut videt ipse seipsum. Longe quippe dispariliter videt creator se, quam videt creatura creatorem. Nam quantum ad immensitatem Dei, quidam nobis modus figitur contemplationis, quia eo ipso pondere circumscribimur, quo creatura sumus.

Y habiendo dicho esto escondido a los hombres, al punto subañadió: "Pero a nosotros nos lo reveló Dios por su espíritu" (Ibíd.); distinguiéndose a sí mismo de la vocación del hombre, quien arrebatado sobre el hombre ya sabía las cosas divinas. Así también en este lugar, al afirmar ser inaccesible la luz de Dios, para mostrar a quiénes, subañadió: "A quien ninguno de los hombres vio, ni puede ver". Llamando según su costumbre hombres a todos los que saben lo humano, porque quienes saben lo divino, evidentemente están sobre los hombres. Veremos, pues, a Dios, si por la conversación celestial merecemos estar sobre los hombres. Y sin embargo no lo veremos así como él se ve a sí mismo. Pues de modo muy dispar ve el creador a sí mismo, de como ve la criatura al creador. Pues en cuanto a la inmensidad de Dios, se nos fija un cierto modo de contemplación, porque somos circunscritos por ese mismo peso por el que somos criaturas.

Liber D

ECIMUS NONUS.

Ab extrema parte vers. 21 cap. XXVIII usque ad vers. 21 sequentis cap. exclusive perducta expositione, varii sensus non minus docte quam pie aperiuntur, maxime de Christo et Ecclesiae. [Vet. et Rec. I] 1. Quid mirum si aeterna Dei sapientia conspici non valet, quando ipsa quoque invisibilia quae per eam condita sunt humanis oculis comprehendi non possunt? In rebus ergo creatis discimus creatorem omnium quanta humilitate veneremur, ut in hac vita usurpare sibi de omnipotentis Dei specie mens humana nil audeat, quod solum electis suis praemium in subsequenti remuneratione servat. Unde bene postquam dictum est: Abscondita est ab oculis omnium viventium, illico subinfertur:

CAPUT PRIMUM.

CAP. XXVIII, VERS. 21.---Volucres quoque coeli latet.

2. Volucres coeli aliquando in malam partem accipiuntur, aliquando in bonam.--- In Scriptura enim sacra volucres aliquando in malo, aliquando in bono dantur intelligi. Per volucres quippe nonnunquam potestates aereae designantur, bonorum studiis adversae. Unde Veritatis ore dicitur: Quoniam senem quod secus viam cecidit, venerunt volucres, et comederunt illud (Matth. XIII, 4; Luc. VIII, 5); quia nimirum maligni spiritus humanas mentes obsidentes, dum cogitationes noxias ingerunt, verbum vitae a memoria evellunt. Hinc rursum cuidam diviti superba sapienti dicitur: Vulpes foveas habent, et volucres coeli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet (Matth. VIII, 20; Luc. IX, 58). Vulpes valde fraudulenta sunt animalia, quae in fossis vel specubus se abscondunt; cumque apparuerint, nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currunt. Volucres vero, ut novimus, alto volatu se in aera sublevant. Nomine ergo vulpium dolosa atque fraudulenta, nomine autem volucrum, haec eadem superba daemonia designantur.

Libro D

ECIMONOVENO.

Llevada la exposición desde la parte extrema del vers. 21 del cap. XXVIII hasta el vers. 21 del cap. siguiente inclusive, se abren varios sentidos no menos doctamente que piadosamente, sobre todo sobre Cristo y la Iglesia. [Vet. et Rec. I] 1. ¿Qué maravilla si la eterna sabiduría de Dios no puede ser contemplada, cuando las mismas cosas invisibles que han sido creadas por ella tampoco pueden ser comprendidas por los ojos humanos? En las cosas creadas aprendemos, por tanto, con cuánta humildad debe ser venerado el creador de todas, para que en esta vida la mente humana nada ose para sí sobre la especie del Dios omnipotente, cuyo premio guarda solo para sus electos en la subsiguiente remuneración. De donde bien después de haberse dicho: "Está escondida de los ojos de todos los vivientes", al punto se subañade:

CAPÍTULO PRIMERO.

JOB 28, 21.--- "También a las aves del cielo se les oculta".

2. Las aves del cielo unas veces se toman en mala parte, otras en buena.---Pues en la sagrada Escritura las aves a veces se dan a entender en mal sentido, a veces en buen sentido. Pues por las aves se designan a veces las potestades aéreas, adversas a los estudios de los buenos. De donde se dice por boca de la Verdad: "Porque la semilla que cayó junto al camino, vinieron las aves y se la comieron" (Mt. 13, 4; Lc. 8, 5); porque sin duda los espíritus malignos que asedian las mentes humanas, mientras sugieren pensamientos nocivos, arrancan la palabra de vida de la memoria. De aquí de nuevo se dice a un cierto sabio en su soberbia: "Las zorras tienen madrigueras, y las aves del cielo nidos; el Hijo del hombre sin embargo no tiene donde reclinar su cabeza" (Mt. 8, 20; Lc. 9, 58). Las zorras son animales muy fraudulentos, que se esconden en fosas o cavernas; y cuando aparecen, nunca corren por caminos rectos, sino por anfractos tortuosos. Pero las aves, como sabemos, se elevan al aire por un alto vuelo. Con el nombre de zorras, por tanto, se designan las cosas engañosas y fraudulentos, pero con el nombre de aves, estos mismos demonios soberbios.

Ac si dicat: Fraudulenta et elata daemonia in corde vestro, id est in cogitatione superbiae inveniunt habitationem suam; Filius autem hominis ubi caput suum reclinet non habet, id est, humilitas mea requiem in superba mente vestra non invenit. Quasi enim quodam volatu volucris illa prima se extulit, quae per elatam cogitationem dixit: In coelum conscendam, super astra coeli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, et ero similis Altissimo (Isai. XIV, 13). Ecce quam alta superbe volando petiit. Quem etiam volatum et primis hominibus persuasit. Ipsi quippe volando quasi super se ire conati sunt, quando eis dictum est, ut gustarent, et essent sicut dii (Genes. III, 5, 19). Cumque similitudinem divinitatis appetunt, immortalitatis munera perdiderunt (Ibid., 19). Qui in terram moriendo non issent, si super terram humiliter stare voluissent.

3. At contra in bono volucres poni solent, sicut in Evangelio Dominus cum similitudinem regni coelestis ex grano sinapis denuntiaret, dixit: Cui simile est regnum Dei, et cui simile aestimabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in, hortum suum, et crevit, et factum est in arborem magnam, et volucres coeli requieverunt in ramis ejus (Matth. XIII, 31). Ipse quippe est granum sinapis qui in horti sepultura plantatus, arbor magna surrexit. Granum namque fuit cum moreretur, arbor cum resurgeret. Granum per humilitatem carnis, arbor per potentiam majestatis. Granum, quia vidimus eum, et non erat aspectus (Isai. LIII, 2); arbor autem, quia speciosus forma prae filiis hominum (Psal. XLIV, 3). [Vet. II.] Hujus arboris rami sancti praedicatores sunt. Et videamus quam late tendantur. Quid enim de eis dicitur? In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum (Psal. XVIII, 5). In istis ramis volucres requiescunt, quia sanctae animae, quae quibusdam virtutum pennis a terrena cogitatione se sublevant, in eorum dictis atque consolationibus ab hujus vitae fatigatione respirant. Hoc igitur in loco postquam de sapientia dictum est: Abscondita est ab oculis omnium viventium, recte subjungitur: Volucres quoque coeli latet, quia in hac corruptibili carne constituti, naturae ejus potentiam ipsi quoque videndo non penetrant, qui jam per meritum sanctae contemplationis volant. Ubi apte subjungitur:

Caput II

[Rec. II].

VERS. 22.---Perditio et mors dixerunt: Auribus nostris audivimus famam ejus.

Como si dijera: Los demonios fraudulentos y elados encuentran su habitación en su corazón, esto es, en el pensamiento de la soberbia; el Hijo del hombre sin embargo no tiene donde reclinar su cabeza, esto es, mi humildad no encuentra descanso en su mente soberbia. Pues como por un cierto vuelo de ave se ensalzó aquel primero [Lucifer], que dijo por pensamiento elado: "Subiré al cielo, sobre los astros del cielo ensalzaré mi solio, me sentaré en el monte del testamento, en los lados del Aquilón, subiré sobre la altura de las nubes, y seré semejante al Altísimo" (Is. 14, 13). He aquí qué cosas altas buscó volando soberbiamente. El cual vuelo también persuadió a los primeros hombres. Pues ellos volando como que intentaron ir sobre sí mismos, cuando se les dijo que gustaran y fueran como dioses (Gén. 3, 5, 19). Y cuando apetecen la semejanza de la divinidad, perdieron los dones de la inmortalidad (Ibíd. 19). Quienes no habrían ido a la tierra muriendo, si hubieran querido estar humildemente sobre la tierra.

3. Pero al contrario, las aves suelen ponerse en buen sentido, como en el Evangelio el Señor, cuando denunciaba la similitud del reino de los cielos por un grano de mostaza, dijo: "¿A qué es semejante el reino de Dios, y a qué lo compararé? Es semejante a un grano de mostaza, que tomado un hombre lo envió a su huerto, y creció, y se hizo un árbol grande, y las aves del cielo descansaron en sus ramas" (Mt. 13, 31). Pues él mismo es el grano de mostaza que, plantado en la sepultura del huerto, surgió como un árbol grande. Pues fue grano al morir, árbol al resurgir. Grano por la humildad de la carne, árbol por la potencia de la majestad. Grano, porque "lo vimos, y no había aspecto" (Is. 53, 2); pero árbol, porque es "hermoso en su forma sobre los hijos de los hombres" (Sal. 44, 3). [Vet. II.] Las ramas de este árbol son los santos predicadores. Y veamos cuán ampliamente se extienden. Pues ¿qué se dice de ellos? "A toda la tierra salió el sonido de ellos, y hasta los confines del orbe de la tierra sus palabras" (Sal. 18, 5). En estas ramas las aves descansan, porque las almas santas, que por ciertas alas de virtudes se elevan del pensamiento terreno, respiran de la fatiga de esta vida en sus dichos y consolaciones. En este lugar, por tanto, después de que se dijo de la sabiduría: "Está escondida de los ojos de todos los vivientes", rectamente se subañade: "También a las aves del cielo se les oculta", porque consistiendo en esta carne corruptible, tampoco penetran viendo la potencia de su naturaleza, quienes ya vuelan por el mérito de la santa contemplación. Donde aptamente se subañade:

Capítulo II

[Rec. II].

VERS. 22.--- "La perdición y la muerte dijeron: Con nuestros oídos hemos oído la fama de ella".

4. Superbi angeli divinam sapientiam, quia ea non fruuntur, minime vident.---Qui perditionis et mortis nomine nisi maligni spiritus designantur? qui inventores mortis et perditionis exstiterunt, sicut de ipso eorum principe sub ministri ejus specie per Joannem dicitur: Et nomen illi mors (Apoc. VI, 8). Cui subjecti omnes superbiae spiritus de hac sapientia quae Deus est dicunt: Auribus nostris audivimus famam ejus; quia nimirum visionem illius plena beatitudine habere nequiverunt. Videre quippe perfecte coaeternam Deo sapientiam, hoc est quod habere. Unde ad Joannem de munere vincentis dicitur: Dabo illi calculum candidum, et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit (Apoc. II, 17). In hac enim vita scire aliquid vel videre possumus, etiam quod non accepimus; habere vero nomen novum in calculo scriptum, est in aeterno praemio notitiam Dei humanis sensibus inusitatam, quam scire non potest nisi qui accipit, habere. Quia itaque, ut diximus, videre Deum, hoc est quod habere, ideo iniqui spiritus hanc sapientiam non vident, quia repulsi per superbiam nequaquam eam habere potuerunt. Ad lucem quippe ejus clauserunt oculos cordis, superfusis ejus radiis repugnantes, sicut intelligi etiam de eisdem malignis spiritibus potest, quod scriptum est: Ipsi rebelles fuerunt lumini (Job. XXIV, 13). Famam ergo sapientiae malignis spiritibus audisse, sed eamdem sapientiam non vidisse, est et ejus potentiam ex virtute illius cognovisse, et tamen sub ea humiliter stare noluisse. Unde et Veritatis voce de ipso malignorum spirituum capite dicitur: Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit (Joan. VIII, 44). Sequitur:

Caput III

[Rec. III].

VERS. 23.---Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum illius.

5. Homines latuit quando per carnem Sapientia ventura esset ad homines; vel quomodo foris apparens invisibilis apud Patrem permaneret.---Haec coaeterna Deo sapientia aliter viam habet, atque aliter locum. Locum vero si quis intelligat, non localem. Nam teneri corporaliter non potest Deus; sed, ut dictum est, locus intelligitur non localis. Locus sapientiae Pater est, locus Patris sapientia. sicut ipsa Sapientia attestante dicitur: Ego in Patre, et Pater in me. Aliter ergo ipsa sapientia habet viam, atque aliter locum. Viam per humanitatis transitum, locum vero per flatum divinitatis.

4. Los ángeles soberbios, porque no gozan de ella, de ninguna manera ven la sabiduría divina.--- ¿Quiénes se designan con el nombre de perdición y muerte sino los espíritus malignos? los cuales existieron como inventores de la muerte y la perdición, como se dice de su mismo príncipe bajo la especie de su ministro por Juan: "Y su nombre era Muerte" (Apoc. 6, 8). A quien todos los espíritus de la soberbia sujetos dicen de esta sabiduría que es Dios: "Con nuestros oídos hemos oído la fama de ella"; porque sin duda no pudieron tener la visión de ella en plena bienaventuranza. Pues ver perfectamente la sabiduría coeterna a Dios, esto es lo que es tenerla. De donde se dice a Juan sobre el don del vencedor: "Le daré una piedrecita blanca, y en la piedrecita un nombre nuevo escrito, que nadie sabe sino quien lo recibe" (Apoc. 2, 17). Pues en esta vida podemos saber o ver algo incluso que no hemos recibido; pero tener un nombre nuevo escrito en la piedrecita, es tener en el premio eterno una noticia de Dios inusitada a los sentidos humanos, la cual no puede saber sino quien la recibe. Porque por tanto, como dijimos, ver a Dios esto es lo que es tenerlo, por eso los espíritus inicuos no ven esta sabiduría, porque repelidos por la soberbia de ninguna manera pudieron tenerla. Pues cerraron los ojos del corazón a la luz de ella, repugnando a sus rayos superfundidos, como puede entenderse también de los mismos espíritus malignos lo que está escrito: "Ellos mismos fueron rebeldes a la luz" (Job 24, 13). Haber oído los espíritus malignos la fama de la sabiduría, pero no haber visto la misma sabiduría, es tanto haber conocido la potencia de ella por su virtud, como sin embargo no haber querido estar humildemente bajo ella. De donde también se dice por voz de la Verdad del mismo jefe de los espíritus malignos: "Él era homicida desde el principio, y no permaneció en la verdad" (Jn. 8, 44). Sigue:

Capítulo III

[Rec. III].

VERS. 23.--- "Dios entiende la vía de ella, y él conoce su lugar".

5. A los hombres se les ocultó cuándo por la carne la Sabiduría vendría a los hombres; o cómo apareciendo fuera permanecería invisible junto al Padre.---Esta sabiduría coeterna a Dios tiene de un modo la vía, y de otro modo el lugar. El lugar en verdad, si alguien lo entiende, no es local. Pues no puede ser retenido corporalmente Dios; sino que, como se dijo, se entiende un lugar no local. El lugar de la sabiduría es el Padre, el lugar del Padre la sabiduría, como se dice por testimonio de la misma Sabiduría: "Yo en el Padre, y el Padre en mí". De un modo, pues, la misma sabiduría tiene vía, y de otro modo lugar. Vía por el tránsito de la humanidad, lugar en verdad por el soplo de la divinidad.

[Vet. III.] Inde enim non transit. unde aeterna est; sed inde transit, unde propter nos apparuit temporalis. Sic namque in Evangelio scriptum est: Quia egrediens ab Jericho Dominus transibat; duo autem caeci sedentes juxta viam clamaverunt, dicentes: Domine, miserere nostri fili David (Joan. XIV, 10, 11; Matth. XX, 29, 30). Ad quorum vocem, sicut illic scriptum est, stetit Jesus, et lumen reddidit. Quid est autem transeundo audire, stando lumen restituere, nisi quod per humanitatem suam nobis misertus est, qui per divinitatis suae potentiam a nobis mentis nostrae tenebras exclusit? Quod enim propter nos natus et passus est, quod resurrexit, ascendit in coelum, quasi transit Jesus, quia haec nimirum actio temporalis est. Sed stans eos tetigit et illuminavit, quia non sicut illa dispensatio temporalis, ita verbi aeternitas transit, quae in se manens innovat omnia. Stare enim Dei, est incommutabili cogitatione mutabilia cuncta disponere. Qui ergo voces petentium transiens audivit, stans lumen reddidit, quia etsi propter nos temporalia pertulit, inde tamen nobis lucem tribuit, unde habere mutabilitatis transitum nescit. Quia igitur quando per carnem appareret hominibus incertum fuit, 606 recte nunc dicitur: Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum illius. Ac si aperte diceretur: Humanae cogitationi occulta sunt, vel quando per carnem ad homines sapientia veniat, vel quomodo apud Patrem invisibilis, etiam cum foris apparuerit, persistat.

6. Ejusdem adventus et mansio in cordibus hominum ignorantur.---Quamvis hoc intelligi et aliter potest. Nam via ejus non inconvenienter accipitur hoc ipsum quod venit ad cor, seseque nobis intrinsecus infundit. Locus vero ejus fit cor, ad quod veniens permanet. De hac quippe via illius dicitur: Vox clamantis in deserto, parate viam Domino (Matth. III, 3); id est, in corde vestro venienti Sapientiae aditum reserate, sicut alias dicitur: Iter facite ei qui ascendit super occasum (Psal. LXVII, 5). Super occasum fuit ascendere, ipsam mortem quam pertulerat resurgendo superasse. Ait ergo: Ei qui ascendit super occasum, iter facite; id est, resurgenti Domino in vestris cordibus per fidem viam praebete. Hinc Joanni per spiritum dicitur: Praeibis ante faciem Domini parare vias ejus (Luc. I, 76). Quisquis etenim praedicando a sordibus vitiorum corda audientium mundat, venienti sapientiae viam praeparat. Habet ergo viam ista sapientia, habet et locum: Viam qua venit, locus quo manet, sicut ipsa ait: Si quis diligit me, sermonem meum servabit; et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus (Joan. XIV, 23).

[Vet. III.] Pues de allí no pasa, de donde es eterna; sino que de allí pasa, de donde por nosotros apareció temporal. Pues así está escrito en el Evangelio: "Que saliendo de Jericó el Señor pasaba; y dos ciegos sentados junto al camino clamaron, diciendo: Señor, ten misericordia de nosotros, hijo de David" (Jn. 14, 10, 11; Mt. 20, 29, 30). A cuya voz, como allí está escrito, se detuvo Jesús, y devolvió la luz. But what is it to hear in passing, to restore light while standing, unless that He had mercy on us through His humanity, who through the power of His divinity excluded from us the darkness of our mind? Pues que por nosotros nació y padeció, que resurgió, ascendió al cielo, casi pasa Jesús, porque esta acción sin duda es temporal. Pero estando de pie los tocó e iluminó, porque no como aquella dispensación temporal, así pasa la eternidad del Verbo, la cual permaneciendo en sí innova todas las cosas. Pues el estar de pie de Dios, es disponer con pensamiento inmutable todas las cosas mudables. El que, por tanto, oyó las voces de los que pedían pasando, estando de pie devolvió la luz, porque aunque por nosotros sufrió cosas temporales, de allí sin embargo nos tributó la luz, de donde no conoce el tránsito de la mutabilidad. Porque, pues, cuándo aparecería por la carne a los hombres fue incierto, rectamente se dice ahora: "Dios entiende la vía de ella, y él conoce su lugar". Como si se dijera abiertamente: Ocultas son al pensamiento humano, o cuándo por la carne la sabiduría venga a los hombres, o cómo permanezca invisible junto al Padre, incluso cuando hubiere aparecido fuera.

6. El advenimiento y la mansión de la misma en los corazones de los hombres se ignoran.---Aunque esto también puede entenderse de otro modo. Pues su vía no inconvenientemente se toma como esto mismo que viene al corazón, y se nos infunde intrínsecamente. Su lugar en verdad se hace el corazón, al cual viniendo permanece. De esta vía de él se dice: "Voz del que clama en el desierto: preparen la vía al Señor" (Mt. 3, 3); esto es, en su corazón abran el acceso a la Sabiduría que viene, como en otra parte se dice: "Hagan camino al que asciende sobre el ocaso" (Sal. 67, 5). Sobre el ocaso fue ascender, el haber superado resurgiendo la misma muerte que había sufrido. Dice pues: "Al que asciende sobre el ocaso, háganle camino"; esto es, al Señor que resurge en sus corazones por la fe denle paso. De aquí se le dice a Juan por el espíritu: "Irás delante de la faz del Señor a preparar sus vías" (Lc. 1, 76). Pues quienquiera que predicando limpia de las suciedades de los vicios los corazones de los oyentes, prepara la vía a la sabiduría que viene. Tiene por tanto vía esta sabiduría, tiene también lugar: Vía por la que viene, lugar en el que permanece, como ella misma dice: "Si alguien me ama, guardará mi palabra; y mi Padre lo amará, y vendremos a él, y haremos mansión junto a él" (Jn. 14, 23).

Via est igitur qua venit, locus quo manet. Sed quo venit, quae ubique est? An venire est sapientiae per illuminationem mentis nostrae indicare praesentiam majestatis suae? Et quia hominibus incertum est vel in cujus cor veniat, vel in quo postquam venerit permanendo requiescat, recte nunc dicitur: Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum illius, quia solius divinae visionis est cernere, vel quibus modis intellectus sapientiae ad cor hominis veniat, vel cujus mens intellectum vitae, quem perceperit, mortiferis cogitationibus non amittat. Et quia haec eadem sapientia per humanitatis gratiam manifestata in cunctis mundi partibus electorum fuerat corda repletura, recte subditur.

Caput IV

[Vet. IV].

VERS. 24.---Ipse enim fines mundi intuetur, et omnia quae sub coelo sunt respicit.

Deus nos respiciendo per gratiam reformat.---7. Respicere quippe Dei est ea quae amissa ac perdita fuerant ad suam gratiam reformare. Unde scriptum est: Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo (Prov. XX, 8). Respiciendo namque levitatis nostrae mala coercuit, et magna merita maturitatis dedit. Unde adhuc subditur:

Caput V

[Rec. IV].

VERS. 25.---Qui fecit ventis pondus,

8. Animas vagas figit et gravitate donat.---Velocitate enim ac subtilitate ventorum in Scriptura sacra solent animae designari, sicut per Psalmistam de Deo dicitur: Qui ambulat super pennas ventorum (Psal. CIII, 3); id est, qui transgreditur virtutes animarum Fecit ergo ventis pondus, quia dum superna sapientia replet animas, eas maturitate indita graves reddit; non illa gravitate qua dicitur: Filii hominum usquequo gravi corde (Psal. IV, 3)? Aliud namque est gravem esse per consilium, aliud per peccatum; aliud est gravem esse per constantiam, aliud per culpam.

Es por tanto la vía por la que viene, el lugar en el que permanece. ¿A dónde viene, la que está en todas partes? ¿O es venir de la sabiduría el indicar la presencia de su majestad por la iluminación de nuestra mente? Y porque a los hombres les es incierto o a qué corazón venga, o en quién después de haber venido repose permaneciendo, rectamente se dice ahora: "Dios entiende la vía de ella, y él conoce su lugar", porque solo es de la visión divina el discernir, o por qué modos el intelecto de la sabiduría venga al corazón del hombre, o cuya mente no pierda el intelecto de la vida, que hubiere percibido, por pensamientos mortíferos. Y porque esta misma sabiduría manifestada por la gracia de la humanidad había de llenar en todas las partes del mundo los corazones de los electos, rectamente se subañade:

Capítulo IV

[Vet. IV].

VERS. 24.--- "Pues él contempla los fines del mundo, y mira todas las cosas que están bajo el cielo".

Dios al mirarnos por la gracia nos reforma.---7. Pues mirar de Dios es reformar a su gracia las cosas que habían sido perdidas y perecidas. De donde está escrito: "El rey que se sienta en el solio del juicio, disipa todo mal con su mirada" (Prov. 20, 8). Pues mirando reprimió los males de nuestra levedad, y dio grandes méritos de madurez. De donde se subañade:

Capítulo V

[Rec. IV].

VERSÍCULO 25.---Que hizo un peso para los vientos,

8. Él fija las almas errantes y las dota de gravedad.---Pues por la velocidad y sutileza de los vientos, en la Sagrada Escritura se suelen designar las almas, como se dice de Dios por el Salmista: "Que camina sobre las alas de los vientos" (Sal. 103, 3); esto es, que trasciende las virtudes de las almas. Hizo, pues, "un peso para los vientos", porque mientras la sabiduría suprema llena las almas, las vuelve graves por una madurez infundida; no con aquella gravedad de la cual se dice: "Hijos de los hombres, ¿hasta cuándo seréis pesados de corazón?" (Sal. 4, 3). Pues una cosa es ser grave por el consejo, otra por el pecado; una cosa es ser grave por la constancia, otra por la culpa.

Ista enim gravitas pondus habet oneris, illa virtutis. Pondus ergo accipiunt animae, ut ab intentione Dei non jam levi motu desiliant, sed in eum fixa constantiae gravitate consistant. Adhuc ille populus leviter movebatur, de quo per prophetam dicitur: Abiit vagus in viam cordis fui; viam ejus vidi, et dimisi eum (Isai. LVII, 17). Grave autem consilium cordis omnem inconstantiam vagationis expellit. Et quoniam sunt animae quae levi motu nunc ista, nunc illa desiderant, omnipotens Deus, quia ipsas leves fluctuationes mentium non leviter pensat, vagationem cordis relinquendo dijudicat. Sed cum per gratiam respicit vagam mentem, in consilii stabilitatem figit. Recte ergo nunc dicitur: Qui fecit ventis pondus, quia cum leves motus animi misericorditer dignatur aspicere, hunc protinus ad constantiae maturitatem format. Vel certe ventis pondus facere est concessam hic electis de virtutibus gloriam, permista infirmitate temperare. Unde et subditur:

CAPUT VI.

IBID.---Et aquas appendit mensura.

9. Virtutes electorum permista, ne extollantur, infirmitate temperat. Aquae in Scriptura sacra aliquando Spiritum sanctum, aliquando scientiam sacram, aliquando scientiam pravam, aliquando tribulationem, aliquando defluentes populos, aliquando mentes fidem sequentium, designare solent. Per aquam quippe sancti Spiritus infusio designatur, sicut in Evangelio dicitur: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae (Joan. VII, 38). Ubi evangelista secutus adjunxit: Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Rursum per aquam sacra scientia designatur, sicut dicitur: Aqua sapientiae salutaris potabit eos (Eccli. XV, 3). Per aquam quoque prava scientia appellari solet, sicut apud Salomonem mulier, quae typum haereseos tenet, callidis suasionibus blanditur dicens: Aquae furtivae dulciores sunt (Prov. IX, 17). Aquarum etiam nomine nonnunquam solent tribulationes intelligi, sicut per Psalmistam dicitur: Salvum ne fac, Deus, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam (Psal. XLVIII, 2). Per aquam populi designantur, sicut per Joannem dicitur: Aquae vero sunt populi (Apoc. XVII, 15).

Pues esta gravedad tiene el peso de la carga, aquella la de la virtud. Por tanto, las almas reciben peso, para que ya no se desvíen de la intención de Dios por un movimiento leve, sino que consistan en Él fijas por la gravedad de la constancia. Todavía aquel pueblo se movía levemente, de quien se dice por el profeta: "Se fue errante por el camino de su propio corazón; vi sus caminos, y lo dejé" (Is. 57, 17). Pero el grave consejo del corazón expulsa toda la inconstancia de la vagancia. Y puesto que hay almas que por un movimiento leve desean ahora estas cosas, ahora aquellas, Dios omnipotente, porque no pesa levemente esas mismas leves fluctuaciones de las mentes, juzga la vagancia del corazón abandonándolo. Pero cuando por la gracia mira a la mente errante, la fija en la estabilidad del consejo. Rectamente, pues, se dice ahora: "Que hizo un peso para los vientos", porque cuando se digna mirar misericordiosamente los leves movimientos del alma, la forma de inmediato para la madurez de la constancia. O ciertamente, hacer un peso para los vientos es templar la gloria de las virtudes concedida aquí a los electos, mediante una mezcla de debilidad. De donde también se subañade:

CAPÍTULO VI.

IBID.---Y pesó las aguas por medida.

9. Él templa las virtudes de los electos con una mezcla de debilidad, para que no se ensoberbezcan. Las aguas en la Sagrada Escritura suelen designar a veces al Espíritu Santo, a veces la ciencia sagrada, a veces la ciencia malvada, a veces la tribulación, a veces los pueblos que fluyen, a veces las mentes de los que siguen la fe. Pues por el agua se designa la infusión del Espíritu Santo, como se dice en el Evangelio: "El que cree en mí, como dice la Escritura, de su vientre fluirán ríos de agua viva" (Jn. 7, 38). Donde el evangelista añadió a continuación: "Esto dijo del Espíritu, que habían de recibir los que creyesen en él". De nuevo, por el agua se designa la ciencia sagrada, como se dice: "El agua de la sabiduría saludable los potará" (Eclo. 15, 3). Por el agua también se suele llamar a la ciencia malvada, como en Salomón la mujer, que tiene el tipo de la herjía, halaga con astutas persuasiones diciendo: "Las aguas furtivas son más dulces" (Prov. 9, 17). Con el nombre de aguas también se suelen entender a veces las tribulaciones, como se dice por el Salmista: "Sálvame, Dios, porque han entrado las aguas hasta mi alma" (Sal. 68, 2). Por el agua se designan los pueblos, como se dice por Juan: "Las aguas son pueblos" (Apoc. 17, 15).

Per aquam quoque non solum fluxus decurrentium populorum, sed etiam bonorum mentes, fidei praedicamenta sequentium, designantur, sicut propheta ait: Beati qui seminatis super omnes aquas (Isai. XXXII, 20) Et per Psalmistam dicitur: Vox Domini super aquas (Psal. XXVIII, 3) Hoc ergo in loco quid aquarum nomine nisi electorum corda signantur, quae per intellectum sapientiae auditum jam supernae vocis acceperunt? De quibus recte dicitur: Et aquas appendit mensura. [Vet. et. Rec. V]. Quia sancti ipsi qui sancto sublevante Spiritu ad summa rapiuntur, quandiu in hac vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam tentationibus reprimuntur, ut nequaquam tantum proficere valeant quantum volunt, sed ne extollantur superbia, sit in eis ipsarum quaedam mensura virtutum.

10. Quod confirmatur exemplo Eliae Jezabelem fugientis.---Hinc est enim quod Elias dum tot virtutibus in alta profecisset, quadam mensura suspensus est, dum Jezabel postmodum quamvis reginam, tamen mulierculam fugit (III Reg. XIX, 3). Perpendo quippe hunc mirae virtutis virum, ignem de coelo trahere, et secundo quinquagenarios cum suis omnibus petitione subita concremare, verbo coelos a pluviis claudere, verbo coelos ad pluvias aperire, suscitantem mortuos, ventura quaeque praevidentem; et ecce rursus animo occurrit, quo pavore ante unam mulierculam fugerit. Considero virum timore perculsum de manu Dei mortem petere, nec accipere; de manu mulieris mortem fugiendo vitare. Quaerebat enim mortem dum fugeret, dicens: Sufficit mihi, tolle animam meam; neque enim melior sum quam patres mei (Ibid. XIX, 4). Unde ergo sic potens, ut tot illas virtutes faciat? unde sic infirmus, ut ita feminam pertimescat, nisi quia aquae appenduntur mensura, ut ipsi sancti Dei homines et multum valeant per potentiam Dei, et rursum quadam mensura moderati sint per infirmitatem suam? In illis virtutibus Elias quid de Deo acceperat, in istis infirmitatibus quid de se esse poterat, agnoscebat. Illa potentia virtus fuit, ista infirmitas custos virtutis. In illis virtutibus ostendebat quid acceperat, in istis infirmitatibus hoc quod acceperat custodiebat. In miraculis monstrabatur Elias, in infirmitatibus servabatur.

Por el agua también se designa no solo el flujo de los pueblos que decurren, sino también las mentes de los buenos, que siguen los predicamentos de la fe, como dice el profeta: "Bienaventurados los que sembráis sobre todas las aguas" (Is. 32, 20). Y se dice por el Salmista: "La voz del Señor sobre las aguas" (Sal. 28, 3). ¿Qué, pues, se significa en este lugar con el nombre de aguas sino los corazones de los electos, que por el entendimiento de la sabiduría han recibido ya el oído de la voz suprema? De los cuales rectamente se dice: "Y pesó las aguas por medida" [Vet. et Rec. V]. Porque los mismos santos que, por el Espíritu Santo que los eleva, son arrebatados a lo más alto, mientras están en esta vida, son reprimidos por ciertas tentaciones para que no se ensoberbezcan con alguna elación, de modo que de ninguna manera puedan aprovechar tanto cuanto quieren; sino que, para que no se exalten por la soberbia, haya en ellos una cierta medida de esas mismas virtudes.

10. Lo cual se confirma con el ejemplo de Elías huyendo de Jezabel.---Pues de aquí es que Elías, mientras había aprovechado en cosas altas por tantas virtudes, fue suspendido por una cierta medida, mientras después huyó de Jezabel, aunque reina, sin embargo una mujercilla (1 Rey. 19, 3). Pues considero a este varón de admirable virtud, atrayendo fuego del cielo, y por dos veces consumiendo a los cincuentenarios con todos los suyos por una petición súbita, cerrando los cielos a las lluvias con una palabra, abriendo los cielos a las lluvias con una palabra, resucitando a los muertos, previendo todas las cosas venideras; y he aquí que de nuevo ocurre a mi ánimo con qué pavor huyó ante una sola mujercilla. Considero al varón golpeado por el temor pidiendo la muerte de la mano de Dios, y no recibiéndola; evitando la muerte huyendo de la mano de una mujer. Pues buscaba la muerte mientras huía, diciendo: "Bástame, quita mi alma; pues no soy mejor que mis padres" (1 Rey. 19, 4). ¿De dónde, pues, tan potente, para que hiciera todas aquellas virtudes? ¿de dónde tan enfermo, para que temiera tanto a una mujer, sino porque "las aguas se pesan por medida", para que los mismos santos varones de Dios tanto valgan mucho por la potencia de Dios, y de nuevo estén moderados por una cierta medida por su propia enfermedad? En aquellas virtudes Elías reconocía qué había recibido de Dios; en estas enfermedades, qué podía ser de sí mismo. Aquella potencia fue virtud, esta enfermedad fue custodia de la virtud. En aquellas virtudes mostraba qué había recibido, en estas enfermedades custodiaba esto que había recibido. En los milagros se mostraba Elías, en las enfermedades se conservaba.

11. Et Pauli mortem declinantis, aut Satanae tentationes patientis.---Sic Paulum video fluminum et latronum, civitatis et solitudinis, maris ac terrae pericula sustinentem (II Cor. XI, 26), frenantem jejuniis ac vigiliis corpus, sustinentem frigoris et nuditatis aerumnam, ad ecclesiarum custodiam vigilanter se ac pastoraliter exercentem, ad tertium coelum raptum, rursumque eum in paradisum raptum (Ibid., XII, 4), et audisse arcana verba quae non licet homini loqui; et tamen Satanae angelo ad tentandum conceditur (Ibid. XII, 7), orat ut eximi debeat, et non exauditur. Cujus cum ipsa initia conversionis aspicio, perpendo quod ei superna pietas coelos aperit, seseque illi Jesus de sublimibus ostendit. Qui lumen corporis ad tempus perdidit, lumen cordis in perpetuum accepit. Ad Ananiam mittitur (Act. IX, 7), vas electionis vocatur; et tamen de civitate eadem quam post visionem Jesu ingressus fuerat fugiens recedit, sicut ipse testatur dicens: Damasci praepositus gentis Arethae regis custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet; et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, et sic effugi manus ejus (II Cor. XI, 32). Cui licenter dicam: O Paule, in coelo jam Jesum conspicis, et in terra adhuc hominem fugis? In paradisum duceris, secreta Dei verba cognoscis, et adhuc a Satanae angelo tentaris? Unde sic fortis, ut ad coelestia rapiaris? Unde sic infirmus, ut in terra hominem fugias, et adhuc a Satanae angelo adversa toleres, nisi quia ipse qui te sublevat rursum subtilissima te mensura moderatur, ut et in miraculis tuis nobis praedices virtutem Dei, et rursum in timore tuo reminisci nos faciat infirmitatis nostrae? Quae tamen infirmitas ne in desperationem nos pertrahat cum pulsat, dum de infirmitate tua Dominum rogares, quia auditus non es, nobis quoque locutus es quid audisti: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur (II Cor. XII, 9).

12 Custos virtutis est infirmitas.---Aperta ergo voce Dei ostenditur quia custos est virtutis infirmitas. Tunc quippe bene interius custodimur, cum per dispensationem Dei tolerabiliter tentamur exterius, aliquando vitiis, aliquando pressuris. Nam eis quoque quos viros novimus fuisse virtutum, tentationes atque certamina non defuere vitiorum.

11. Y de Pablo declinando la muerte, o sufriendo las tentaciones de Satanás.---Así veo a Pablo sosteniendo peligros de ríos y de ladrones, de ciudad y de soledad, de mar y de tierra (2 Cor. 11, 26), frenando su cuerpo con ayunos y vigilias, sosteniendo la pesadumbre del frío y de la desnudez, ejerciéndose vigilante y pastoralmente para la custodia de las iglesias, arrebatado hasta el tercer cielo, y de nuevo arrebatado al paraíso (Ibíd. 12, 4), y habiendo oído palabras arcanas que no es lícito al hombre hablar; y sin embargo se le concede a un ángel de Satanás para tentarlo (Ibíd. 12, 7), ora para que deba ser librado, y no es escuchado. Cuando miro sus mismos inicios de conversión, considero que la piedad suprema le abre los cielos, y Jesús se le muestra a él desde lo sublime. El que perdió la luz del cuerpo por un tiempo, recibió la luz del corazón para siempre. Es enviado a Ananías (Hech. 9, 7), es llamado vaso de elección; y sin embargo se retira huyendo de esa misma ciudad a la cual había entrado después de la visión de Jesús, como él mismo testifica diciendo: "En Damasco, el prepósito de la nación bajo el rey Aretas custodiaba la ciudad de los damascenos para prenderme; y por una ventana en una espuerta fui bajado por el muro, y así escapé de sus manos" (2 Cor. 11, 32). A quien libremente diría: ¡Oh Pablo!, ¿ya contemplas a Jesús en el cielo, y todavía huyes de un hombre en la tierra? ¿Eres llevado al paraíso, conoces las secretas palabras de Dios, y todavía eres tentado por un ángel de Satanás? ¿De dónde tan fuerte, para que seas arrebatado a las cosas celestiales? ¿De dónde tan enfermo, para que huyas de un hombre en la tierra, y todavía toleres adversidades de un ángel de Satanás, sino porque aquel mismo que te eleva de nuevo te modera con una sutilísima medida, para que tanto en tus milagros nos prediques la virtud de Dios, como de nuevo en tu temor nos haga recordar nuestra propia enfermedad? La cual enfermedad, sin embargo, para que no nos arrastre a la desesperación cuando pulsa, mientras rogabas al Señor acerca de tu enfermedad, porque no fuiste escuchado, nos hablaste también lo que oíste: "Bástate mi gracia, pues la virtud se perfecciona en la enfermedad" (2 Cor. 12, 9).

12 La enfermedad es custodia de la virtud.---Por la abierta voz de Dios, por tanto, se muestra que la enfermedad es custodia de la virtud. Pues entonces somos bien custodiados interiormente, cuando por la dispensación de Dios somos tolerablemte tentados exteriormente, a veces por los vicios, a veces por las presiones. Pues a aquellos también que conocimos que fueron varones de virtudes, no les faltaron tentaciones y combates de los vicios.

Hinc est enim quod ad consolationem nostram isdem praedicator egregius de se quaedam talia prodere dignatur, dicens: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis (Rom. VII, 23). Ad ima quippe pertrahit caro, ne extollat spiritus: et ad summa trahit spiritus, ne prosternat caro. Spiritus levat, ne jaceamus in infimis; caro aggravat, ne extollamur ex summis. Si non sublevante spiritu nos caro tentaret, procul dubio tentationis suae in ima dejiceret. Rursum vero si non tentante carne ad summa nos spiritus sublevaret, in superbiae casu ipsa nos pejus sublevatione prosterneret. Sed fit certo moderamine ut dum unusquisque sanctorum jam quidem interius ad summa rapitur, sed adhuc tentatur exterius, nec desperationis lapsum, nec elationis incurrat, quoniam nec tentatio exterior culpam perficit, quia interior intentio sursum trahit; nec rursum intentio interior in superbiam elevat, quia tentatio exterior humiliat dum gravat. Sicque magno ordine cognoscimus in interiori profectu quid accipimus, in exteriori defectu quid sumus. Et miro modo agitur, ut nec de virtute quisquam extolli debeat, nec de tentatione desperare, quia dum spiritus trahit, et caro retrahit, subtilissimo judicii interni moderamine, infra summa, et supra infima in quodam medio anima libratur. Bene ergo dicitur: Et aquas appendit mensura. Sequitur:

CAPUT VII.

VERS. 26, 27.---Quando ponebat pluviis legem, et viam procellis sonantibus, tunc vidit illam, et enarravit, et praeparavit, et investigavit.

13. Verbi Dei praeconibus lex posita, ut opere impleant quod praedicant. Hanc legem servantibus ad hominum corda aditus patet.---Solent per pluvias praedicantium dicta signari. Unde per Moysen dicitur: Exspectetur sicut pluvia eloquium meum (Deut XXXII, 2). Quorum videlicet verba cum blande persuadent, pluviae sunt; cum vero terribilia de venturo judicio intonant, sonantes procellae. Et notandum quod pluviis lex ponitur, ut via procellis sonantibus aperiatur. Lex quippe est ipsis praedicatoribus posita, ut vivendo impleant quod loquendo suadere festinant.

Pues de aquí es que para nuestro consuelo el mismo predicador egregio se digna manifestar algunas tales cosas de sí, diciendo: "Veo otra ley en mis miembros, que repugna a la ley de mi mente, y que me lleva cautivo a la ley del pecado, que está en mis miembros" (Rom. 7, 23). Pues la carne arrastra a lo ínfimo, para que no se exalte el espíritu: y el espíritu arrastra a lo sumo, para que no postre la carne. El espíritu eleva, para que no yazgamos en lo ínfimo; la carne agrava, para que no nos exaltemos de lo sumo. Si no elevándonos el espíritu nos tentara la carne, sin duda alguna por la perfección de su tentación nos arrojaría a lo ínfimo. Pero de nuevo, si no tentándonos la carne el espíritu nos elevara a lo sumo, en el caso de la soberbia ella misma nos postraría peor por la elevación. Pero sucede por un cierto moderamen que, mientras cada uno de los santos es ya en verdad arrebatado interiormente a lo sumo, pero todavía es tentado exteriormente, no incurra ni en el lapso de la desesperación ni en el de la elación, puesto que ni la tentación exterior perfecciona la culpa, porque la intención interior tira hacia arriba; ni de nuevo la intención interior eleva a la soberbia, porque la tentación exterior humilla mientras agrava. Y así conocemos con gran orden en el progreso interior qué recibimos, en el defecto exterior qué somos. Y de modo admirable se actúa, para que ni nadie deba exaltarse por la virtud, ni desesperar por la tentación, porque mientras el espíritu tira, y la carne retira, por un sutilísimo moderamen del juicio interno, la mente se equilibra en un cierto medio por debajo de lo sumo y por encima de lo ínfimo. Bien, pues, se dice: "Y pesó las aguas por medida". Sigue:

CAPÍTULO VII.

VERS. 26, 27.---Cuando ponía una ley a las lluvias, y un camino a las tormentas sonantes, entonces la vio, y la narró, y la preparó, y la investigó.

13. A los pregoneros de la Palabra de Dios se les impone una ley, para que cumplan con la obra lo que predican. A los que guardan esta ley se les abre el acceso a los corazones de los hombres.---Suelen significarse por las lluvias los dichos de los que predican. De donde se dice por Moisés: "Espérese como lluvia mi elocuio" (Deut. 32, 2). Cuyas palabras, a saber, cuando persuaden suavemente, son lluvias; pero cuando truenan cosas terribles sobre el juicio venidero, son tormentas sonantes. Y ha de notarse que se pone una ley a las lluvias, para que se abra camino a las tormentas sonantes. Pues la ley se les pone a los mismos predicadores, para que cumplan viviendo lo que se apresuran a persuadir hablando.

Nam loquendi auctoritas perditur, quando vox opere non adjuvatur. Hinc enim per Psalmistam dicitur: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, et projecisti sermones meos post te (Psal. XLIX, 16). Sermones etenim Dei post se praedicator projicit, cum hoc quod dicit facere contemnit. Quando autem dictis ejus alter obediat, dum ipse respuit opere quod praedicat voce, et dissimulat audire quod narrat? De ista praedicationis lege scriptum est: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum. Qui autem fecerit, et docuerit sic, magnus vocabitur in regno coelorum (Matth. V, 19). Regnum coelorum videlicet Ecclesiam praesentem appellat, de qua scriptum est: Et colligent de regno ejus omnia scandala (Matth. XIII, 41). In superno etenim regno scandala quae ex eo colligi debeant non habentur. Qui ergo solvit opere, et sic docet voce, in isto regno coelorum erit minimus, in illo nec minimus. Viam autem procellis sonantibus posuit, cum praedicatoribus suis ad corda hominum terrore venturi judicii perculsa aditum fecit. Prius itaque lex ponitur, ut post modum via pandatur, quia illa vox cor audientis penetrat, quae hoc quod ore sonuerit, opere conservat. Tunc autem cum legem pluviis et viam procellis sonantibus poneret, hanc sapientiam Deus vidit, enarravit, praeparavit, et investigavit. Usitata sacri eloquii locutione videre Deus dicitur, videre nos facere, sicut justo viro Dominus dicit: Nunc cognovi quod timeas Deum (Genes. XXII, 12). Et Israelitae praemonentur: Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum (Deut. XIII, 3); id est, ut scire vos faciat. Tunc ergo cum legem pluviis poneret, hoc est mandatum custodiae praedicatoribus daret, hanc incarnatam sapientiam videri et enarrari a praedicatoribus, praeparari et investigari ab auditoribus fecit. Sibi quippe illam praeparat, quisquis illam bene vivendo in diem judicii propitiam parat. Et notandum quod de ea quatuor dicta sunt, Ait enim: Vidit, enarravit, praeparavit, investigavit. Vidit namque, quia species est; enarravit, quia verbum; praeparavit, quia remedium; investigavit quia occultum. Sed hoc quod aeterna Dei sapientia species Patris et Verbum dicitur, quando ad humana mente penetratur? Quis namque intelligat, vel verbum sine tempore, vel speciem sine circumscriptione? Dicendum ergo erat aliquid quod de illa homo cognosceret in se. Unde apte subditur:

Caput VIII

[Rec. VI].

Pues la autoridad de hablar se pierde cuando la voz no es ayudada por la obra. Pues de aquí se dice por el Salmista: "Pero al pecador dijo Dios: ¿Por qué tú narras mis justicias, y asumes mi testamento por tu boca? Tú en verdad odiaste la disciplina, y proyectaste mis sermones tras de ti" (Sal. 49, 16). Pues el predicador proyecta los sermones de Dios tras de sí cuando desprecia hacer esto que dice. ¿Pero cuándo obedecerá otro a sus dichos, mientras él mismo rechaza con la obra lo que predica con la voz, y disimula oír lo que narra? De esta ley de la predicación está escrito: "El que solviere uno de estos mandamientos mínimos, y enseñare así a los hombres, mínimo será llamado en el reino de los cielos; pero el que hiciere y enseñare así, grande será llamado en el reino de los cielos" (Mat. 5, 19). A saber, llama reino de los cielos a la Iglesia presente, de la cual está escrito: "Y recogerán de su reino todos los escándalos" (Mat. 13, 41). Pues en el reino supremo no se tienen escándalos que deban ser recogidos de él. El que, pues, solve con la obra, y así enseña con la voz, en este reino de los cielos será el mínimo, y en aquel ni siquiera el mínimo. Pero puso camino a las tormentas sonantes cuando hizo acceso a sus predicadores a los corazones de los hombres golpeados por el terror del juicio venidero. Primero, pues, se pone la ley, para que después se abra el camino, porque aquella voz penetra el corazón del que oye, la cual conserva con la obra lo que ha sonado con la boca. Pero cuando ponía ley a las lluvias y camino a las tormentas sonantes, entonces Dios vio esta sabiduría, la narró, la preparó y la investigó. Por una locución usual del sacro elocuio, se dice que Dios ve, cuando nos hace ver, como dice el Señor al varón justo: "Ahora conocí que temes a Dios" (Gén. 22, 12). Y los israelitas son prevenidos: "El Señor vuestro Dios os tienta para saber si lo amáis" (Deut. 13, 3); esto es, para haceros saber. Entonces, pues, cuando ponía ley a las lluvias, esto es, daba el mandato de custodia a los predicadores, hizo que esta sabiduría encarnada fuera vista y narrada por los predicadores, preparada e investigada por los oyentes. Pues se la prepara para sí quienquiera que la prepara propicia para el día del juicio viviendo bien. Y ha de notarse que de ella se han dicho cuatro cosas. Pues dice: "Vio, narró, preparó, investigó". Pues la vio, porque es la Especie (Forma); la narró, porque es la Palabra; la preparó, porque es el Remedio; la investigó, porque es lo Oculto. ¿Pero cuándo se penetra por la mente humana esto de que la eterna sabiduría de Dios es llamada Especie del Padre y Palabra? ¿Pues quién entendería o una palabra sin tiempo, o una especie sin circunscripción? Debía, pues, decirse algo que el hombre conociera de ella en sí mismo. De donde aptamente se subañade:

Capítulo VIII

[Rec. VI].

VERS. 28.---Et dixit homini: Ecce timor Domini ipsa est sapientia, et recedere a malo intelligentia.

14. Deum timens ejus sapientiam possidere incipit, et in se cognoscit, quem in ipsius natura cognoscere non potest.---Ac si aperte diceretur: Ad temetipsum homo revertere, cordis tui secreta perscrutare. Si Deum te timere deprehendis, profecto constat quia hac sapientia plenus es. Quam si adhuc cognoscere non potes quid sit in se, jam cognoscis interim quid sit in te. Quae enim apud se ab angelis metuitur, apud te timor Domini vocatur, quia hanc habere te certum est, si timere te Deum incertum non est. Hinc etiam per Psalmistam dicitur: Initium sapientiae, timor Domini (Psal. CX, 10); quia tunc penetrare cor inchoat, cum hoc extremi judicii pavore perturbat. Ad parvitatem igitur nostram divinus sermo se attrahit: sicut pater cum parvulo filio loquitur, ut ab eo possit intelligi, sponte balbutit. Quia enim naturam sapientiae penetrare non possumus quid sit in se, ex condescensione Dei audivimus quid sit in nobis, cum dicitur: Ecce timor Domini, ipsa est sapientia. Sed quia ille veraciter vim divini timoris intelligit, qui se a cunctis pravis operibus custodit, recte subditur: Et recedere a malo, intelligentia. Ea igitur quae sequuntur, quia prophetiae spiritu plena sunt, ipsa sacrae historiae verba testantur, cum dicitur:

Caput IX

[Vet. VIII, Rec. VII].

Cap. XXIX, VERS. 1.---Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, et dixit.

15. Job ultima Ecclesiae tempora praenuntiat, quibus carnales et haereticos passura est.---Quia enim parabola similitudo nominatur, aperte constat quod per exteriorum verborum formam mysteria loquitur, qui ad loquendum parabolam assumpsisse memoratur. Cum etenim sua narrat, quaecunque sunt sanctae Ecclesiae ventura denuntiat; et per hoc quod ipse patitur, indicat quid illa patiatur. Nonnunquam vero sic suae historiae verba permiscet, ut nil allegoricum insonet; nonnunquam vero sic suos dolores loquitur, ac si ex voce dolentis Ecclesiae loquatur. In hac vero ultima sui parte sermonis ultimum tempus designat Ecclesiae, quando adversarios suos, id est carnales quosque, vel haereticos atque gentiles, quos nunc studet sapientiae auctoritate comprimere, effrenata jactantia elatos cogitur irrisa tolerare. Unde in hoc quoque sermone dicitur: Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei (Job XXX, 1).

VERSÍCULO 28.---Y dijo al hombre: He aquí que el temor del Señor, esa es la sabiduría; y apartarse del mal es la inteligencia.

14. El que teme a Dios comienza a poseer su sabiduría, y la reconoce en sí mismo, la cual no puede reconocer en su propia naturaleza.---Como si se dijera abiertamente: Vuelve a ti mismo, hombre, escudriña los secretos de tu corazón. Si descubres que temes a Dios, ciertamente consta que estás lleno de esta sabiduría. La cual, si todavía no puedes conocer qué es en sí misma, ya conoces entretanto qué es en ti. Pues la que es temida entre los ángeles por sí misma, entre ti se llama temor del Señor, porque es cierto que la tienes si no es incierto que temes a Dios. De aquí también se dice por el Salmista: "El principio de la sabiduría es el temor del Señor" (Sal. 110, 10); porque entonces comienza a penetrar el corazón, cuando lo perturba con este pavor del juicio extremo. El sermón divino, por tanto, se atrae hacia nuestra pequeñez; como un padre habla con su hijo pequeño, para que pueda ser entendido por él, balbucea espontáneamente. Pues porque no podemos penetrar la naturaleza de la sabiduría en lo que es en sí misma, por la condescendencia de Dios hemos oído qué es en nosotros, cuando se dice: "He aquí que el temor del Señor, esa es la sabiduría". Pero porque aquel entiende verdaderamente la fuerza del temor divino que se custodia de todas las obras depravadas, rectamente se subañade: "Y apartarse del mal, la inteligencia". Aquellas cosas, pues, que siguen, porque están llenas del espíritu de profecía, las mismas palabras de la sagrada historia testifican cuando se dice:

Capítulo IX

[Vet. VIII, Rec. VII].

CAP. XXIX, VERS. 1.---Añadió también Job, asumiendo su parábola, y dijo.

15. Job prenuncia los últimos tiempos de la Iglesia, en los cuales ha de padecer por los carnales y los herejes.---Porque como la parábola se denomina similitud, consta abiertamente que por la forma de las palabras exteriores habla misterios quien se recuerda que asumió una parábola para hablar. Pues cuando narra las suyas, denuncia cualesquiera cosas que han de venir a la santa Iglesia; y por esto que él mismo padece, indica qué padece ella. A veces, en verdad, mezcla de tal modo las palabras de su historia que nada alegórico suena; pero a veces habla de tal modo sus dolores como si hablara por la voz de la Iglesia doliente. En esta última parte de su discurso designa el último tiempo de la Iglesia, cuando se ve obligada a tolerar con irrisión a sus adversarios, esto es, a todos los carnales, o a los herejes y gentiles, a quienes ahora procura reprimir por la autoridad de la sabiduría, cuando están elevados por una jactancia desenfrenada. De donde también en este discurso se dice: "Pero ahora me deriden los menores en tiempo, cuyos padres no me dignaba poner con los perros de mi grey" (Job 30, 1).

Et ipsa ordinis ratio exposcit ut per verba beati Job ultima extremi sanctae Ecclesiae designentur dies, quando, persecutione crescente, apertas haereticorum voces tolerare compellitur, cum motus cordis sui, quos nunc intra cogitationum sinus contegunt, tunc in voce manifestati erroris aperiunt. Nunc enim, sicut per Joannem dicitur (Apoc. XX, 3), draco in abysso clausus tenetur, quia diabolica malitia in eorum subdolis cordibus occultatur. Sed sicut illic dictum est, educetur draco de puteo abyssi, quia quod modo prae timore tegitur, tunc contra Ecclesiam publice de iniquorum cordibus omne serpentinum virus aperitur. Nunc enim abscondit se sub blandiente lingua, saeviens conscientia, et malitia calliditatis, quasi quadam se tegit abysso simulationis; nunc Dominus, sicut Psalmistae voce dicitur, Congregat sicut in utre aquas maris (Psal. XXXII, 7). Uter quippe carnalis est cogitatio. Aquae ergo maris in utre congregatae sunt, cum amaritudo perversae mentis non erumpit exterius in vocem pravae libertatis. Veniet profecto tempus, quando contra hanc perversi atque carnales aperta voce praedicent quod nunc occulta cogitatione moliuntur. Veniet tempus, quando catholicam Ecclesiam non solum injustis vocibus, sed etiam crudelibus plagis premant.

16. Duobus modis Ecclesia persecutionem patitur, verbis et gladiis.---Ab adversariis namque suis duobus modis Ecclesia persecutionem patitur, scilicet aut verbis, aut gladiis. Sed cum verbis persecutionem sustinet, exercetur ejus sapientia; cum vero gladiis, exercetur ejus patientia. Sed verborum persecutiones ab haereticis nunc etiam quotidie toleramus, cum ipsi haeretici linguis nobis subdolis, et falsa humilitate blandiuntur. Persecutiones vero gladiorum juxta finem mundi secuturae sunt, ut grana coelestibus horreis recondenda tanto verius a peccatorum paleis exuantur, quanto arctius affliguntur. Tunc electi omnes qui in illa fuerint tribulatione comprehensi reminiscuntur horum temporum in quibus nunc Ecclesia fidei pacem tenet, et superba haereticorum colla comprimit, non potentatu culminis, sed jugo rationis. Reminiscuntur nostri, qui quieta fidei tempora ducimus; qui etsi in bellis coarctamur gentium, non tamen in dictis expugnamur patrum. Beatus ergo Job sanctae Ecclesiae typum tenens, quae tunc in illis angustiis invenitur; et tamen nostrae, ut dixi, quietis reminiscitur, sua transacta narrat, et aliis ventura denuntiat, dicens:

Caput X

[Rec. VIII].

Y la misma razón del orden exige que por las palabras del bienaventurado Job se designen los últimos días de la santa Iglesia, cuando, creciendo la persecución, se ve compelida a tolerar las voces abiertas de los herejes, cuando los movimientos de su corazón, que ahora cubren dentro de los senos de sus pensamientos, entonces los abren en la voz del error manifestado. Pues ahora, como se dice por Juan (Apoc. 20, 3), el dragón se tiene clausurado en el abismo, porque la malicia diabólica se oculta en sus corazones astutos. Pero como allí se ha dicho, se sacará al dragón del pozo del abismo, porque lo que ahora se cubre por temor, entonces contra la Iglesia se abre públicamente todo el veneno serpentino de los corazones de los inicuos. Pues ahora se esconde bajo una lengua halagadora la conciencia sañuda, y la malicia de la astucia se cubre como con un abismo de simulación; ahora el Señor, como se dice por la voz del Salmista, "congrega como en un odre las aguas del mar" (Sal. 32, 7). Pues el odre es el pensamiento carnal. Las aguas del mar, pues, están congregadas en un odre cuando la amargura de la mente perversa no irrumpe exteriormente en la voz de la libertad depravada. Vendrá ciertamente el tiempo cuando contra esto los perversos y carnales prediquen con voz abierta lo que ahora maquinan con pensamiento oculto. Vendrá el tiempo cuando opriman a la Iglesia católica no solo con voces injustas, sino también con crueles llagas.

16. De dos modos padece persecución la Iglesia, con palabras y con espadas.--- Pues de sus adversarios la Iglesia padece persecución de dos modos, a saber, o con palabras, o con espadas. Pero cuando sostiene la persecución con palabras, se ejercita su sabiduría; pero cuando con espadas, se ejercita su paciencia. Pero las persecuciones de las palabras de los herejes las toleramos ahora también diariamente, cuando los mismos herejes nos halagan con lenguas astutas y falsa humildad. Las persecuciones en verdad de las espadas han de seguir cerca del fin del mundo, para que los granos que han de ser guardados en los hórreos celestiales tanto más verdaderamente sean despojados de las pajas de los pecados cuanto más estrechamente sean afligidos. Entonces todos los electos que fueren comprendidos en aquella tribulación se acuerdan de estos tiempos en los que ahora la Iglesia tiene la paz de la fe, y reprime los cuellos soberbios de los herejes, no por el potentado de la cumbre, sino por el yugo de la razón. Se acuerdan de nosotros, que llevamos tiempos quietos de fe; que aunque seamos coartados en las guerras de las naciones, sin embargo no somos expugnados en los dichos de los padres. El bienaventurado Job, pues, teniendo el tipo de la santa Iglesia, que entonces se encuentra en aquellas angustias; y sin embargo acordándose, como dije, de nuestra quietud, narra sus cosas pasadas, y denuncia a los otros las venideras, diciendo:

Capítulo X

[Rec. VIII].

VERS. 2.---Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos?

17. Etsi gravia jam passa sit Ecclesia, longe graviora passura est.---Multa enim talia sancta Ecclesia doloribus pressa dictura est. Tantis quippe illam futurum est tribulationibus angustari, ut haec tempora cum magno suspirio desideret quae nos cum magno dolore toleramus. Dicat ergo, dicat per vocem beati Job: Quis mihi tribuat ut sim juxta menses pristinos? Quia enim statutus dierum numerus menses vocantur, quid aliud nomine signat mensium, nisi collectiones animarum? Dies quippe dum colliguntur in mensibus, subtrahuntur, quia et in hoc tempore sancta Ecclesia, dum veritatis luce splendentes animas colligit, in intimis abscondit. Aliquando etiam mensis pro perfectione ponitur, sicut propheta ait: Erit mensis ex mense (Isai. LXVI, 23); perfectio videlicet eis in requie, quibus nunc perfectio fuerit in operatione. Reminiscatur ergo perfectionis pristinae, reducat ad memoriam quanta praedicatione sua collectis animabus reportabat lucra, et angustata tribulationibus dicat: Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos? In quibus profecto mensibus qualis fuerit, enumerando subjungit, dicens:

CAPUT XI.

VERS. 2, 3.---Secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris.

18.---Tunc multi infirmi cadent, fortibus ob eorum casum dolentibus. Tunc quippe videt ex se, persecutione cogente, infirmorum multos cadere, quos nunc ut mater intra pacis sinum parvulos fovet, et intra tranquillas fidei cunas continet, quia admisti fortibus, ipsa fidei tranquillitate nutriuntur. Tunc vero tales multi casuri sunt, et per viscera charitatis, quidquid in damno parvulorum sustinet, se perpeti animus perfectorum dolet. Infirmorum etenim damna ad corda fortium per compassionem transeunt. Unde per Paulum dicitur: Quis infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror (II Cor. XI, 29)? Tanto enim quisque perfectus est, quanto perfecte sentit dolores alienos. Unde sancta Ecclesia infirmis tunc cadentibus angustiata, cum horum reminiscitur temporum, jure dictura est: Secundum dies quibus Deus custodiebat me, quia se tunc in illis aestimat cadere, quae se nunc in istis respicit custodiri. Bene autem dicitur: Quando splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris.

VERSÍCULO 2.---¿Quién me concederá que yo sea como en los meses antiguos?

17. Aunque la Iglesia ya ha padecido cosas graves, ha de padecer otras mucho más graves.---Pues muchas tales cosas dirá la santa Iglesia oprimida por los dolores. Pues ha de suceder que sea angustiada por tan grandes tribulaciones, que desee con un gran suspiro estos tiempos que nosotros toleramos con gran dolor. Diga, pues, diga por la voz del bienaventurado Job: "¿Quién me concederá que sea como en los meses antiguos?". Pues como el número estatuido de días se llaman meses, ¿qué otra cosa significa con el nombre de meses sino las colecciones de almas? Pues los días, mientras se congregan en meses, se substraen, porque también en este tiempo la santa Iglesia, mientras congrega las almas que resplandecen con la luz de la verdad, las esconde en lo íntimo. A veces también el mes se pone por la perfección, como dice el profeta: "Habrá mes tras mes" (Is. 66, 23); a saber, perfección en el descanso para aquellos para quienes ahora hubo perfección en la operación. Acuérdese, pues, de la perfección antigua, reduzca a la memoria cuántos lucros reportaba con su predicación a las almas congregadas, y angustiada por las tribulaciones diga: "¿Quién me concederá que sea como en los meses antiguos?". En los cuales meses, a saber, de qué clase fue, lo subañade enumerando, diciendo:

CAPÍTULO XI.

VERS. 2, 3.---Como en los días en que Dios me custodiaba, cuando resplandecía su lámpara sobre mi cabeza, y a su luz caminaba entre las tinieblas.

18.---Entonces muchos enfermos caerán, doliéndose los fuertes por su caída.---Pues entonces ve por sí misma, compeliendo la persecución, caer a muchos de los enfermos, a quienes ahora como madre fomenta pequeñuelos dentro del seno de la paz, y contiene dentro de las tranquilas cunas de la fe, porque mezclados con los fuertes, se nutren con esa misma tranquilidad de la fe. Pero entonces muchos tales han de caer, y por las vísceras de la caridad, el ánimo de los perfectos se duele de padecer todo lo que sostiene en el daño de los pequeñuelos. Pues los daños de los enfermos pasan a los corazones de los fuertes por la compasión. De donde se dice por Pablo: "¿Quién enferma y yo no enfermo? ¿quién se escandaliza y yo no me quemo?" (2 Cor. 11, 29). Pues tanto más perfecto es cada uno cuanto perfectamente siente los dolores ajenos. De donde la santa Iglesia angustiada por los enfermos que entonces caen, cuando se acuerda de estos tiempos, con derecho ha de decir: "Como en los días en que Dios me custodiaba", porque estima que entonces cae en aquellos que ahora mira que son custodiados en estos. Pero bien se dice: "Cuando resplandecía su lámpara sobre mi cabeza, y a su luz caminaba entre las tinieblas".

Lucernae enim nomine, lumen signatur sacrae Scripturae, de qua ipse Ecclesiae pastor dicit: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris (II Pet. I, 19). Et Psalmista ait: Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine (Psal. CXVIII, 105). Quia autem principale nostrum mens est, appellatione capitis mens vocatur. Unde per Psalmistam dicitur: Impinguasti in oleo caput meum (Psal. XXII, 5). Ac si aperte dicat: Charitatis pinguedine replesti mentem meam. Nunc ergo lucerna super caput Ecclesiae splendet, quia sacra eloquia tenebras nostrae mentis irradiant, ut in hoc caliginoso vitae praesentis loco, dum verborum Dei lucem percipimus, quae sunt agenda videamus. Nunc ad lumen ejus in tenebris ambulat, quoniam sancta universalis Ecclesia, etsi alienae occulta cogitationis non penetrat, quia quasi faciem non cognoscit in nocte, tamen ponit gressus boni operis, directa lumine supernae locutionis. Sequitur:

Caput XII

[Rec. IX].

VERS. 4.---Sicut fui in diebus adolescentiae meae, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.

19. Variae Ecclesiae aetates. Infantia, adolescentia, senium. In fine tamen multos susceptura est filios.---Sicut uniuscujusque hominis, sic sanctae Ecclesiae aetas describitur. Parvula quippe tunc erat, cum a nativitate recens verbum vitae praedicare non poterat. Hinc enim de illa dicitur: Soror nostra parvula est, et ubera non habet (Cant. VIII, 8), quia nimirum sancta Ecclesia priusquam proficeret per incrementa virtutis, infirmis quibusque auditoribus praebere non potuit ubera praedicationis. Adulta vero Ecclesia dicitur, quando Dei verbo copulata, sancto repleta Spiritu, per praedicationis ministerium in filiorum conceptione fetatur, quos exhortando parturit, convertendo parit. De hac ejus aetate Domino dicitur: Adolescentulae dilexerunt te (Cant. I, 3). Universae quippe Ecclesiae, quae unam catholicam faciunt, adolescentulae vocantur, non jam vetustae per culpam, sed novellae per gratiam; non senio steriles, sed aetate mentis ad spiritalem congruae fecunditatem.

Pues con el nombre de lámpara se significa la luz de la sagrada Escritura, de la cual dice el mismo pastor de la Iglesia: "Tenemos el sermón profético más firme, al cual hacéis bien en atender, como a una lámpara que luce en lugar caliginoso, hasta que el día ilumine, y el lucero nazca en vuestros corazones" (2 Ped. 1, 19). Y el Salmista dice: "Lámpara para mis pies es tu palabra, Señor" (Sal. 118, 105). Pero porque nuestro principal es la mente, con la apelación de cabeza se llama la mente. De donde se dice por el Salmista: "Impinguaste en óleo mi cabeza" (Sal. 22, 5). Como si dijera abiertamente: Llenaste mi mente con la pingüedumbre de la caridad. Ahora, pues, la lámpara resplandece sobre la cabeza de la Iglesia, porque los sacros elocuios irradian las tinieblas de nuestra mente, para que en este lugar caliginoso de la vida presente, mientras percibimos la luz de las palabras de Dios, veamos qué cosas han de hacerse. Ahora camina a su luz en las tinieblas, puesto que la santa Iglesia universal, aunque no penetra los pensamientos ocultos ajenos, porque como si no conociera la cara en la noche, sin embargo pone los pasos de la buena obra, dirigida por la luz de la locución suprema. Sigue:

Capítulo XII

[Rec. IX].

VERSÍCULO 4.---Como fui en los días de mi juventud, cuando secretamente Dios estaba en mi tabernáculo.

19. Las varias edades de la Iglesia: infancia, juventud, senectud. Al final, sin embargo, ha de recibir muchos hijos.---Como de cada hombre individual, así se describe la edad de la santa Iglesia. Pues era pequeñuela entonces cuando, recién nacida, no podía predicar la palabra de vida. Pues de aquí se dice de ella: "Nuestra hermana es pequeña, y no tiene pechos" (Cant. 8, 8), porque sin duda la santa Iglesia, antes de que aprovechara por los incrementos de la virtud, no pudo ofrecer los pechos de la predicación a cualesquiera oyentes enfermos. Pero la Iglesia se llama adulta cuando, acoplada al Verbo de Dios, llena del Espíritu Santo, se fecunda en la concepción de los hijos por el ministerio de la predicación, a quienes exhortando los parture, convirtiendo los pare. De esta edad de ella se dice al Señor: "Las jovencillas te amaron" (Cant. 1, 3). Pues todas las iglesias, que hacen una sola católica, se llaman jovencillas, no ya viejas por la culpa, sino noveles por la gracia; no estériles por la senectud, sino por la edad de la mente congruas a la fecundidad espiritual.

Tunc ergo, cum in diebus illis Ecclesia, quasi quodam senio debilitata, per praedicationem filios parere non valet, reminiscitur foecunditatis antiquae dicens: Sicut fui in diebus adolescentiae meae. Quamvis post eosdem dies quibus deprimitur, jam tamen circa ipsum finem temporum grandi praedicationis virtute roboretur. Nam susceptis ad plenum gentibus, omnem Israeliticum populum, qui tunc inventus fuerit, in fidei sinum trahit. Scriptum quippe est: Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom. XI, 25). Sed ante illa tempora erunt dies in quibus ab adversariis paululum videbitur oppressa, cum et horum dierum reminiscitur, dicens: Sicut fui in diebus adolescentiae meae, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.

20. [Vet. X]. Qui mandata Dei meditatur, habet Deum inhabitantem. Sancti se foris intusque circumspiciunt.---Quid hoc loco tabernaculum, nisi habitationem mentis accipimus? Quia per omne quod cogitando agimus, in consilio nostri cordis habitamus. Quisquis autem mandata Dei tacitus cogitat, secreto illi Deus in tabernaculo est. Habitationem etenim cordis sui ante Dei esse oculos viderat, qui dicebat: Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper (Psal. XVIII, 15). Exteriora namque opera patent oculis hominum, longe vero incomparabiliter interiores ac subtilissimae cogitationes nostrae patent oculis Dei. Omnia enim, sicut scriptum est, nuda et aperta sunt oculis ejus (Hebr. IV, 13). Et saepe in exteriori opere ante oculos hominum inordinati apparere metuimus, et in interiori cogitatione illius respectum non metuimus, quem videntem omnia non videmus. Multo enim magis intrinsecus Deo quam extrinsecus hominibus conspicabiles sumus. Unde et sancti omnes foris se intusque circumspiciunt, et vel reprehendendo se exterius, vel iniquos se interius videri invisibiliter timent. Hinc est quod animalia quae per prophetam videntur, in circuitu et intus plena oculis esse memorantur (Ezech. I, 18; X, 12). Quisquis enim exteriora sua honeste disponit, sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed intus non habet. Sancti vero omnes, quia et exteriora sua circumspiciunt, ut bona de se exempla fratribus praebeant, et interiora sua vigilanter attendunt, quia sese irreprobabiles interni judicis obtutibus parant, et oculos in circuitu et intus habere perhibentur; magisque se, quo Deo placeant, in sua interna componunt, sicut per Psalmistam quoque de sancta Ecclesia dicitur: Omnis gloria ejus filiae regis ab intus (Psal. XLIV, 14).

Entonces, pues, cuando en aquellos días la Iglesia, como debilitada por una cierta senectud, no valga para parir hijos por la predicación, se acuerda de la fecundidad antigua diciendo: "Como fui en los días de mi juventud". Aunque después de esos mismos días en los que es deprimida, ya sin embargo cerca del mismo fin de los tiempos se robustecerá con gran virtud de predicación. Pues recibidas las gentes a pleno, atrae al seno de la fe a todo el pueblo israelítico que entonces se encuentre. Pues está escrito: "Hasta que la plenitud de las gentes entrara, y así todo Israel se salvara" (Rom. 11, 25). Pero antes de aquellos tiempos habrá días en los que se verá un poco oprimida por los adversarios, cuando también se acuerda de estos días diciendo: "Como fui en los días de mi juventud, cuando secretamente Dios estaba en mi tabernáculo".

20. [Vet. X]. El que medita los mandatos de Dios, tiene a Dios habitando en él. Los santos se circunspectan por fuera y por dentro.---¿Qué recibimos en este lugar por el tabernáculo sino la habitación de la mente? Porque por todo lo que hacemos pensando, habitamos en el consejo de nuestro corazón. Pero quienquiera que piensa tácito los mandatos de Dios, secretamente tiene a Dios en su tabernáculo. Pues había visto que la habitación de su corazón estaba ante los ojos de Dios el que decía: "Y la meditación de mi corazón siempre en tu presencia" (Sal. 18, 15). Pues las obras exteriores están patentes a los ojos de los hombres, pero mucho e incomparablemente nuestras pensamientos interiores y sutilísimos están patentes a los ojos de Dios. Pues todas las cosas, como está escrito, están desnudas y abiertas a sus ojos (Heb. 4, 13). And a menudo en la obra exterior tememos aparecer desordenados ante los ojos de los hombres, y en el pensamiento interior no tememos el respeto de aquel que viéndolo todo no vemos. Pues somos mucho más conspicuos por dentro para Dios que por fuera para los hombres. De donde también todos los santos se circunspectan por fuera y por dentro, y temen o ser reprendidos por sí mismos exteriormente, o ser vistos invisibilmente inicuos por dentro. De aquí es que los animales que se ven por el profeta se recuerdan que están llenos de ojos en el circuito y por dentro (Ezeq. 1, 18; 10, 12). Pues quienquiera que dispone honestamente sus cosas exteriores, pero negligencia las interiores, tiene ojos en el circuito, pero no los tiene por dentro. Pero todos los santos, porque tanto circunspectan sus cosas exteriores para ofrecer buenos ejemplos de sí a los hermanos, como atienden vigilantes sus cosas interiores porque se preparan irreprochables para las miradas del juez interno, se dice que tienen ojos en el circuito y por dentro; y más se componen en sus cosas internas para agradar a Dios, como por el Salmista también se dice de la santa Iglesia: "Toda la gloria de ella, la hija del rey, desde dentro" (Sal. 44, 14).

Sed qua exteriora sua etiam irreprehensibilia custodit, jure de ea subdidit: In fimbriis aureis circumamicta varietate, ut et pulchra sibi intus sit, et aliis foras; et se provehens per internam gloriam, et alios erudiens per exteriora operum exempla. Beatus igitur Job dicat ex se, dicat ex persona universalis Ecclesiae: Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo. Ut enim demonstret quantum intus profecerit, secreto Deum fuisse in suo tabernaculo perhibet. Ut etiam ostendat rectitudinis opera quantum extrinsecus custodivit, adjungit.

CAPUT XIII.

VERS. 5.---Quando erat Omnipotens mecum, et in circuitu meo pueri mei.

21. Sanctis intus Deo vacantibus, mali sola exteriora quaerunt. Religionem non habent, sed simulant. ---Omnes autem qui divina praecepta metuunt, Dei tabernaculum fiunt. Unde, ut supra jam diximus (Num. 6), per semetipsam Veritas dicit de eo qui illius mandata custodit: Ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus (Joan. XIV, 23). Quod contra perversi quique dum interna non appetunt, in suis se cogitationibus foras fundunt. Unde eis per prophetam dicitur: Redite praevaricatores ad cor (Isai. XLVI, 8). Et rursum: Vae qui cogitatis inutile (Michae. II, 1). In actionibus quippe suis verentur homines, quos corporaliter vident, et Deum sibi praesentem non aestimant esse, quem non vident. Quod contra in laude justi dicitur, dum Aegypti regem contemneret, et Dei mandatis obediret: Quia invisibilem tanquam videns sustinuit (Hebr. XI, 27). Perversum quippe terrae principem quasi non vidit, quem ab oculis sui cordis abjecit. Regem vero invisibilem tanquam videns sustinuit, quia ab ejus timoris intuitu mentis oculum non deflexit. Sancta itaque Ecclesia in magnis tunc tribulationibus deprehensa, cum multos a Deo conspicit prava cogitatione discedere, videt profecto mentis eorum habitaculum discendente Deo vacuum remanere, et jure deplorans dicit: Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo. [Vet. XI.] Quibus verbis non immerito etiam simulatio religionis plangitur, quia nonnulli etiam nunc Christiani esse non appetunt, sed videri. His videlicet Deus in publico est, non in secreto. Sed sancta Ecclesia Deum in secreto habere desiderat, quia illos vere fideles respicit, quos ad fidei vitam corde pleno permanere cognoscit.

Pero porque también custodia sus cosas exteriores irreprensibles, con derecho subañadió de ella: "En fimbrias de oro circundada de variedad", para que sea bella para sí por dentro, y para otros por fuera; y promoviéndose por la gloria interna, y instruyendo a otros por los ejemplos exteriores de las obras. Diga, pues, el bienaventurado Job por sí mismo, diga por la persona de la Iglesia universal: "Cuando secretamente Dios estaba en mi tabernáculo". Pues para demostrar cuánto aprovechó por dentro, afirma que Dios estuvo secretamente en su tabernáculo. Para mostrar también cuánto custodió por fuera las obras de rectitud, añade:

CAPÍTULO XIII.

VERS. 5.---Cuando estaba el Omnipotente conmigo, y en mi circuito mis hijos.

21. Mientras los santos vacan a Dios interiormente, los malos solo buscan lo exterior. No tienen religión, sino que la simulan. ---Todos los que temen los preceptos divinos se convierten en tabernáculo de Dios. Por lo cual, como ya dijimos arriba (Num. 6), la Verdad misma dice de aquel que guarda sus mandamientos: Yo y mi Padre vendremos, y haremos mansión en él (Juan XIV, 23). Por el contrario, los perversos, mientras no apetecen lo interno, se derraman fuera en sus pensamientos. Por lo cual se les dice por el profeta: Volved, prevaricadores, al corazón (Isa. XLVI, 8). Y de nuevo: ¡Ay de los que pensáis lo inútil! (Miq. II, 1). Pues en sus acciones temen a los hombres, a quienes ven corporalmente, y no estiman que Dios les está presente, a quien no ven. Por lo contrario se dice en alabanza del justo, cuando despreciaba al rey de Egipto y obedecía los mandatos de Dios: Porque sostuvo al invisible como si lo viera (Hebr. XI, 27). Pues casi no vio al perverso príncipe de la tierra, a quien arrojó de los ojos de su corazón. Pero sostuvo al Rey invisible como si lo viera, porque no desvió el ojo de la mente de la intuición de su temor. Así pues, la santa Iglesia, sorprendida entonces en grandes tribulaciones, cuando ve a muchos apartarse de Dios por un pensamiento depravado, ve ciertamente que el habitáculo de su mente queda vacío al retirarse Dios, y con justicia deplora diciendo: Cuando secretamente Dios estaba en mi tabernáculo. [Vet. XI.] Con cuyas palabras no sin mérito se lamenta también la simulación de la religión, porque algunos aun ahora no apetecen ser cristianos, sino parecerlo. Para estos, evidentemente, Dios está en lo público, no en lo secreto. Pero la santa Iglesia desea tener a Dios en lo secreto, porque mira a aquellos verdaderos fieles, a quienes conoce que permanecen con pleno corazón en la vida de la fe.

Quae juxta exteriorem quoque vigoris sui rectitudinem dicit: Quando erat Omnipotens mecum, et in circuitu meo pueri mei. Pueri scilicet vocantur, qui coelestibus mandatis inserviunt. Unde per prophetam Dominus dicit: Ecce ego et pueri mei quos mihi dedit Deus (Isa. VIII, 18). Et rursus in Evangelio: Pueri, nunquid pulmentarium habetis (Joan. XXI, 5)? Nunc ergo in circuitu ejus sunt pueri, quia in cunctis fere gentibus reperiuntur qui coelestia mandata custodiunt, et spiritalis disciplinae regulis obsequuntur. Qui profecto tunc ad obsequium pueri deerunt, quando pravi qui reperti fuerint spiritalia ejus mandata contemnunt. Sequitur:

Caput XIV

[Rec. X].

VERS. 6.---Quando lavabam pedes meos butyro.

22. Pedes Domini praedicatores, quos ungit et mundit. ---Quia Christum et Ecclesiam unam esse personam crebro jam diximus, illum videlicet hujus corporis caput, hanc autem illius capitis corpus, aliter haec verba juxta vocem capitis accipi, atque aliter juxta vocem corporis debent. Quos ergo pedes Domini, nisi sanctos praedicatores accipimus? De quibus dicit: Et inambulabo in eis (Levit. XXVI, 12). Butyro ergo pedes lavantur, quia praedicatores sancti bonorum operum pinguedine replentur. Etenim, ut supra jam diximus (Lib. I, n. 30), vix ipsa praedicatio sine aliquo transitur admisso. Nam quilibet praedicans, aut ad quantulamcunque indignationem trahitur, si contemnitur; aut ad aliquantulamcunque gloriam, si ab audientibus veneratur. Unde et apostolis pedes loti sunt, ut a quamlibet parvo contagio in ipsa praedicatione contracto, quasi a quodam itinere collecto pulvere mundarentur. Et beatus Jacobus dicit: Nolite plures magistri fieri, fratres mei (Jac. III, 1). Et paulo post: In multis enim offendimus omnes (Ibid., 2). Pedes ergo lavantur butyro, quia pinguedine boni operis infunditur atque mundatur collectus pulvis de gloria praedicationis. Vel certe butyro pedes lavantur, dum sanctis praedicatoribus debita ab audientibus stipendia conferuntur, et quos fatigat injunctus praedicationis labor exhibita a discipulis pinguedo boni operis fovet, non quod ideo praedicent ut alantur, sed ideo alantur ut praedicent; id est, ut praedicare subsistant, non ut in intentionem sumendi victus transeat actio praedicatoris, sed ad utilitatem praedicationis deserviant ministeria sustentationis. Unde a bonis praedicatoribus non causa victus praedicatio impenditur, sed causa praedicationis accipitur victus.

La cual dice también según la rectitud exterior de su vigor: Cuando estaba el Omnipotente conmigo, y en mi circuito mis hijos. Se llaman hijos, ciertamente, los que sirven a los mandatos celestiales. Por lo cual dice el Señor por el profeta: He aquí yo y mis hijos que me dio Dios (Isa. VIII, 18). Y de nuevo en el Evangelio: Hijos, ¿acaso tenéis algo de comer? (Juan XXI, 5). Ahora, pues, están sus hijos en su circuito, porque en casi todas las gentes se encuentran quienes guardan los mandatos celestiales y obedecen a las reglas de la disciplina espiritual. Los cuales ciertamente faltarán entonces al obsequio como hijos, cuando los malvados que fueren hallados desprecien sus mandatos espirituales. Sigue:

Capítulo XIV

[Rec. X].

VERS. 6.---Cuando lavaba mis pies con manteca.

22. Los pies del Señor son los predicadores, a quienes unge y limpia. ---Como ya hemos dicho frecuentemente que Cristo y la Iglesia son una sola persona, a saber, Él la cabeza de este cuerpo, y ella el cuerpo de aquella cabeza, de una manera deben entenderse estas palabras según la voz de la cabeza, y de otra según la voz del cuerpo. ¿A quiénes, pues, entendemos por los pies del Señor sino a los santos predicadores? De los cuales dice: Y andaré en ellos (Lev. XXVI, 12). Con manteca (butyro), pues, se lavan los pies, porque los santos predicadores se llenan de la gordura de las buenas obras. Pues, como ya dijimos arriba (Lib. I, n. 30), apenas pasa la predicación misma sin alguna falta. Pues cualquier predicador, o es arrastrado a una pequeña indignación si es despreciado, o a una pequeña gloria si es venerado por los oyentes. Por lo cual también a los apóstoles se les lavaron los pies, para que se limpiaran de cualquier pequeño contagio contraído en la predicación misma, como de un polvo recogido en el camino. Y el bienaventurado Santiago dice: No os hagáis muchos maestros, hermanos míos (Sant. III, 1). Y poco después: Porque todos ofendemos en muchas cosas (Ibíd., 2). Se lavan, pues, los pies con manteca, porque con la gordura de la buena obra se infunde y se limpia el polvo recogido de la gloria de la predicación. O ciertamente se lavan los pies con manteca cuando se confieren a los santos predicadores los estipendios debidos por los oyentes, y a los que fatiga el trabajo mandado de la predicación, los recrea la gordura de la buena obra mostrada por los discípulos; no porque por eso prediquen para ser alimentados, sino que por eso sean alimentados para que prediquen; esto es, para que subsistan para predicar, no para que la acción del predicador pase a la intención de recibir el sustento, sino que los ministerios de la sustentación sirvan a la utilidad de la predicación. Por lo cual por los buenos predicadores no se imparte la predicación por causa del sustento, sino que por causa de la predicación se recibe el sustento.

Et quoties praedicantibus necessaria ab audientibus conferuntur, non solent de rerum munere, sed de conferentium gaudere mercede. Unde per Paulum dicitur: Non quaero datum, sed requiro fructum (Phil. IV, 17). Datum quippe est res ipsa quae impenditur; fructus vero dati est, si benigna mente futurae mercedis studio aliquid impendatur. Ergo datum in re accipimus, fructum in corde. Et quia discipulorum suorum Apostolus mercede potius quam munere pascebatur, nequaquam datum, sed fructum se quaerere fatetur. Unde et subdidit protinus, dicens: Habeo autem omnia, et abundo (Ibid., 18). Butyro ergo lavantur pedes, cum praedicatores sancti, ut diximus, ipsa praedicatione fatigati, auditorum suorum bonis operibus foventur. Fessos namque pedes butyro unxerat ille qui audiebat: Viscera sanctorum requieverunt per te, frater (Philem. 7). Hoc butyro unctus fuerat pes qui in catena tenebatur, dicens: Det misericordiam Dominus Onesiphori domui; quia saepe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit (I Tim. II, 16). Si ergo ex voce capitis haec verba pensamus, recte pedes, sicut dictum est, praedicatores accipimus.

[Vet. XII.] 23. Pedes Ecclesiae sunt inferiores ministri, qui terrena curant. ---Si autem sentire ista ex voce solius corporis debemus, nimirum pedes Ecclesiae sunt inferiorum operum ministri, qui dum ad usus necessarios ea quae sunt exterius exercent, per extremum ministerium velut pedes terrae inhaerent. Sed debent hi qui praesunt, qui doctrinae studio invigilant, solerti cura occupatorum corda requirere, eisque eam quam ipsi vacando percipiunt, crebrae admonitionis voce, infusionem pinguedinis ministrare. Nam quia in uno corpore invicem pro se membra sollicita sunt, sicut illorum ministeriis nostra extrema fulciuntur, ita necesse est ut nostris studiis illorum interiora repleantur. Quando igitur sancti doctores quibusdam ad extrema ministeria deditis, unctionem dominicae incarnationis praedicant, butyro eloquii pedes lavant. Solent etiam pedes ipsa itineris asperitate lacerari. Unde et omnino difficile est in terrenis actionibus hujus vitae iter agere, et nulla ex labore itineris vulnera sustinere. Cum ergo vigilantes praepositi, auditores suos curis exterioribus intentos ad cor revocant, ut quae inter ipsa licita opera admiserint mala cognoscant, et quae cognoverint defleant, pedes butyro lavant, quia eorum vulneribus poenitentiae unguenta subministrant. Reminiscatur igitur tunc Ecclesia vehementer afflicta, quomodo pacis suae tempore per exhortationis verbum, membra in se etiam extrema mundabat, et dicat: Quando lavabam pedes meos butyro.

Y cuantas veces se confiere a los predicadores lo necesario por los oyentes, no suelen gozarse por el don de las cosas, sino por el premio de los que lo confieren. Por lo cual se dice por Pablo: No busco el don, sino que requiero el fruto (Fil. IV, 17). El don es ciertamente la cosa misma que se imparte; pero el fruto del don es si se imparte algo con mente benigna por el deseo de la recompensa futura. Por tanto, el don lo recibimos en la cosa, el fruto en el corazón. Y porque el Apóstol se alimentaba más del premio que del don de sus discípulos, confiesa que de ningún modo buscaba el don, sino el fruto. Por lo cual añadió inmediatamente diciendo: Lo tengo todo, y abundó (Ibíd., 18). Con manteca, pues, se lavan los pies cuando los santos predicadores, como hemos dicho, fatigados por la predicación misma, son recreados por las buenas obras de sus oyentes. Pues había ungido con manteca los pies cansados aquel que oía: Las entrañas de los santos han descansado por ti, hermano (Filem. 7). Con esta manteca había sido ungido el pie que estaba retenido en la cadena, diciendo: Dé el Señor misericordia a la casa de Onesíforo, porque muchas veces me refrigeró y no se avergonzó de mi cadena (I Tim. II, 16). Si, pues, pesamos estas palabras desde la voz de la cabeza, rectamente aceptamos por pies, como se ha dicho, a los predicadores.

[Vet. XII.] 23. Los pies de la Iglesia son los ministros inferiores, que cuidan de lo terreno. ---Si debemos entender estas cosas desde la voz del solo cuerpo, sin duda los pies de la Iglesia son los ministros de las obras inferiores, que mientras ejercen para los usos necesarios lo que está afuera, por el extremo ministerio se adhieren a la tierra como los pies. Pero deben los que presiden, que vigilan en el estudio de la doctrina, buscar con solícito cuidado los corazones de los ocupados, y suministrarles aquella infusión de gordura que ellos perciben en su ocio, mediante la voz de la frecuente amonestación. Pues porque en un solo cuerpo los miembros están solícitos los unos por los otros, así como por los ministerios de aquellos se sostienen nuestros extremos, así es necesario que por nuestros estudios se llenen los interiores de ellos. Cuando, pues, los santos doctores predican a algunos dedicados a los ministerios extremos la unción de la encarnación dominical, lavan los pies con la manteca del elocuio. Suelen también los pies ser lacerados por la misma aspereza del camino. Por lo cual es totalmente difícil hacer el camino de esta vida en las acciones terrenas, y no sostener ninguna herida por el trabajo del camino. Cuando, pues, los prepósitos vigilantes revocan al corazón a sus oyentes atentos a los cuidados exteriores, para que conozcan los males que hubieren admitido entre las mismas obras lícitas, y lloren lo que conocieron, lavan los pies con manteca, porque suministran a sus heridas los ungüentos de la penitencia. Rememore, pues, la Iglesia entonces vehementemente afligida, cómo en el tiempo de su paz, por la palabra de exhortación, limpiaba en sí aun a los miembros extremos, y diga: Cuando lavaba mis pies con manteca.

Quod de beato Job admirabiliter libet intueri, qui inter tot curas rerum, inter tot affectus pignerum, inter tot studia sacrificiorum, subjectis suis quamlibet extremis, bona sequentis vitae praedicabat, ut eos de coelestibus imbueret, qui sibi ad terrena opera deservirent. Quid ad haec nos episcopi dicimus, qui commissis nobis verbum vitae impendere non curamus, quando conjugatum virum prohibere non valuit ab officio praedicationis vel saecularis habitus, vel magnae occupatio facultatis? [Rec. XI]. Sed servata veritate historiae, ad sanctae Ecclesiae jam verba redeamus, quae per beatum Job, id est per os membri sui loquitur, quanta sint quae tempore extremo patietur, cum transactorum suorum reminiscitur, cum per eam videlicet verbi pinguedinem operantium vita lavaretur. Quae ipsam quoque praedicatorum suorum vigilantiam plenius exsequens, subdit:

CAPUT XV.

IBID. Et petra fundebat mihi rivos olei.

24. In Ecclesia rivi olei sunt vel sacra dogmata, vel sancti Spiritus gratia. ---Quia petrae nomine Christus accipitur, praedicator egregius fatetur, dicens: Petra autem erat Christus (I Cor. X, 4). Quae videlicet petra nunc ad usum sanctae Ecclesiae olei rivos fundit, quia in ea loquens Dominus, praedicamenta unctionis intimae emanat. De hac petra olei rivus exiit, liber Matthaei, liber Marci, liber Lucae, et liber Joannis. In diversis hujus mundi partibus quod praedicamenta edidit, tot petra haec per ora apostolorum omnium olei rivos fudit. Toties adhuc de petra hac olei rivus funditur, quoties a sancto Spiritu ungendis mentibus auditorum ea quae in libris veteribus de Christo dicta sunt explanantur. Et rivi vocantur olei, quia decurrunt et ungunt. In quibus quisquis tingitur ungitur, quisquis ungitur interius impinguatur [Vet. XIII]. De qua nimirum pinguedine Psalmista ait: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea (Psal. LXII, 6). Potest nomine olei ipsa sancti Spiritus unctio designari, de qua per prophetam dicitur: Computrescit jugum a facie olei (Isai. X, 27). Jugum quippe a facie olei computrescit, quia dum sancti Spiritus gratia ungimur, a captivitatis nostrae servitute liberamur: dumque maligni spiritus dominatio superba repellitur, jugum conteritur, quo libertatis nostrae colla premebantur. De hoc rursus oleo scriptum est: Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei (Isai. V, 1). Filius quippe olei, fidelis populus dicitur, qui ad fidem Dei interna sancti Spiritus unctione generatur.

Lo cual place considerar admirablemente en el bienaventurado Job, quien entre tantos cuidados de las cosas, entre tantos afectos de los hijos, entre tantos estudios de los sacrificios, predicaba a sus súbditos, por extremos que fueran, los bienes de la vida siguiente, para imbuir de lo celestial a quienes le servían en las obras terrenas. ¿Qué decimos a esto nosotros los obispos, que no cuidamos de impartir la palabra de vida a los que nos han sido encomendados, cuando a un hombre casado no pudo prohibirle el oficio de la predicación ni el hábito secular ni la ocupación de una gran hacienda? [Rec. XI]. Pero, conservada la verdad de la historia, volvamos ya a las palabras de la santa Iglesia, que habla por el bienaventurado Job, esto es, por la boca de su miembro, de cuán grandes sean las cosas que padecerá en el tiempo extremo, cuando se acuerda de sus cosas pasadas, cuando por aquella gordura de la palabra se lavaba la vida de los que trabajaban. La cual, siguiendo más plenamente la misma vigilancia de sus predicadores, añade:

CAPÍTULO XV.

IBID. Y la piedra me derramaba arroyos de aceite.

24. En la Iglesia los arroyos de aceite son o los sagrados dogmas, o la gracia del Espíritu Santo. ---Porque bajo el nombre de piedra se entiende a Cristo, como confiesa el preclaro predicador diciendo: Pero la piedra era Cristo (I Cor. X, 4). Esta piedra, evidentemente, derrama ahora para uso de la santa Iglesia arroyos de aceite, porque el Señor, hablando en ella, emana las predicaciones de la unción íntima. De esta piedra salió un arroyo de aceite: el libro de Mateo, el libro de Marcos, el libro de Lucas y el libro de Juan. En las diversas partes de este mundo donde emitió sus predicaciones, tantos arroyos de aceite derramó esta piedra por las bocas de todos los apóstoles. Tantas veces se derrama aún de esta piedra un arroyo de aceite, cuantas veces se explican por el Espíritu Santo, para ungir las mentes de los oyentes, las cosas que fueron dichas de Cristo en los libros antiguos. Y se llaman arroyos de aceite porque corren y ungen. En los cuales quienquiera que se tiñe, se unge; quienquiera que se unge, se engorda interiormente [Vet. XIII]. De cuya gordura ciertamente dice el Salmista: Como de sebo y de gordura se llene mi alma (Sal. LXII, 6). Puede designarse con el nombre de aceite la misma unción del Espíritu Santo, de la cual se dice por el profeta: Se pudre el yugo ante la faz del aceite (Isa. X, 27). Pues el yugo se pudre ante la faz del aceite porque, mientras somos ungidos por la gracia del Espíritu Santo, somos librados de la servidumbre de nuestra cautividad; y mientras se repele la soberbia dominación del espíritu maligno, se rompe el yugo con que eran oprimidos los cuellos de nuestra libertad. De este aceite está escrito de nuevo: Una viña se hizo para mi amado en un cuerno, hijo del aceite (Isa. V, 1). Pues hijo del aceite se llama al pueblo fiel, que es engendrado para la fe de Dios por la íntima unción del Espíritu Santo.

Multis ergo tunc sancta Ecclesia tribulationibus depressa, dona Spiritus, et mira quae nunc habet praedicamenta, ad memoriam revocet, et suum silentium deploret, dicens: Petra fundebat mihi rivos olei. Quibus verbis congrue subjicit:

CAPUT XVI.

VERS. 7-10.---Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea parabant mihi cathedram. Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhaerebat.

25. Bona opera et doctrinae cathedra, Ecclesiae insignia sunt. ---Mos veterum fuit ut seniores in porta consisterent, et causas introeuntium judicarent, quatenus tanto esset pacificus urbis populus, quanto ad hanc discordes ingredi non liceret. Sed nos sacram historiam venerantes, haec egisse beatum Job pro cultu justitiae certum tenemus, atque ad indaganda allegoriae mysteria ducimur. Quid ergo per civitatis portam, nisi bona quaeque actio designatur, per quam anima ad conventum regni coelestis ingreditur? Unde et Propheta ait: Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion (Psal. IX, 15). Portae quippe mortis sunt actiones pravae, quae ad interitum trahunt. Quia autem Sion speculatio dicitur, portas Sion, actiones bonas accipimus, per quas supernam patriam ingredimur, ut Regis nostri gloriam contemplemur. Quid vero per cathedram, nisi magisterii auctoritas designatur? Graeca autem voce platea pro latitudine ponitur. Nunc ergo sancta Ecclesia ad civitatis portam procedit, quia ut aditum coelestis regni percipiat, in sanctis se actionibus exerit. Cui in platea paratur cathedra, quia in magnae auctoritatis latitudine sui magisterii exhibet libertatem. Quae enim recta quae sentit publica voce praedicat, quasi in platea cathedram sedet, cum nullum de sua praedicatione metuit, nullius pressa terroribus, se sub silentio abscondit. An non in publico ad docendum praesidet, quam simul et sentiendi veritas, et docendi potestas fulcit? Sed cum ad portam procederet, et in platea cathedram sederet, quid a levibus, quidve a gravibus ageretur, adjungit dicens:

CAPUT XVII.

VERS. 8.---Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentes stabant.

Recuerde, pues, entonces la santa Iglesia, deprimida por muchas tribulaciones, los dones del Espíritu y las admirables predicaciones que ahora tiene, y deplore su silencio diciendo: La piedra me derramaba arroyos de aceite. A cuyas palabras añade congruentemente:

CAPÍTULO XVI.

VERS. 7-10.---Cuando yo salía a la puerta de la ciudad, y en la plaza me preparaban la cátedra. Me veían los jóvenes y se escondían, y los ancianos levantándose estaban en pie. Los príncipes cesaban de hablar y ponían el dedo sobre su boca. Los duques reprimían su voz, y su lengua se pegaba a su garganta.

25. Las buenas obras y la cátedra de la doctrina son insignias de la Iglesia. ---Fue costumbre de los antiguos que los mayores se sentaran en la puerta y juzgaran las causas de los que entraban, para que tanto más pacífico fuera el pueblo de la ciudad, cuanto no se permitiera entrar en ella a los discordes. Pero nosotros, venerando la sagrada historia, tenemos por cierto que el bienaventurado Job hizo estas cosas por el culto de la justicia, y somos conducidos a indagar los misterios de la alegoría. ¿Qué se designa, pues, por la puerta de la ciudad sino cualquier buena acción, por la cual el alma entra a la asamblea del reino celestial? Por lo cual también dice el Profeta: Tú que me exaltas de las puertas de la muerte, para que anuncie todas tus alabanzas en las puertas de la hija de Sión (Sal. IX, 15). Pues las puertas de la muerte son las acciones depravadas que arrastran a la perdición. Pero porque Sión significa contemplación, entendemos por puertas de Sión las acciones buenas por las cuales entramos en la patria suprema para contemplar la gloria de nuestro Rey. ¿Y qué se designa por la cátedra sino la autoridad del magisterio? En la voz griega, plaza (platea) se pone por latitud. Ahora, pues, la santa Iglesia sale a la puerta de la ciudad porque, para percibir el acceso al reino celestial, se ejercita en las santas acciones. Para ella se prepara la cátedra en la plaza porque, en la latitud de una gran autoridad, muestra la libertad de su magisterio. Pues lo recto que siente lo predica con voz pública, como si se sentara en la cátedra en la plaza, cuando nada teme por su predicación y, no oprimida por los terrores de nadie, no se esconde bajo el silencio. ¿Acaso no preside en público para enseñar aquella a quien apoyan a la vez la verdad del sentir y la potestad del enseñar? Pero habiendo dicho que salía a la puerta y se sentaba en la cátedra en la plaza, añade lo que hacían los livianos y los graves, diciendo:

CAPÍTULO XVII.

VERS. 8.---Me veían los jóvenes y se escondían, y los ancianos levantándose estaban en pie.

618 26. Ecclesiae vigorem, et rectitudinem imperfecti formidant; diligunt perfecti. ---Si historiae intendimus, quae dixit credimus; si allegoriae, quae praedixit videmus. Juvenes namque dici solent qui nulla consilii gravitate deprimuntur. Senes vero non eos Scriptura sacra vocare consuevit, qui sola quantitate temporum, sed morum grandaevitate maturi sunt. Unde per quemdam sapientem dicitur: Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata. Cani autem sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata (Sap. IV, 8). Unde recte quoque Dominus ad Moysen dicit: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti quod senes populi sunt (Num. XI, 16). In quibus quid aliud quam senectus cordis requiritur, cum tales jubentur eligi qui senes esse sciuntur? Si enim senectus in eis corporis quaereretur, a tantis sciri poterant, a quantis videri. Dum vero dicitur: Quos tu nosti quod senes populi sunt, profecto liquet quia senectus mentis, non corporis, eligenda nuntiatur. [Vet. XIV.] Sanctam ergo Ecclesiam vident nunc juvenes, et absconduntur, senes vero ei assurgentes assistunt, quia vigorem ejus atque rectitudinem immaturi formidant, grandaevi glorificant. Leves quique sunt, fugiunt; graves vero atque perfecti hanc vitae suae meritis assurgendo venerantur. Disciplinam quippe illius perfecti diligunt, imperfecti reprehendunt. Vident ergo hanc juvenes et absconduntur, quia deprehendi in suis occultis actionibus metuunt. Senes vero assurgentes stant, quia perfecti quique ex humilitate indicant, quantum in bona operatione profecerunt. Sed quia haec de suis loquitur, narret quoque qualiter ab exteris timeatur:

CAPUT XVIII.

VERS. 9, 10.---Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhaerebat.

27. Haeretici silere coacti S. Gregorii temporibus. Haeretici in culpa concordant, in sententiis discrepant. In Ecclesiae adversis, haeretici libere praedicant. ---Qui hoc loco alii duces intelligi vel principes possunt nisi haereticae pravitatis auctores? De quibus per Psalmistam dicitur: Effusa est contentio super principes eorum, et seduxerunt eos in invio, et non in via (Psal. CVI, 40). Ipsi etenim dum dispensationem Dei perverse interpretari non metuunt, profecto plebes subditas non in eam viam quae Christus est, sed in invium trahunt.

618 26. Los imperfectos temen el vigor y la rectitud de la Iglesia; los perfectos los aman. ---Si atendemos a la historia, creemos lo que dijo; si a la alegoría, vemos lo que predijo. Pues suelen llamarse jóvenes los que no están moderados por ninguna gravedad de consejo. Pero la Sagrada Escritura no acostumbra llamar ancianos a los que lo son solo por la cantidad de tiempo, sino a los maduros por la ancianidad de las costumbres. Por lo cual se dice por cierto sabio: Porque la vejez venerable no es la de mucho tiempo, ni se computa por el número de los años. Las canas del hombre son sus sentidos, y la edad de la vejez es la vida inmaculada (Sab. IV, 8). Por lo cual rectamente dice también el Señor a Moisés: Congrégame setenta varones de los ancianos de Israel, que tú sepas que son ancianos del pueblo (Núm. XI, 16). En los cuales, ¿qué otra cosa se requiere sino la ancianidad del corazón, cuando se manda elegir a tales que se sepa que son ancianos? Pues si en ellos se buscara la ancianidad del cuerpo, podrían ser conocidos por tantos cuantos pudieran ser vistos. Pero cuando se dice: Que tú sepas que son ancianos del pueblo, ciertamente queda claro que se anuncia que debe elegirse la ancianidad de la mente, no la del cuerpo. [Vet. XIV.] Ven, pues, ahora a la santa Iglesia los jóvenes y se esconden, pero los ancianos levantándose la asisten, porque los inmaduros temen su vigor y rectitud, pero los ancianos la glorifican. Todos los que son livianos huyen; pero los graves y perfectos veneran a esta levantándose por los méritos de su vida. Ciertamente los perfectos aman su disciplina, los imperfectos la reprenden. Ven, pues, a esta los jóvenes y se esconden, porque temen ser descubiertos en sus acciones ocultas. Pero los ancianos levantándose están en pie, porque todos los perfectos indican por la humildad cuánto han aprovechado en la buena obra. Pero porque habla estas cosas de los suyos, narre también de qué modo es temida por los extraños:

CAPÍTULO XVIII.

VERS. 9, 10.---Los príncipes cesaban de hablar y ponían el dedo sobre su boca. Los duques reprimían su voz, y su lengua se pegaba a su garganta.

27. Los herejes fueron obligados a callar en tiempos de San Gregorio. Los herejes concuerdan en la culpa, pero discrepan en las sentencias. En las adversidades de la Iglesia, los herejes predican libremente. ---¿A qué otros duques o príncipes pueden entenderse en este lugar sino a los autores de la perversidad herética? De los cuales se dice por el Salmista: Se derramó el desprecio sobre sus príncipes, y los sedujeron en el extravío y no en el camino (Sal. CVI, 40). Pues ellos, mientras no temen interpretar perversamente la dispensación de Dios, ciertamente arrastran a los pueblos súbditos no a aquel camino que es Cristo, sino al extravío.

Super quos recte quoque effusa contentio dicitur, quia suis sibi vicissim allegationibus contradicunt. Arius quippe tres personas in divinitate suscipiens, tres etiam deos credidit. Quem contra Sabellius unum Deum suscipiens, unam credidit esse personam. Inter quos sancta Ecclesia rectum praedicationis suae tramitem indeclinabiliter tenens, et unum Deum praedicans, tres personas contra Sabellium asserit, et tres personas asserens, unum Deum contra Arium confitetur. Quia autem in sacro eloquio Manichaeus virginitatem laudari comperit, conjugia damnavit. At contra Jovinianus quia concedi conjugia cognovit, virginitatis munditiam despexit. Unde fit ut semper haereticis perversa intelligentia confusis, vicissim sibi eorum nequitia et in culpa concordet, et in sententia discrepet. At contra sancta Ecclesia per medias utrarumque partium lites ordinata pace graditur, et sic scit superiora bona suscipere, ut noverit etiam inferiora venerari, quatenus nec summa aequet infimis, nec rursum ima despiciat, cum summa veneratur. Nunc ergo haereticarum plebium principes, auctoritatem sanctae Ecclesiae perpendentes, cessant loqui, et quasi ori suo digitum superponunt, dum falsis querelis non ratione vocis se reprimi, sed virtutis manu significant. Vocem suam duces cohibebant, quia nimirum hi qui post se errantes populos trahere conantur, ne loqui perversa nunc audeant, et auctoritatis frenantur pondere, et virtute rationis. Quorum lingua suo gutturi adhaerebat, quia etsi perversa loqui libera voce non audeant, intus tamen apud se contegunt cuncta quae contra veram fidem proponere falsa moliuntur. Horum ergo temporum, sequenti tribulatione deprehensa, reminiscens Ecclesia deplorat, dicens: Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea parabant cathedram mihi. Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo. Vocem suam duces cohibebant, et lingua eorum gutturi suo adhaerebat. Ac si aperte dicat: Cum praedicare mihi voce publica licuit, omnis me qui veritati non fuit subjectus expavit. Illo namque tempore cum sancta Ecclesia adversitate premitur, pravis quibusque praedicatoribus licentia locutionis datur. [Vet. XV.] Quod longe ante Jeremias intuens, ait: Sed et lamiae nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos (Thren. IV, 3). Quid namque lamias, nisi haereticos appellat, humanam quidem faciem, sed belluina per impietatem corda gestantes? Qui tunc mammam nudant, cum errorem suum libere praedicant. Tunc catulos lactant, quia male sequaces parvulorum animas dum perversa insinuant, ad impietatem nutriendo confirmant. Sequitur:

Sobre los cuales rectamente se dice también derramada la contención, porque se contradicen unos a otros con sus alegaciones. Pues Arrio, aceptando tres personas en la divinidad, creyó también en tres dioses. Contra el cual Sabelio, aceptando un solo Dios, creyó que había una sola persona. Entre los cuales la santa Iglesia, manteniendo indeclinablemente el recto trámite de su predicación, y predicando un solo Dios, afirma tres personas contra Sabelio, y afirmando tres personas, confiesa un solo Dios contra Arrio. Porque habiendo hallado Manes que en el sacro elocuio se alababa la virginidad, condenó los matrimonios. Pero por el contrario Joviniano, porque conoció que se concedían los matrimonios, despreció la limpieza de la virginidad. De donde resulta que, estando los herejes siempre confundidos por una perversa inteligencia, a su vez su maldad concuerda en la culpa y discrepa en la sentencia. Pero por el contrario la santa Iglesia camina con paz ordenada por medio de los pleitos de ambas partes, y así sabe recibir los bienes superiores, de modo que sepa también venerar los inferiores, a fin de que ni iguale lo sumo a lo ínfimo, ni por otra parte desprecie lo ínfimo cuando venera lo sumo. Ahora, pues, los príncipes de las plebes heréticas, considerando la autoridad de la santa Iglesia, cesan de hablar y casi ponen el dedo sobre su boca, mientras significan con falsas quejas que no son reprimidos por la razón de la voz, sino por la mano de la virtud. Los duques reprimían su voz, porque sin duda estos que intentan arrastrar tras sí a los pueblos errantes, para que no se atrevan ahora a hablar cosas perversas, son frenados tanto por el peso de la autoridad como por la virtud de la razón. Cuya lengua se pegaba a su garganta porque, aunque no se atrevan a hablar cosas perversas con voz libre, sin embargo ocultan dentro de sí todas las falsedades que maquinan proponer contra la verdadera fe. Acordándose, pues, la Iglesia de estos tiempos, sorprendida por la tribulación siguiente, se lamenta diciendo: Cuando yo salía a la puerta de la ciudad, y en la plaza me preparaban la cátedra. Me veían los jóvenes y se escondían, y los ancianos levantándose estaban en pie. Los príncipes cesaban de hablar y ponían el dedo sobre su boca. Los duques reprimían su voz, y su lengua se pegaba a su garganta. Como si dijera abiertamente: Cuando me fue lícito predicar con voz pública, todo el que no estuvo sujeto a la verdad se espantó de mí. Pues en aquel tiempo cuando la santa Iglesia es oprimida por la adversidad, se da licencia de hablar a todos los malos predicadores. [Vet. XV.] Lo cual viendo Jeremías mucho antes, dijo: Pero también las lamias desnudaron sus pechos, dieron leche a sus cachorros (Tren. IV, 3). Pues, ¿a quiénes llama lamias sino a los herejes, que tienen ciertamente faz humana, pero corazones bestiales por la impiedad? Los cuales desnudan el pecho cuando predican libremente su error. Entonces amamantan a los cachorros, porque mientras insinúan cosas perversas a las almas de los párvulos que los siguen malamente, los confirman en la impiedad nutriéndolos. Sigue:

Caput XIX

[Rec. XII].

VERS. 11.---Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi.

28. Ecclesiae testimonium reddere debemus bene vivendo. ---Dum beatificari se ab audientibus, sibique testimonium reddi a videntibus fatetur beatus Job, qualis in sermone, qualis in opere fuerit, ostenditur. Neque enim aut in opere jam perfectus est, cui adhuc linguae pravitas contradicit; aut in sermone laudabilis, qui hoc quod loquitur opere non ostendit. Ut igitur beatus Job amicorum suorum increpationibus exactus utraque se habuisse perhibeat, sese et audientibus et videntibus venerationi fuisse manifestat. Quod si ad vocem sanctae Ecclesiae referamus, ille ejus verba beatificat, quia ea quae audierit opere consummat. Ille ei testimonium reddit, qui exemplis vitae illi bene vivendo respondet. Sanctam etenim Ecclesiam ille veraciter videt, cujus testatur vita quia videt. Ad hoc namque bonorum intra eam rectitudo cernitur, ut quique hanc viderint, a suis pravitatibus corrigantur. Necdum ergo intra sanctam Ecclesiam videt bonos, qui non est emendatus a malis. Sed unde ei testimonium reddatur, ostenditur cum subjungit:

CAPUT XX.

VERS. 12, 13.---Eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum cui non erat adjutor. Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduae consolatus sum.

29. Ecclesia filios suos et pascit et protegit. ---Magnae misericordiae ista sunt opera, liberare 620 vociferantem pauperem, pupillo adjutorium ministrare, periturum eripere, cor viduae consolari. Superius enim dictum est quid exhibuit per doctrinam. Ait namque: Auris audiens beatificabat me. Nunc autem narrat quae per misericordiam impendit, dicens: Eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum cui non erat adjutor. Vox quippe cum opere sibi necessario concordat. Haec beatus Job et exhibuit subditis, et tamen per sanctam Ecclesia exhibenda signavit. Quae utrumque nunc incessabiliter exercet, ut videlicet filios suos et loquendo pascat, et defendendo protegat, quatenus et per verba bonos satiet, et per patrocinia tueatur a malis. Bene autem scriptum est: Germinet terra herbam virentem, et facientem semen, et lignum fructiferum faciens fructum juxta genus suum (Genes. I, 11). Quod sic est veraciter factum, ut significaret aliquid veraciter faciendum.

Capítulo XIX

[Rec. XII].

VERS. 11.---El oído que me oía me llamaba bienaventurado, y el ojo que me veía me daba testimonio.

28. Debemos dar testimonio de la Iglesia viviendo bien. ---Al confesar el bienaventurado Job que era llamado bienaventurado por los que le oían, y que le daban testimonio los que le veían, se muestra cuál fue en el sermón y cuál en la obra. Pues ni es ya perfecto en la obra aquel a quien aún contradice la depravación de la lengua; ni es laudable en el sermón quien no muestra con la obra lo que habla. Para que, pues, el bienaventurado Job, compelido por las reprensiones de sus amigos, muestre que poseyó ambas cosas, manifiesta que fue venerado tanto por los oyentes como por los que le veían. Lo cual, si lo referimos a la voz de la santa Iglesia, aquel hace bienaventuradas sus palabras porque consuma con la obra lo que oyó. Aquel le da testimonio, que responde a ella viviendo bien con los ejemplos de su vida. Pues verdaderamente ve a la santa Iglesia aquel cuya vida atestigua que la ve. Pues para esto se percibe la rectitud de los buenos dentro de ella, para que quienes la vieren se corrijan de sus depravaciones. No ve, pues, aún a los buenos dentro de la santa Iglesia quien no se ha enmendado de sus males. Pero por qué se le da testimonio, se muestra cuando añade:

CAPÍTULO XX.

VERS. 12, 13.---Porque yo libraba al pobre que clamaba, y al huérfano que no tenía quien le ayudara. La bendición del que estaba para perecer venía sobre mí, y consolaba el corazón de la viuda.

29. La Iglesia apacienta y protege a sus hijos. ---Obras son estas de gran misericordia: librar al pobre que clama, suministrar ayuda al huérfano, arrebatar al que va a perecer, consolar el corazón de la viuda. Pues arriba se dijo qué exhibió por la doctrina. Pues dice: El oído que me oía me llamaba bienaventurado. Pero ahora narra lo que impartió por la misericordia, diciendo: Porque yo libraba al pobre que clamaba, y al huérfano que no tenía quien le ayudara. Pues la voz concuerda necesariamente con su obra. Estas cosas el bienaventurado Job tanto las exhibió a sus súbditos, como señaló que habrían de ser exhibidas por la santa Iglesia. La cual ejercita ahora ambas incesantemente, a saber, para apacentar a sus hijos hablando, y protegerlos defendiéndolos, a fin de saciar a los buenos por las palabras y protegerlos de los malos por los patrocinios. Pues bien está escrito: Germine la tierra hierba verde, y que haga simiente, y árbol fructífero que haga fruto según su género (Gén. I, 11). Lo cual de tal modo se hizo verazmente, que significara que algo habría de hacerse verazmente.

Per terram quippe figuratur Ecclesia, quae et verbi nos pabulo reficit, et patrocinii umbraculo custodit; quae et loquendo pascit, et opitulando protegit, ut non solum herbam refectionis proferat, sed et cum fructu operis arborem protectionis.

[Vet. XVI.] 30. In Ecclesiae rectoribus nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. ---Perpendendum quoque video his qui plebium gubernationibus praesunt, quod superius dicens: Videbant me juvenes, et abscondebantur; nunc astruit: Cor viduae consolatus sum. Quanta disciplina regminis, ut ante eum juvenes abscondantur; quanta mansuetudo pietatis, ut per eum viduarum corda consolentur! Sunt namque nonnulli ita districti, ut omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant, et sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti jura regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque summopere sunt tenenda, ut nec in disciplinae vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum in mansuetudine districtionem deserant disciplinae, quatenus nec a compassione pietatis obdurescant, cum contumaces corrigunt; nec disciplinae vigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo disciplinae vigor mansuetudinem, et mansuetudo ornet vigorem, et sic alterum commendetur ex altero ut nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

31. Pietatis opera corporaliter et spiritaliter exhibentur ab Ecclesia. ---Haec autem quae supra diximus pietatis opera sancta Ecclesia et corporaliter exhibet, et spiritaliter exhibere non cessat. Nam pauperem vociferantem liberat, cum peccatori veniam deprecanti eas quas commiserat culpas relaxat. De talibus quippe pauperibus dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum (Matth. V, 3). Et talium pauperum clamor est Psalmistae voce dicentium: Cito nos anticipet misericordia tua, quia pauperes facti sumus nimis (Psal. LXXVIII, 8). Pupillum vero cui non est adjutor liberat, dum unusquisque, mortuo antiquo patre diabolo, ad sanctae Ecclesiae sinum currens, in ea exhortationis adjutorium invenit, qui jam desideria mundi persequentis fugit. Potest pupilli nomine fidelis quisque etiam propter mortem boni patris intelligi, cujus ad tempus visione destitutus est, quamvis solatio destitutus non est. Benedictio etiam perituri super eam venit, cum peccatoris interitum praevenit, et cum sanctis exhortationibus a culpae fovea reducit.

Pues por la tierra se figura la Iglesia, la cual tanto nos rehace con el pasto de la palabra, como nos custodia con el pabellón del patrocinio; la cual tanto apacienta hablando como protege ayudando, para que no solo produzca la hierba de la refección, sino también con el fruto de la obra el árbol de la protección.

[Vet. XVI.] 30. En los rectores de la Iglesia ni el vigor sea rígido, ni la mansedumbre disoluta. ---Veo que también deben considerar esto los que presiden los gobiernos de los pueblos, que habiendo dicho arriba: Me veían los jóvenes y se escondían; ahora añade: Consolaba el corazón de la viuda. ¡Cuánta disciplina de gobierno, para que ante él se escondan los jóvenes; cuánta mansedumbre de piedad, para que por él se consuelen los corazones de las viudas! Pues hay algunos tan estrictos que pierden aun toda mansedumbre de benignidad, y hay algunos tan mansos que pierden los derechos del gobierno estricto. Por lo cual todos los rectores deben mantener ambas cosas sumamente, para que ni en el vigor de la disciplina abandonen la benignidad de la mansedumbre, ni por otra parte en la mansedumbre abandonen la estrechez de la disciplina, a fin de que ni se endurezcan por la compasión de la piedad cuando corrigen a los contumaces, ni ablanden el vigor de la disciplina cuando consuelan los ánimos de los enfermos. Rija, pues, el vigor de la disciplina a la mansedumbre, y la mansedumbre adorne al vigor, y así se recomiende lo uno por lo otro, de modo que ni el vigor sea rígido, ni la mansedumbre disoluta.

31. Las obras de piedad son exhibidas corporal y espiritualmente por la Iglesia. ---Y estas obras de piedad que dijimos arriba, la santa Iglesia tanto las exhibe corporalmente, como no cesa de exhibirlas espiritualmente. Pues libra al pobre que clama cuando relaja al pecador que pide perdón las culpas que había cometido. Pues de tales pobres se dice: Bienaventurados los pobres de espíritu, porque de ellos es el reino de los cielos (Mat. V, 3). Y el clamor de tales pobres es el de los que dicen por voz del Salmista: Pronto nos anticipe tu misericordia, porque hemos sido hechos pobres en exceso (Sal. LXXVIII, 8). Libra al huérfano que no tiene quien le ayude cuando cada uno, muerto el antiguo padre diablo, corriendo al seno de la santa Iglesia, encuentra en ella la ayuda de la exhortación, quien ya huye de los deseos del mundo que le persigue. Puede entenderse bajo el nombre de huérfano también cada fiel por la muerte del buen padre, de cuya visión está privado por un tiempo, aunque no está privado del consuelo. También la bendición del que va a perecer viene sobre ella cuando previene la perdición del pecador, y con santas exhortaciones lo reduce de la fosa de la culpa.

Unde scriptum est: Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum (Jac. V, 20). Si enim magnae mercedis est a morte eripere carnem quandoque morituram, quanti est meriti a morte animam liberare, in coelesti patria sine fine victuram? Cor autem viduae consolatur, dum fideli cuique animae qui aeternas Domini retributiones narrat, quasi viri sui bona ad memoriam revocat. Cui quia spiritaliter anima juncta est, eo mortuo vidua dicitur, sed sanctae Ecclesiae vocibus ex ejus resurrectione refovetur. Magnam ergo consolationem cor viduae suscipit, quando fidelis anima in verbis Ecclesiae de adventu illius aliquid, cui spiritaliter est conjuncta, cognoscit. Sequitur:

CAPUT XXI.

VERS. 14.---Justitia indutus sum, et vestivi me sicut vestimento.

32. Nulla bona opera sunt, si pravis quibusdam maculentur.---Vestimento utique cum vestimur, ex omni parte circumdamur. Ille ergo justitia sicut vestimento vestitur, qui se undique bono opere protegit, et nullam partem actionis suae peccato nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus justus est, in aliis injustus; quasi hoc latus cooperuit, illud nudavit, nec jam bona sunt opera, quae subortis aliis pravis operibus inquinantur. Hinc enim per Salomonem dicitur: Qui in uno offenderit, multa bona perdet (Eccle. IX, 18). Hinc Jacobus dicit: Quicunque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus (Jac. II, 10). Quam videlicet sententiam suam ipse diligenter exposuit, cum subjunxit: Qui enim dixit, Non moechaberis, dixit et, Non occides. Quod si non moechaberis, occidas autem, factus es transgressor legis (Ibid., 11).

33. Hinc adhibenda undique custodia et vigilantia. Frustra munita sunt caetera, cum vel unus hosti panditur aditus.---Cordis ergo oculis circumquaque porrectis, undique nobis adhibenda custodia est. Unde recte quoque per Salomonem dicitur: Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit (Prov. IV, 23).

Por lo cual está escrito: Quien hiciere convertirse a un pecador del error de su camino, salvará su alma de la muerte y cubrirá la muchedumbre de los pecados (Sant. V, 20). Pues si es de gran recompensa arrebatar de la muerte a la carne que alguna vez ha de morir, ¿de cuánta recompensa es librar de la muerte al alma, que ha de vivir sin fin en la patria celestial? Consuela el corazón de la viuda cuando narra a cada alma fiel las eternas retribuciones del Señor, como si trajera a la memoria los bienes de su marido. A quien, porque el alma está unida espiritualmente, muerto Él se llama viuda, pero es confortada por las voces de la santa Iglesia por su resurrección. Gran consuelo recibe, pues, el corazón de la viuda cuando el alma fiel conoce en las palabras de la Iglesia algo sobre el advenimiento de Aquel a quien está unida espiritualmente. Sigue:

CAPÍTULO XXI.

VERS. 14.---Me revestí de justicia, y me vestí de ella como de un vestido.

32. No hay obras buenas, si se manchan con algunas depravadas.---Ciertamente, cuando nos vestimos con un vestido, somos rodeados por todas partes. Aquel, pues, se viste de justicia como de un vestido, que se protege por todas partes con la buena obra, y no deja ninguna parte de su acción desnuda al pecado. Pues el que en unas acciones es justo y en otras injusto, es como si cubriera este flanco y desnudara aquel, y ya no son buenas las obras que se ensucian con la aparición de otras obras depravadas. Pues por esto se dice por Salomón: El que ofendiere en una sola cosa, perderá muchos bienes (Ecl. 9, 18). Por esto dice Santiago: Cualquiera que hubiere guardado toda la ley, pero ofendiere en una sola cosa, se ha hecho reo de todas (Sant. 2, 10). Sentencia suya que él mismo explicó diligentemente cuando añadió: Porque el que dijo: No cometerás adulterio, dijo también: No matarás. Que si no cometes adulterio, pero matas, te has hecho transgresor de la ley (Ibíd., 11).

33. Por tanto, se debe emplear por todas partes custodia y vigilancia. En vano están fortificadas las demás cosas, cuando se abre al enemigo aunque sea un solo acceso.---Por tanto, extendiendo los ojos del corazón por todas partes, debemos emplear custodia sobre nosotros por todos los flancos. Por lo cual rectamente se dice también por Salomón: Con toda custodia guarda tu corazón, porque de él procede la vida (Prov. 4, 23).

Dicturus enim custodia, praemisit omni, ut videlicet unusquisque hinc inde se diligenter inspiciat, et quandiu in hac vita est, contra spiritales inimicos in acie se positum sciat, ne mercedem quam per has actiones colligit, per alias amittat, ne hinc hosti fores obstruat, et aliunde aditum pandat. Si qua etenim civitas contra insidiantes inimicos magno valletur aggere, fortibus cingatur muris, ex omni parte insomni muniatur custodia, unum vero in ea foramen tantummodo immunitum per negligentiam relinquatur; inde procul dubio hostis ingreditur, qui undique exclusus videbatur. Pharisaeus namque ille, qui in templum oraturus ascendit, civitatem mentis suae quanta munitione vallaverit, audiamus: Jejuno, inquit, bis in sabbato, decimas do omnium quae possideo (Luc. XVIII, 12). Qui praemisit: Gratias ago tibi, magna certe munimina adhibuit. Sed videamus ubi insidianti hosti immunitum foramen reliquit: Quia non sum sicut publicanus iste (Ibid., 11). Ecce civitatem cordis sui insidiantibus hostibus per elationem aperuit, quam frustra per jejunium et eleemosynas clausit. Incassum munita sunt caetera, cum locus unus, de quo hosti patet aditus, munitus non est. Gratias recte egit, sed perverse se super publicanum extulit. Civitatem cordis sui extollendo prodidit, quam abstinendo et largiendo servavit. Victa est per abstinentiam gula, destructa ventris ingluvies, superata est largitate tenacia, avaritia depressa. Quibus hoc laboribus actum credimus? Sed o quot labores uno vitio percussi ceciderunt, quanta bona unius culpae gladio sunt perempta! Unde magnopere oportet et bona semper agere, et ab ipsis nos bonis operibus caute in cogitatione custodire, ne si mentem elevant, bona non sint, quae non auctori militant, sed elationi.

34. Maxime cavendum a superbia.---De qua re non inordinate agimus, si ex libris, licet non canonicis, sed tamen ad aedificationem Ecclesiae editis, testimonium proferamus. Eleazar namque in praelio elephantem feriens stravit, sed sub ipso quem exstinxit occubuit (I Mach. VI, 46). Quos ergo iste significat quem sua victoria oppressit, nisi eos qui vitia superant, sed sub ipsa quae subigunt, superbiendo succumbunt? Quasi enim sub hoste quem prosternit moritur, qui de culpa quam superat elevatur. Pensandum ergo magnopere est quia bona prodesse nequeunt, si mala quae subrepunt non caventur.

Pues al ir a decir custodia, antepuso toda, para que ciertamente cada uno se inspeccione diligentemente por aquí y por allá, y mientras está en esta vida, sepa que está puesto en orden de batalla contra los enemigos espirituales, no sea que pierda la recompensa que recoge por estas acciones a través de las otras, no sea que por aquí obstruya las puertas al enemigo y por otro lado abra el acceso. Pues si alguna ciudad contra los enemigos que acechan es rodeada de un gran terraplén, ceñida de fuertes muros, y protegida por todas partes con insomne custodia, pero se deja por negligencia un solo agujero en ella sin proteger; por allí sin duda entra el enemigo, que parecía excluido por todas partes. Escuchemos, pues, con cuánta fortificación rodeó la ciudad de su mente aquel fariseo que subió al templo a orar: Ayuno, dice, dos veces por semana, doy diezmo de todo lo que poseo (Lc. 18, 12). Quien antepuso: Te doy gracias; ciertamente empleó grandes defensas. Pero veamos dónde dejó un agujero sin proteger para el enemigo que acecha: Porque no soy como ese publicano (Ibíd. 11). He aquí que abrió la ciudad de su corazón a los enemigos que acechan por la elación, la cual en vano cerró por el ayuno y las limosnas. Inútilmente están fortificadas las demás cosas, cuando no está protegido el único lugar por el que el enemigo tiene abierto el acceso. Rectamente dio gracias, pero perversamente se ensalzó sobre el publicano. Al ensalzarse entregó la ciudad de su corazón, la cual guardó absteniéndose y repartiendo. Fue vencida la gula por la abstinencia, destruida la glotonería del vientre, superada por la largueza la tacañería, deprimida la avaricia. ¿Con cuántos trabajos creemos que se hizo esto? ¡Pero oh, cuántos trabajos cayeron heridos por un solo vicio, cuántos bienes fueron aniquilados por la espada de una sola culpa! Por lo cual es sumamente necesario tanto obrar siempre el bien, como guardarnos cautamente en el pensamiento de esas mismas obras buenas, no sea que si elevan la mente, no sean buenas las que no militan para el Autor, sino para la elación.

34. Se debe precaver sobre todo de la soberbia.---Sobre lo cual no obramos desordenadamente si presentamos un testimonio de los libros, aunque no canónicos, publicados sin embargo para la edificación de la Iglesia. Pues Eleazar, en la batalla, hiriendo a un elefante, lo derribó, pero sucumbió bajo el mismo que extinguió (1 Mac. 6, 46). ¿A quiénes significa, pues, este a quien su propia victoria oprimió, sino a los que superan los vicios, pero sucumben por soberbia bajo aquello mismo que subyugan? Pues muere como bajo el enemigo a quien derriba, el que se eleva por la culpa que supera. Se debe considerar, pues, sumamente, que los bienes no pueden aprovechar si no se precaven los males que se introducen furtivamente.

Perit omne quod agitur, si non sollicite in humilitate custoditur. Unde bene quoque de ipso primo parente dicitur: Posuit eum Dominus in paradiso voluptatis, ut operaretur et custodiret (Genes. II, 15). Operatur quippe qui agit bonum quod praecipitur, sed quod operatus fuerit non custodit, cui hoc subrepit quod prohibetur. Beatus igitur Job, quia ex omni parte bono se opere texerat, dicat: Justitia indutus sum, et vestivi me sicut vestimento. Ubi protinus subditur:

Caput XXII

[Vet. XVIII].

IBID.---Et diademate, judicio meo.

35. Justi sollicite attendunt, quid Deo, quid proximo debeant.---Justorum judicia recte diademati comparantur, quia per magni operis gloriam ad retributionis ducunt coronam. Quae nimirum judicia secum quotidie introrsus agunt, quid Deo, quid proximo debeant, solerter aspiciunt, atque ad agenda bona se vehementer accendunt, et de perpetratis malis districte redarguunt. Unde bene quoque per Salomonem dicitur: Cogitationes justorum judicia (Prov. XII, 5). Intus quippe ab omni strepitu saeculari ad corda sua redeunt, ibique ascendunt tribunal mentis, atque ante oculos se et proximum statuunt, deducunt ad medium regulam testamenti, qua dicitur: Quae vultis ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis (Matth. VII, 12). Transferunt in se personam proximi, et sollicite attendunt quid sibi si ita essent fieri vel non fieri juste voluissent, sicque districto jure atque judicio causam suam et proximi juxta tabulas divinae legis in foro cordis examinant. Bene ergo dicitur: Cogitationes justorum judicia, quia ipse eorum intimus motus cordis, quasi quaedam libra est judiciariae potestatis. Quibus peractis, quia retributionem inferius non requirunt, recte eorum judicia diademati comparantur. Diadema quippe in superiori parte corporis ponitur. Justorum ergo judicium diadema dicitur, quia per hoc non in terrenis et infimis, sed sursum remunerari concupiscunt.

CAPUT XXIII.

VERS. 15, 16.---Oculus fui caeco, et pes claudo. Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam, diligentissime investigabam.

Perece todo lo que se hace si no se guarda solícitamente en la humildad. Por lo cual se dice bien también de aquel mismo primer padre: Lo puso el Señor en el paraíso de delicias, para que lo trabajara y lo guardara (Gén. 2, 15). Ciertamente trabaja el que hace el bien que se manda, pero no guarda lo que ha trabajado aquel en quien se introduce lo que se prohíbe. Diga, pues, el bienaventurado Job, porque por todas partes se había cubierto con la buena obra: Me revestí de justicia, y me vestí de ella como de un vestido. Donde inmediatamente se añade:

CAPÍTULO XXII

IBÍD.---Et diademate, judicio meo.

35. Justi sollicite attendunt, quid Deo, quid proximo debeant.---Los juicios de los justos rectamente se comparan con una diadema, porque a través de la gloria de la gran obra conducen a la corona de la retribución. Juicios que sin duda realizan diariamente en su interior; miran con destreza qué deben a Dios y qué al prójimo, y se encienden vehementemente para realizar cosas buenas, y se reprenden estrechamente por los males perpetrados. Por lo cual también se dice bien por Salomón: Los pensamientos de los justos son juicios (Prov. 12, 5). En su interior, regresando a sus corazones desde todo estrépito secular, suben allí al tribunal de la mente, y se ponen a sí mismos y al prójimo ante sus ojos, traen al medio la regla del testamento por la cual se dice: Todo lo que queráis que hagan con vosotros los hombres, hacedlo vosotros también con ellos (Mt. 7, 12). Transfieren a sí mismos la persona del prójimo, y atienden solícitamente qué habrían querido justamente que se les hiciera o no se les hiciera si ellos fueran tales; y así, con estrecho derecho y juicio, examinan su causa y la del prójimo según las tablas de la ley divina en el foro del corazón. Bien se dice, pues: Los pensamientos de los justos son juicios, porque ese mismo movimiento íntimo de su corazón es como una cierta balanza de la potestad judicial. Realizado lo cual, porque no buscan la retribución abajo, sus juicios rectamente se comparan con una diadema. Diadema quippe in superiori parte corporis ponitur. El juicio de los justos, pues, se llama diadema, porque por esto desean ser remunerados no en las cosas terrenas e ínfimas, sino arriba.

CAPÍTULO XXIII.

VERS. 15, 16.---Fui ojo para el ciego, y pie para el cojo. Padre era de los pobres, y la causa que no conocía, la investigaba con suma diligencia.

36. Bona opera etsi humilitate occultanda, necessitate tamen aliquando publicanda.---Inter haec lectoris animus forsitan quaerat cur beatus Job suas tam subtiliter virtutes enumeret. Sanctorum quippe virorum est bona quae fecerint occultare, ne contingat eos lapsum elationis incurrere. Unde per semetipsam Veritas dicit: Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis (Matth. VI, 1). Hinc est etiam quod duos caecos juxta viam sedentes illuminans, praecepit dicens: Videte ne quis sciat (Matth. IX, 30). De quibus illico scriptum est quia illi abeuntes diffamaverunt eum per totam terram illam. Sed quaerendum nobis est quid sit hoc quod ipse Omnipotens, cui hoc est velle quod posse, et taceri virtutes suas voluit, et tamen ab his qui illuminati sunt quasi invitus indicatur, nisi quod servis suis se sequentibus exemplum dedit, ut ipsi quidem virtutes suas occultari desiderent, et tamen, ut alii eorum exemplo proficiant, prodantur inviti, et facta quidem sua occultando seipsos custodiant, sed dum produntur inviti, bona ad proximos suos exempla transmittant. Occultentur ergo studio, necessitate publicentur; et eorum occultatio sit custodia propria, eorumque publicatio sit utilitas aliena. Rursum quia scriptum est: Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in coelis est (Matth. V, 15). Aliquando sancti viri et coram hominibus compelluntur bona facere, aut eadem hominibus sua facta narrare; sed ad eum finem omnia referentes, ut non ipsi eisdem operibus, sed Pater eorum qui in coelis est debeat glorificari. Dum enim sancta praedicant, ipsi praedicatio eorum fortasse despicitur, quorum vita nescitur. Compelluntur ergo vitam suam dicere, ut auditorum suorum valeant vitam mutare. Et facta sua referunt, ut venerationi sint; venerari appetunt, ut reverenter audiantur. Scriptum quippe est: Cum elevarentur animalia de terra, elevabantur pariter et rotae (Ezech. I, 19), quia videlicet cum auditorum mentes praedicantium vitam suspiciunt, necessario utique etiam vim praedicationis admirantur.

[Vet. XIX]. 37. Quod sanctus Paulus exempto suo comprobavit. Qui eum imitantur non elationi serviunt, sed humilitati.---Hinc est ergo quod praedicatores boni et honorem propter elationi fugiunt, et honorari tamen propter imitationem volunt. Sic nimirum Paulus apostolus discipulis loquens, et honorem fugit, et tamen quantum esset honorandus ostendit.

36. Las obras buenas, aunque deben ocultarse por humildad, deben sin embargo publicarse a veces por necesidad.---Entre estas cosas, el ánimo del lector quizás pregunte por qué el bienaventurado Job enumera tan sutilmente sus virtudes. Ciertamente es propio de los varones santos ocultar los bienes que hicieren, no sea que les ocurra incurrir en la caída de la elación. Por lo cual la Verdad dice por sí misma: Atended a no hacer vuestra justicia delante de los hombres, para ser vistos por ellos (Mt. 6, 1). De aquí es también que, iluminando a dos ciegos sentados junto al camino, les mandó diciendo: Mirad que nadie lo sepa (Mt. 9, 30). De los cuales al punto está escrito que ellos, al irse, lo difamaron por toda aquella tierra. Pero debemos preguntarnos qué es esto de que el mismo Omnipotente, para quien querer es poder, quiso que sus virtudes fueran calladas y, sin embargo, por estos que fueron iluminados es indicado como a pesar suyo; sino que dio ejemplo a sus siervos que le siguen para que ellos ciertamente deseen que sus virtudes sean ocultadas y, sin embargo, para que otros aprovechen con su ejemplo, sean dadas a conocer a pesar suyo; y guardándose a sí mismos ocultando sus hechos, pero mientras son dados a conocer a pesar suyo, transmitan buenos ejemplos a sus prójimos. Ocúltense, pues, por propósito, publíquense por necesidad; y su ocultación sea custodia propia, y su publicación sea utilidad ajena. Por otra parte, porque está escrito: Ni encienden una lámpara y la ponen bajo el celemín, sino sobre el candelero, para que luzca a todos los que están en la casa. Así luzca vuestra luz delante de los hombres, para que vean vuestras obras buenas y glorifiquen a vuestro Padre que está en los cielos (Mt. 5, 15. 16). A veces los varones santos también se ven compelidos a hacer el bien delante de los hombres, o a narrar a los hombres esos mismos hechos suyos; pero refiriéndolo todo a ese fin: que no ellos mismos deban ser glorificados por esas mismas obras, sino su Padre que está en los cielos. Pues mientras predican cosas santas, quizás se desprecia su misma predicación si se desconoce su vida. Se ven compelidos, pues, a decir su vida para que puedan cambiar la vida de sus oyentes. Y narran sus hechos para que sean tenidos en veneración; desean ser venerados para ser escuchados con reverencia. Ciertamente está escrito: Cuando se elevaban los seres vivientes de la tierra, se elevaban igualmente las ruedas (Ez. 1, 19), porque ciertamente cuando las mentes de los oyentes respetan la vida de los que predican, necesariamente admiran también la fuerza de la predicación.

[Vet. XIX]. 37. Lo cual el santo Pablo comprobó con su ejemplo. Quienes lo imitan no sirven a la elación, sino a la humildad.---De aquí es, pues, que los buenos predicadores tanto huyen del honor por causa de la elación, como sin embargo quieren ser honrados por causa de la imitación. Así ciertamente el apóstol Pablo, hablando a sus discípulos, tanto huye del honor como sin embargo muestra cuánto debía ser honrado.

Nam cum Thessalonicensibus diceret: Neque aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione avaritiae, Deus testis est (I Thess. II, 5), secutus adjunxit: Neque quaerentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis, cum possimus oneri vobis esse, ut Christi apostoli, sed facti sumus parvuli in medio vestrum (Ibid., 6, 7). Rursus Corinthiis, honorem fugiens, dicit: Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Jesum Christum (II Cor. IV, 5). Quos tamen videns falsorum apostolorum persuasionibus a verae fidei tramite deviare, eis se summopere quantum esset venerandus ostendit, dicens: In quo quis audet, in insipientia dico, audeo et ego. Hebraei sunt, et ego. Israelitae sunt, et ego. Semen Abrahae sunt, et ego. Ministri Christi sunt, et ego. Ut minus sapiens dico, plus ego (II Cor. XI, 21-23). Quibus etiam subjungit quod ei quoque tertii coeli secreta patuerint, quod raptus etiam paradisi arcana penetrarit. Ecce honorem fugiens servum se discipulorum praedicat. Ecce honorem pro utilitate audientium quaerens falsis apostolis vitae suae merita superponit. Egit quippe doctor egregius ut dum ipse qualis esset agnoscitur, et vita et lingua male praedicantium, ejus comparatione vilesceret. Illos videlicet commendaret, si se absconderet; cumque se non ostenderet, errori locum dedisset. Miro igitur modo et humilitatis exhibet gratiam, et utilitatis quaerit incrementa, ut et servum se discipulorum praedicat, et adversariis potiorem demonstret. Ostendit discipulis quid humilitatis acceperit, ostendit adversariis quid sublimitatis. Innotescit contra adversarios quid habent ex munere, innotescit discipulis qualis apud se maneat in cogitatione, innotescit adversariis qualis foris appareat in operatione. Sancti ergo viri cum coguntur bona narrare quae faciunt, non elationi serviunt, sed utilitati. Unde beatus Job amicis suis se injuste increpantibus, atque idcirco nescientibus bona sua, loquendo aperit, ut nimirum discerent non contra ejus vitam increpantes erigi, sed hanc tacentes imitari, quamvis, ut supra jam diximus, hunc ad memoriam facta sua reducere, invecta ab increpantibus desperatio compellebat. Nam inter tot dolores vulneris et verba desperationis, cum bona quae fecit narrat, quasi collapsum verbis et verberibus ad spem animum reformat. Dicat ergo bona quae fecit, ut non cogatur inter tot mala de se desperare quae audit. Oculus fui caeco, et pes claudo.

Pues al decir a los tesalonicenses: Porque nunca estuvimos con palabras de adulación, como sabéis, ni con ocasión de avaricia, Dios es testigo (1 Tes. 2, 5), añadió a continuación: Ni buscamos gloria de los hombres, ni de vosotros ni de otros, aunque pudimos seros de carga como apóstoles de Cristo, sino que nos hicimos pequeñitos en medio de vosotros (Ibíd. 6, 7). Otra vez a los corintios, huyendo del honor, dice: Porque no nos predicamos a nosotros mismos, sino a Jesucristo nuestro Señor, y a nosotros como vuestros siervos por Jesucristo (2 Cor. 4, 5). A los cuales, sin embargo, viendo desviarse de la senda de la verdadera fe por las persuasiones de falsos apóstoles, les mostró sumamente cuánto debía ser venerado, diciendo: En lo que alguien se atreve, lo digo con insensatez, también me atrevo yo. ¿Son hebreos? yo también. ¿Son israelitas? yo también. ¿Son descendencia de Abraham? yo también. ¿Son ministros de Cristo? yo también. Lo digo como menos sabio, más yo (2 Cor. 11, 21-23). A los cuales también añade que se le abrieron los secretos del tercer cielo, que su rapto penetró también los arcanos del paraíso. He aquí que, huyendo del honor, se predica siervo de los discípulos. He aquí que, buscando el honor por la utilidad de los oyentes, sobrepone los méritos de su vida a los falsos apóstoles. Pues el egregio doctor obró de modo que, mientras se reconocía quién era él, tanto la vida como la lengua de los que predicaban mal, se envilecieran por comparación con él. Ciertamente los habría recomendado si se hubiera escondido; y al no mostrarse, habría dado lugar al error. De modo admirable, pues, tanto exhibe la gracia de la humildad como busca los incrementos de la utilidad, para que tanto se predique siervo de los discípulos como se muestre superior a los adversarios. Muestra a los discípulos qué ha recibido de humildad, muestra a los adversarios qué de sublimidad. Se da a conocer contra los adversarios qué tienen por don, se da a conocer a los discípulos qué permanece en él mismo en el pensamiento, se da a conocer a los adversarios cómo aparece exteriormente en la operación. Los varones santos, pues, cuando se ven obligados a narrar los bienes que hacen, no sirven a la elación, sino a la utilidad. Por lo cual el bienaventurado Job abre sus bienes hablando a sus amigos que le reprendían injustamente y que por ello los desconocían, para que ciertamente aprendieran no a elevarse reprendiendo contra su vida, sino a imitarla callando; aunque, como ya dijimos arriba, la desesperación introducida por los que le reprendían lo obligaba a traer a la memoria sus hechos. Pues entre tantos dolores de su llaga y palabras de desesperación, cuando narra los bienes que hizo, reforma su ánimo hacia la esperanza, el cual se había colapsado por las palabras y los azotes. Diga, pues, los bienes que hizo, para no verse obligado a desesperar de sí mismo entre tantos males que oye. Fui ojo para el ciego, y pie para el cojo.

38. Justitiae opera praemitti debent operibus misericordiae. Qui eleemosynas largitur, nec abstinet a peccato, rem suam Deo tribuit, et seipsum peccato.---Cum sancti operis exempla pensamus, intuendum nobis prius est, quam rectus narrandi ordo servetur, ut ante justitiae, et post misericordiae opera describantur. Ille quippe bene agit quae pia sunt, qui scit prius servare quae justa, ut collatus in proximos rivus misericordiae de justitiae fonte ducatur. Nam multi proximis quasi opera misericordiae impendunt, sed injustitiae facta non deserunt. Qui si veraciter proximis misericordiam facere student, sibi ipsis prius debuerant juste vivendo misereri. Unde scriptum est: Miserere animae tuae placens Deo (Eccli. XXX, 24). Qui ergo misereri vult proximo, a se trahat necesse est originem miserendi. Scriptum namque est: Diliges proximum tuum sicut teipsum (Matth. XIX, 19). Quomodo ergo alteri miserendo pius est, qui adhuc injuste vivendo fit impius sibimetipsi? Unde per quemdam sapientem dicitur: Qui sibi nequam est, cui bonus erit (Eccli. XIV, 5)? Ad exhibendam quippe misericordiam ut indigentibus plene exterius valeat impendi, duo sibi necessaria congruunt, id est homo qui praebeat, et res quae praebeatur. Sed longe incomparabiliter melior est homo quam res. Qui itaque indigenti proximo exteriorem substantiam praebet, sed vitam suam a nequitia non custodit, rem suam Deo tribuit, et se peccato. Hoc quod minus est obtulit auctori, et hoc quod majus est servavit iniquitati. Bene itaque per beatum Job prius dicitur: Justitia indutus sum, et vestivi me sicut vestimento; et sicut diademate, judicio meo. Ac deinde subjungitur: Oculus fui caeco, et pes claudo. Quia tunc est apud Deum oblatio verae rectitudinis, cum de radice justitiae prodeunt rami pietatis. Sed quia in ipso misericordiae opere plus solet apud internum judicem animus pensari quam factum, notandum quod caeco oculum fuisse se asserit, pedem claudo. Haec etenim dicens, profecto indicat quia et illi per semetipsam manum praebuerat, et hunc portando sustinebat. Ex qua re colligitur, super egenos ac debiles quantum misericordiae illius viscera fundebantur. Unde et subditur: Pater eram pauperum.

39. Ecclesia caecos illuminat, claudos sustentat.---Quae videlicet verba si ad vocem sanctae Ecclesiae typica interpretatione referamus, ipsa est oculus caeco, quia per verbum lucet, ipsa pes claudo, quia per adjutorium continet. Caecos enim praedicando illuminat, claudos vero opitulando sustentat. Caecus quippe est qui adhuc quo pergat non videt; claudus autem est, qui non potest ire quo videt. Crebro namque peccatum aut ignorantia aut infirmitate perpetratur, ut vel nesciat homo quid velle debeat, vel non omne quod voluerit possit.

38. Las obras de justicia deben anteponerse a las obras de misericordia. Quien reparte limosnas y no se abstiene del pecado, entrega su cosa a Dios y a sí mismo al pecado.---Cuando pesamos los ejemplos de la obra santa, debemos mirar primero cuán recto orden de narración se guarda, de modo que se describan antes las obras de justicia y después las de misericordia. Ciertamente obra bien lo que es piadoso aquel que sabe guardar primero lo que es justo, para que el río de la misericordia vertido sobre los prójimos se derive de la fuente de la justicia. Pues muchos emplean con los prójimos como obras de misericordia, pero no abandonan los hechos de injusticia. Los cuales, si verdaderamente se esfuerzan por hacer misericordia con los prójimos, debieron primero compadecerse de sí mismos viviendo justamente. Por lo cual está escrito: Compadécete de tu alma agradando a Dios (Eclo. 30, 24). El que, pues, quiere compadecerse del prójimo, es necesario que extraiga de sí mismo el origen de la compasión. Ciertamente está escrito: Amarás a tu prójimo como a ti mismo (Mt. 19, 19). ¿Cómo, pues, es piadoso compadeciéndose del otro el que todavía viviendo injustamente se hace impío consigo mismo? Por lo cual se dice por un cierto sabio: El que para sí es malo, ¿para quién será bueno? (Eclo. 14, 5)? Ciertamente, para exhibir la misericordia de modo que pueda emplearse plenamente al exterior con los indigentes, concurren dos cosas necesarias: esto es, el hombre que la preste y la cosa que se preste. Pero el hombre es incomparablemente mejor que la cosa. El que, pues, presta al prójimo indigente la sustancia exterior, pero no guarda su vida de la maldad, entregó su cosa a Dios y a sí mismo al pecado. Ofreció al Autor lo que es menos y guardó para la iniquidad lo que es más. Bien se dice, pues, primero por el bienaventurado Job: Me revestí de justicia, y me vestí de ella como de un vestido; y como con una diadema, con mi juicio. Y después se añade: Fui ojo para el ciego, y pie para el cojo. Porque entonces es ante Dios la oblación de la verdadera rectitud cuando de la raíz de la justicia brotan las ramas de la piedad. Pero porque en la misma obra de misericordia suele pesarse ante el Juez interno más el ánimo que el hecho, se debe notar que afirma haber sido ojo para el ciego y pie para el cojo. Pues al decir estas cosas, ciertamente indica que tanto había prestado su mano por sí mismo a aquel, como sostenía a este llevándolo. De lo cual se colige cuánto se derramaban las entrañas de su misericordia sobre los indigentes y los débiles. Por lo cual también se añade: Padre era de los pobres.

39. La Iglesia ilumina a los ciegos, sostiene a los cojos.---Palabras que, si las referimos a la voz de la santa Iglesia por interpretación típica, ella misma es ojo para el ciego porque luce por la palabra, ella misma es pie para el cojo porque lo sostiene por la ayuda. Pues ilumina a los ciegos predicando, y sostiene a los cojos auxiliándolos. Ciertamente es ciego el que todavía no ve a dónde dirigirse; y es cojo el que no puede ir a donde ve. Pues frecuentemente el pecado se perpetra o por ignorancia o por enfermedad, de modo que o el hombre no sabe qué debe querer, o no puede todo lo que quisiere.

Quo contra recte per Psalmistam dicitur: Dominus illuminatio mea et salus mea (Psal. XXVI, 1). Quia enim Dominus et scientiam et virtutem praebet, et contra ignorantiam illuminatio, et contra infirmitatem salus vocatur. Hinc etiam de iniquis dicitur: Fiant viae illorum tenebrae, et lubricum (Psal. XXXIV, 6), ut scilicet per tenebras quo ire debent non videant, qui etsi recta viderent, in eis tamen per lubricum stare non possent. Isti itaque per lubricum inter bona claudicant, illi per tenebras quae bona sequantur ignorant. Sancta itaque Ecclesia extremis tribulationibus deprehensa, antiquorum reminiscitur temporum, quando et docendo illuminare consueverat, et adjuvando firmare, et praecedentis membri sui ore loquitur, dicens: Oculus fui caeco, et pes claudo.

40. Caeci sunt gentiles, claudi vero Judaei.---Quae quia duos in se populos collegit, Judaicum scilicet atque gentilem, recte etiam potest caeco gentilis, claudo autem Judaicus populus designari. Gentilis quippe quasi oculos non habuit, quia non accepta lege non vidit quo ire debuisset. At contra Judaicus habens oculos, claudus fuit, quia legem quidem sciendo tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetendit. Si enim gentilis populus caecus minime fuisset, propheta non diceret: Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam (Isai. IX, 2). Rursum si Israeliticus populus a bono opere minime claudicasset, nequaquam voce Domini Psalmista dixisset: Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis (Psal. XVII, 46). Qui nimirum populus claudus idcirco nominatur, qui sanum gressum in operatione non habuit, quippe qui utroque pede uti noluit, dum unum Testamentum recepit, aliud sprevit. Quem cum ad se venientem sancta Ecclesia suscipit, quia ei jam Vetus tenenti, etiam Novum Testamentum inserit, ad dirigendos gressus illius, quasi alterum pedem jungit. Qui fidelis sanctae Ecclesiae populus adhuc recte subjungit: Pater eram pauperum, quia videlicet humiles, qui pauperes spiritu dicti sunt, ex ejus praedicatione generantur. Sed oportet ut in his omnibus ipsa historiae subtiliter verba pensemus. Ait enim:

CAPUT XXIV.

VERS. 16.---Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam diligentissime investigabam.

Por el contrario, rectamente se dice por el Salmista: El Señor es mi iluminación y mi salud (Sal. 26, 1). Porque como el Señor presta tanto la ciencia como la virtud, se llama iluminación contra la ignorancia y salud contra la enfermedad. De aquí también se dice de los inicuos: Sean sus caminos tinieblas y resbaladero (Sal. 34, 6), para que ciertamente por las tinieblas no vean a dónde deben ir los que, aunque vieran las cosas rectas, no podrían permanecer en ellas por el resbaladero. Estos, pues, por el resbaladero cojean entre los bienes; aquellos por las tinieblas ignoran qué bienes seguir. La santa Iglesia, pues, sorprendida por extremas tribulaciones, recuerda los tiempos antiguos, cuando acostumbraba tanto a iluminar enseñando como a firmar ayudando, y habla por la boca de su miembro precedente, diciendo: Fui ojo para el ciego, y pie para el cojo.

40. Los gentiles son los ciegos, pero los judíos los cojos.---Como ella ha reunido en sí a dos pueblos, a saber, al judío y al gentil, rectamente puede designarse por el ciego al pueblo gentil, y por el cojo al pueblo judío. Pues el gentil fue como si no tuviera ojos, porque al no haber recibido la ley no vio a dónde debió haber ido. Pero por el contrario, el judío teniendo ojos, fue cojo, porque ciertamente mantuvo la ley conociéndola, pero no extendió en ella el paso de la obra recta. Pues si el pueblo gentil no hubiera sido ciego, no diría el profeta: El pueblo que se sentaba en tinieblas, vio una gran luz (Is. 9, 2). Otra vez, si el pueblo israelita no hubiera cojeado de la buena obra, de ningún modo habría dicho el Salmista por la voz del Señor: Los hijos extraños me mintieron, los hijos extraños envejecieron y cojearon de sus sendas (Sal. 17, 46). Pueblo que sin duda se llama cojo por esto: porque no tuvo un paso sano en la operación, ya que ciertamente no quiso usar ambos pies al recibir un Testamento y despreciar el otro. Al cual, cuando la santa Iglesia lo recibe viniendo a ella, como a él que ya mantiene el Antiguo le inserta también el Nuevo Testamento, le une como otro pie para dirigir sus pasos. Pueblo fiel de la santa Iglesia que todavía rectamente añade: Padre era de los pobres, porque ciertamente los humildes, que han sido llamados pobres de espíritu, son engendrados por su predicación. Pero conviene que en todas estas cosas pesemos sutilmente las mismas palabras de la historia. Dice, pues:

CAPÍTULO XXIV.

VERS. 16.---Padre era de los pobres, y la causa que no conocía la investigaba con suma diligencia.

41. Praestat bonum opus ex affectu facere, quam ex praecepto.---Plerumque enim multa homines pauperibus largiuntur, non quia eosdem pauperes diligunt, sed quia si minime tribuant, iram judicis superni formidant; qui si Deum non metuerent, quae habent dare noluissent. Et quidem in bono opere primus incipientium gradus est ut qui adhuc proximum sicut se nescit diligere, jam tamen incipiat judicia superna formidare. Quia igitur aliud est bonum opus ex praecepto, aliud vero etiam ex affectu facere, sanctus vir ut mentem nobis suae operationis insinuet, dicat: Pater eram pauperum. Non enim patronum se, vel proximum, vel adjutorem pauperum, sed patrem fuisse testatur, quia nimirum magno charitatis officio studium misericordiae vertit in affectum naturae, ut eos quasi filios cerneret per amorem, quibus quasi pater praeerat per protectionem. Quia igitur vis misericordiae illius naturam fuerat imitata, patrem se pauperum fuisse commemorat. Ubi etiam subdit.

CAPUT XXV.

IBID.---Et causam quam nesciebam diligentissime investigabam.

42. Etsi nulla bona opera negligenda, minora tamen potioribus postponi debent.---In quibus videlicet verbis pensanda sunt omnia quam distincte narrentur, quod nulla ab eo merces praetermittitur. Justus quippe est in actionibus suis, pius in infirmitatibus proximorum, strenuus in negotiis pauperum. Qui enim aeternae retributionis bona cogitat, necesse est ut ad omnem se causam secuturae mercedis extendat. Hinc enim per Salomonem dicitur: Qui Deum timet, nihil negligit (Eccle. VII, 19). Hinc etiam Paulus ait: Ad omne opus bonum parati (II Tim. II, 21). Sed inter haec sciendum est quia aliquando in actionibus nostris minora bona praetermittenda sunt pro utilitate majorum. Nam quis ignoret esse boni operis meritum, mortuum sepelire? et tamen cuidam qui ad sepeliendum patrem se dimitti poposcerat dictum est: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade et annuntia regnum Dei (Luc. IX, 60). Postponendum namque erat obsequium hujus ministerii officio praedicationis, quia illo carne mortuos in terram conderet, isto autem anima mortuos ad vitam resuscitaret. Per prophetam quoque primatibus synagogae dicitur: Quaerite judicium, subvenite oppresso (Isai. I, 17). Et tamen Paulus apostolus dicit: Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum (I Cor. VI, 4). Auditores etenim suos ad virtutem sapientiae, ad linguarum genera, ad prophetiae quoque indaganda mysteria succendebat, dicens: Aemulamini spiritalia, magis autem ut prophetetis (I Cor. XIV, 1).

41. Es mejor hacer una buena obra por afecto que por precepto.---Frecuentemente, en efecto, los hombres reparten muchas cosas a los pobres, no porque amen a esos mismos pobres, sino porque, si no distribuyeran, temerían la ira del Juez supremo; los cuales, si no temieran a Dios, no habrían querido dar lo que tienen. Y ciertamente, en la buena obra, el primer grado de los que comienzan es que aquel que todavía no sabe amar al prójimo como a ti mismo, comience ya sin embargo a temer los juicios supremos. Como, pues, una cosa es hacer una buena obra por precepto y otra incluso por afecto, para insinuarnos el ánimo de su operación diga el santo varón: Padre era de los pobres. Pues no testifica haber sido patrono, o prójimo, o ayudante de los pobres, sino padre, porque ciertamente, con un gran oficio de caridad, convirtió el estudio de la misericordia en afecto de la naturaleza, de modo que viera como hijos por el amor a quienes como padre presidía por la protección. Como, pues, la fuerza de su misericordia había imitado a la naturaleza, recuerda haber sido padre de los pobres. Donde también añade.

CAPÍTULO XXV.

IBÍD.---Y la causa que no conocía la investigaba con suma diligencia.

42. Aunque no se debe descuidar ninguna obra buena, sin embargo las menores deben posponerse a las mejores.---En cuyas palabras ciertamente se debe considerar cuán distintamente se narran todas las cosas, que ninguna recompensa es pasada por alto por él. Es, en efecto, justo en sus acciones, piadoso en las enfermedades de los prójimos, diligente en los negocios de los pobres. Pues el que piensa en los bienes de la retribución eterna, es necesario que se extienda a toda causa de recompensa futura. Por esto se dice por Salomón: El que teme a Dios, nada descuida (Ecl. 7, 18). De aquí también dice Pablo: Preparados para toda obra buena (2 Tim. 2, 21). Pero entre estas cosas se debe saber que a veces, en nuestras acciones, se deben pasar por alto bienes menores por la utilidad de los mayores. Pues, ¿quién ignora que es un mérito de buena obra sepultar a un muerto? y sin embargo a uno que había pedido ser despedido para sepultar a su padre, se le dijo: Deja que los muertos sepulten a sus muertos; tú, en cambio, ve y anuncia el reino de Dios (Lc. 9, 60). Pues se debía posponer el obsequio de este ministerio al oficio de la predicación, porque en aquel escondería en la tierra a los muertos en la carne, pero en este resucitaría a la vida a los muertos en el alma. Por el profeta también se dice a los primados de la sinagoga: Buscad el juicio, socorred al oprimido (Is. 1, 17). Y sin embargo el apóstol Pablo dice: A los que son despreciables en la Iglesia, a esos constituidlos para juzgar (1 Cor. 6, 4). Ciertamente encendía a sus oyentes a la virtud de la sabiduría, a los géneros de lenguas, a indagar también los misterios de la profecía, diciendo: Ambicionad los dones espirituales, pero sobre todo el que profeticéis (1 Cor. 14, 1).

Sed quia spiritalia dona non caperent, si terrena eos negotia depressissent, longe ante praemisit, dicens: Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum (I Cor. VI, 4). Ac si aperte dicat, qui minoris meriti sunt in Ecclesia, et nullis magnorum donorum virtutibus pollent, ipsi de terrenis negotiis judicent, quatenus per quos magna nequeunt, bona minora suppleantur. Quos et contemptibiles nominat, et tamen sapientes vocat, cum dicit: Sic non est sapiens inter vos quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum (Ibid., 5)? Qua ex re quid colligitur, nisi ut hi terrenas causas examinent, qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt? Qui autem spiritalibus donis ditati sunt, profecto terrenis non debent negotiis implicari, ut dum non coguntur inferiora bona disponere, exercitati valeant bonis superioribus deservire.

[Vet. XXII.] 43. Qui per se non possunt, per alios officia charitatis exercere tenentur.---Sed curandum magnopere est ut hi qui donis spiritalibus emicant nequaquam proximorum infirmantium negotia funditus deserant, sed haec aliis quibus dignum est tractanda committant. Unde Moyses quoque ac populum viros pro se septuaginta constituit, ut quanto se ab exterioribus causis absconderet, tanto ardentius interna penetraret. Sicque fit ut summi viri magis ad spiritalia dona proficiant, dum eorum mentes res infimae non conculcant; et rursum viri in Ecclesia ultimi sine bono opere non vivant, dum in rebus exterioribus inveniunt recta quae agant. Sancta quippe Ecclesia sic consistit unitate fidelium, sicut corpus nostrum unitum est compage membrorum. Alia namque sunt membra in corpore quae intuendae luci deserviunt, alia quae a terrae tactu minime disjunguntur. Oculus quippe luci intenditur, et ne caecari valeat, a pulvere custoditur. Pes vero tunc suum officium recte peragit, cum suscipiendum terrae pulverem non refugit. Quae tamen corporis membra vicissim sibi sua officia impartiendo copulantur, ut pes oculis currat, et oculus pedi prospiciat.

44. Membra Ecclesiae, etsi officio distincta, sunt charitate conjuncta.---Sic itaque sic sanctae Ecclesiae membra debent et officio esse distincta, et charitate conjuncta, ut summi viri eorum viam provideant, qui in terrenis negotiis vacant, quatenus velut ad lumen oculorum pes ambulet, et rursum quidquid terrenis negotiis implicati agunt, hoc ad majorum utilitatem referant, ut pes cujus via prospicitur, non sibi tantummodo, sed etiam oculis gradiatur. Dum itaque sibi invicem alterna administratione conveniunt, miro modo agitur, ut quia electi quique vicissim sibimet impendendo quod valent faciunt, eorum fiant opera etiam quae facere ipsi non possunt.

Pero porque no captarían los dones espirituales si los negocios terrenos los hubieran deprimido, antepuso mucho antes diciendo: A los que son despreciables en la Iglesia, a esos constituidlos para juzgar (1 Cor. 6, 4). Como si dijera abiertamente: los que son de menor mérito en la Iglesia y no brillan por ningunas virtudes de grandes dones, juzguen ellos sobre los negocios terrenos, a fin de que por quienes no pueden las cosas grandes, se suplan los bienes menores. A quienes llama tanto despreciables como sin embargo llama sabios cuando dice: ¿Así no hay entre vosotros ningún sabio que pueda juzgar entre su hermano? (Ibíd. 5). De lo cual, ¿qué se colige sino que examinen las causas terrenas aquellos que han percibido la sabiduría de las cosas exteriores? Pero los que están enriquecidos con dones espirituales, ciertamente no deben implicarse en negocios terrenos, para que, mientras no se vean obligados a disponer bienes inferiores, ejercitados puedan servir a los bienes superiores.

[Vet. XXII.] 43. Quienes no pueden por sí mismos, están obligados a ejercer los oficios de la caridad a través de otros.---Pero se debe cuidar sumamente que estos que brillan con dones espirituales de ningún modo abandonen totalmente los negocios de los prójimos que enferman, sino que encomienden estas cosas para ser tratadas por otros por quienes es digno. Por lo cual Moisés también constituyó para sí setenta varones sobre el pueblo, para que cuanto más se escondiera de las causas exteriores, tanto más ardientemente penetrara las internas. Y así se logra que los varones supremos aprovechen más para los dones espirituales, mientras las cosas ínfimas no conculcan sus mentes; y, por otra parte, los últimos varones en la Iglesia no vivan sin obra buena, mientras en las cosas exteriores encuentran cosas rectas que hagan. Ciertamente la santa Iglesia así consiste en la unidad de los fieles, como nuestro cuerpo está unido por la trabazón de los miembros. Pues unos son los miembros en el cuerpo que sirven para mirar la luz, otros los que de ningún modo se disocian del contacto con la tierra. Ciertamente el ojo se dirige a la luz y, para que no pueda ser cegado, se guarda del polvo. Pero el pie entonces cumple rectamente su oficio cuando no huye de recibir el polvo de la tierra. Miembros del cuerpo que, sin embargo, se acoplan impartiéndose sus oficios mutuamente, de modo que el pie corre para los ojos y el ojo mira por el pie.

44. Los miembros de la Iglesia, aunque distintos en el oficio, están unidos por la caridad.---Así, pues, así los miembros de la santa Iglesia deben estar tanto distinguidos por el oficio como unidos por la caridad, de modo que los varones supremos provean el camino de aquellos que están vacantes en los negocios terrenos, a fin de que el pie camine como hacia la luz de los ojos; y, por otra parte, lo que hagan los implicados en negocios terrenos, lo refieran a la utilidad de los mayores, de modo que el pie cuyo camino se provee, no camine solo para sí, sino también para los ojos. Mientras, pues, convienen entre sí por la administración mutua, se logra de modo admirable que, porque cada uno de los electos hace lo que puede dándose mutuamente, se hagan suyas también las obras que ellos mismos no pueden hacer.

45. Necessitate suadente, contemplatio intermittenda, ut proximi utilitati serviatur.---Sed inter haec sciendum est quia cum proximorum causis exterioribus qui apte deserviant desunt, debent hi quoque qui spiritalibus donis pleni sunt eorum infirmitati condescendere terrenisque illorum necessitatibus, in quantum decenter valeant, charitatis condescensione servire. Nec taedere animum debet, si sensus ejus contemplationi spiritalium semper intentus aliquando dispensandis rebus minimis quasi minoratus inflectitur, quando illud Verbum per quod constant omnia creata, ut prodesset hominibus, assumpta humanitate, voluit paulominus ab angelis minorari. Quid ergo mirum si homo se propter hominem attrahit, dum creator hominum et angelorum formam hominis propter hominem suscepit? Nec tamen minoratur sensus cum sic attrahitur, quia tanto subtilius superiora penetrat, quanto humilius pro amore conditoris nec inferiora contemnit. Quid indignum nobis vel difficile est, si supra infraque animum ducimus, qui eadem manu corporis lavamus faciem, qua etiam calceamus pedem? Beatus igitur Job quia cum magna ageret minima non despexit, dicat: [Vet. XXIII.] Et causam quam nesciebam diligentissime investigabam.

46. In judiciis non simus praecipites. Majora crimina tardius credenda; sed cum agnoscuntur, citius punienda.---Qua in re notandum video ne ad proferendam sententiam unquam praecipites esse debeamus, ne temere indiscussa judicemus, ne quaelibet mala audita nos moveant, ne passim dicta sine probatione credamus. Quod profecto perpetrare pertimescimus, si auctoris nostri subtilius facta pensamus. Ipse quippe ut nos a praecipitata sententiae prolatione compesceret, cum omnia nuda et aperta sint oculis ejus, mala tamen Sodomae noluit audita judicare, qui ait: Clamor Sodomorum et Gomorrhaeorum multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis; descendam et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint, an non est ita, ut sciam (Genes. XVIII, 20). Omnipotens itaque Dominus (2, q. 1, c. Deus omnipotens) et omnia sciens, cur ante probationem quasi dubitat, nisi ut gravitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante praesumamus credere quam probare? Ecce per angelos ad cognoscenda mala descendit, moxque facinorosos percutit; atque ille patiens, ille mitis, ille de quo scriptum est: Tu autem Domine, cum tranquillitate judicas (Sap. XII, 18), ille de quo scriptum est rursum: Dominus patiens est redditor (Eccli. V, 4); tanto crimine involutos inveniens, quasi patientiam praetermisit, et diem extremi judicii exspectare ad vindictam noluit, sed eos igne judicii, ante judicii diem praevenit.

45. Persuadiendo la necesidad, se debe interrumpir la contemplación para servir a la utilidad del prójimo.---Pero entre estas cosas se debe saber que, cuando faltan quienes sirvan aptamente a las causas exteriores de los prójimos, deben también estos que están llenos de dones espirituales condescender a su enfermedad y servir a sus necesidades terrenas, en cuanto decorosamente puedan, por la condescendencia de la caridad. Ni debe cansar al ánimo si su sentido, siempre atento a la contemplación de las cosas espirituales, a veces se inclina como minorado a disponer cosas mínimas, cuando aquel Verbo por quien consisten todas las cosas creadas, para que aprovechara a los hombres, asumida la humanidad, quiso ser minorado un poco de los ángeles. ¿Qué tiene, pues, de extraño si el hombre se atrae por causa del hombre, cuando el creador de los hombres y de los ángeles tomó la forma de hombre por causa del hombre? Ni sin embargo se minora el sentido cuando así se atrae, porque tanto más sutilmente penetra las cosas superiores cuanto más humildemente no desprecia ni las inferiores por el amor del Creador. ¿Qué tiene de indigno para nosotros o de difícil si dirigimos el ánimo arriba y abajo, nosotros que con la misma mano del cuerpo lavamos la cara con la que también calzamos el pie? El bienaventurado Job, pues, porque como hacía cosas grandes no despreció las mínimas, diga: [Vet. XXIII.] Y la causa que no conocía la investigaba con suma diligencia.

46. En los juicios no seamos precipitados. Los crímenes mayores deben creerse más lentamente; pero cuando se conocen, deben castigarse más pronto.---En lo cual veo que debe notarse que nunca debemos ser precipitados para proferir una sentencia, para que no juzguemos temerariamente cosas no discutidas, ni nos muevan cualesquiera males oídos, ni creamos lo dicho por doquier sin prueba. Lo cual ciertamente tememos perpetrar si sopesamos más sutilmente los hechos de nuestro autor. Pues Él mismo, para refrenarnos de una proferida precipitada de sentencia, aunque todas las cosas están desnudas y abiertas a sus ojos, sin embargo no quiso juzgar los males oídos de Sodoma, diciendo: El clamor de los sodomitas y gomorritas se ha multiplicado, y su pecado se ha agravado en exceso; descenderé y veré si han completado en la obra el clamor que ha llegado a mí, o si no es así, para que lo sepa (Gén. XVIII, 20). El Señor omnipotente, pues, y que todo lo sabe, ¿por qué duda antes de la prueba, sino para proponernos un ejemplo de gravedad, para que no presumamos creer los males de los hombres antes de probarlos? He aquí que desciende por los ángeles para conocer los males, y pronto hiere a los facinerosos; y Él, paciente, Él, manso, Él de quien está escrito: Tú, pues, Señor, juzgas con tranquilidad (Sab. XII, 18), Él de quien está escrito de nuevo: El Señor es un remunerador paciente (Ecli. V, 4); encontrándolos envueltos en tan gran crimen, como si hubiera pasado por alto la paciencia, y no hubiera querido esperar al día del juicio extremo para la venganza, sino que los previno con el fuego del juicio antes del día del juicio.

Ecce malum quasi cum difficultate credidit cum audivit, et tamen sine tarditate percussit, cum verum cognoscendo reperit, ut nobis videlicet daret exemplum, quod majora crimina et tarde credenda sunt cum audiuntur, et citius punienda sunt cum veraciter agnoscuntur. Hujus ergo diligentiae beatus Job sollicitudinem gerens, ait: Et causam quam nesciebam, diligentissime investigabam. Quae scilicet verba etiam per vocem Ecclesiae ad interpretationem typicam possumus non inconvenienter referre. Ipsa quippe per electos suos cum mala carnalium judicat, hoc quod nescit investigat, quia mala quae nescit operando investigat per judicium corrigendo. Sancta itaque Ecclesia cum injustorum fuerit ad tempus improbitate compressa, reminiscitur dicens: Causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Ac si aperte dicat: Mala quae in electis meis agendo non noveram, in iniquis hominibus districte judicando plectebam. Et quia nunc virtute praedicationis suae diabolum conterit, atque ex ejus ore uniuscujusque quem suscipit animam rapit, sequitur dicens:

Caput XXVI

[Rec. XV]. VERS. 17.---Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam praedam.

47. Ecclesia diabolo praedam eripit, cum aliquem ab errorem aut peccato revocat.---O qualem de ore diaboli praedam tulit, quando ipsum raptorem Saulum convertendo rapuit quando adhuc spirans minarum, acceptis epistolis, pergebat Damascum, et dum persequendo fideles congregaret praedam diabolo, cognoscendo fidem ipse aggregatus est Christo (Act. IX, 2)! Toties ex iniqui dentibus Ecclesia praedam tulit, quoties ex erroris morsu animam praedicando diripuit. Quis namque iniquus verius dici potest, quam diabolus? Cujus molas conterimus, quoties disserendo contra ejus insidias occulta illius machinamenta monstramus; ac si de ejus dentibus praedam tollimus, quia mentem quam jam ad peccatum frangendo momorderat, ad salutem vitae convertendo revocamus. Per molas quippe occultae ejus insidiae, per dentes vero aperta jam culpae perpetratio demonstratur. De quibus nimirum molis ac dentibus per Psalmistam scriptum est: Deus vero conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus (Psal. LVII, 7).

He aquí que creyó el mal como con dificultad cuando lo oyó, y sin embargo hirió sin tardanza cuando lo encontró conociendo la verdad, para darnos evidentemente el ejemplo de que los crímenes mayores deben creerse lentamente cuando se oyen, y deben castigarse más pronto cuando se conocen verazmente. Teniendo el bienaventurado Job la solicitud de esta diligencia, dice: Y la causa que no conocía, la investigaba con suma diligencia. Palabras que ciertamente también podemos referir no inconvenientemente, por la voz de la Iglesia, a una interpretación típica. Pues ella misma, cuando juzga los males de los carnales por medio de sus elegidos, investiga esto que no conoce, porque investiga los males que no conoce obrando, corrigiéndolos por el juicio. Así pues, la santa Iglesia, cuando haya sido comprimida por un tiempo por la improbidad de los injustos, recuerda diciendo: La causa que no conocía la investigaba con suma diligencia. Como si dijera abiertamente: Los males que no conocía por obra en mis elegidos, los castigaba en los hombres inicuos juzgándolos estrechamente. Y porque ahora, por la virtud de su predicación, quebranta al diablo y arrebata de su boca el alma de cada uno que recibe, sigue diciendo:

Capítulo XXVI

[Rec. XV]. VERS. 17.---Quebrantaba las muelas del inicuo, y de sus dientes arrebataba la presa.

47. La Iglesia arrebata al diablo la presa cuando revoca a alguien del error o del pecado.---¡Oh, qué presa sacó de la boca del diablo cuando, convirtiéndolo, arrebató a aquel mismo salteador Saulo, cuando todavía respirando amenazas, recibidas las cartas, se dirigía a Damasco, y mientras persiguiendo a los fieles congregaba presa para el diablo, conociendo la fe él mismo fue agregado a Cristo (Hechos IX, 2)! Tantas veces la Iglesia ha sacado presa de los dientes del inicuo cuantas veces ha arrebatado un alma de la mordida del error mediante la predicación. ¿Quién pues puede ser llamado inicuo más verdaderamente que el diablo? Cuyas muelas (*molas*) quebrantamos cuantas veces, discurriendo contra sus insidias, mostramos sus ocultas maquinaciones; y arrebatamos la presa como de sus dientes porque el alma, a la que ya había mordido quebrantándola para el pecado, la revocamos convirtiéndola a la salud de la vida. Por las muelas, en efecto, se demuestran sus ocultas insidias, pero por los dientes la ya abierta perpetración de la culpa. De cuyas muelas y dientes ciertamente está escrito por el Salmista: Pero Dios quebrantará sus dientes en su boca, el Señor desmenuzará las muelas de los leones (Sal. LVII, 7).

Sed sanctus vir ante se asserit molas conterere, ut post de dentibus illius praedam potuisset auferre, quia tunc veraciter praedam de ejus dentibus tollimus, cum prius molas illius conterere scimus. Prius enim necesse est occulta consiliorum illius machinamenta prodere, ut auditoris nostri animam valeamus postmodum ab aperto lapsu revocare. Hujus iniqui molas ipse summus pastor Ecclesiae praedicando conterebat, cum diceret: Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret; cui resistite fortes in fide (I Petr. V, 8). Contra hunc leonem sancta Ecclesia, quia ejus insidias conspicit, fidei caulas munit. Cujus toties molas frangit, quoties haereticorum argumenta destruit; totiesque ab ejus dentibus praedam diripit, quoties ab errore quempiam praedicando convertit. Et quia plerique justorum tunc erunt qui se ecclesiasticae pacis tempore ab hoc mundo exituros esse crediderunt, beatus Job dum sua narrat, voces quoque justorum sequentium indicat, dicens:

Caput XXVII

[Rec. XVI]. VERS. 18.---Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies.

48. Ejus filii, si pace frui desiderant, in ejus nido et sinu remaneant.---Quid hoc loco per nidi nomen exprimitur, nisi tranquilla quies fidei, qua unusquisque infirmus nutritur? Multitudo quippe illa bonorum, quae persecutionum temporibus fuerit deprehensa, nutrimentorum suorum dies quasi in nido, sic in loco quietis, explere se credidit. Nam nisi sancta Ecclesia infirmos quosque filios nunc in nido pacis enutriret, Psalmista non diceret: Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum, ubi reponat pullos suos (Psal. LXXXIII, 4). Jam quippe domum invenit sibi passer, quia aeternum coeli habitaculum noster Redemptor intravit. Et turtur invenit nidum, quia sancta Ecclesia amore conditoris affecta, crebris gemitibus utitur, et velut nidum sibi, id est pacatissimam fidei quietem construit, in qua crescentes filios quasi plumescentes pullos, quousque ad superiora evolent, charitatis gremio calefactos fovet. Igitur quia tunc erunt qui pacis tempore se ad superna migrare, id est a nido evolare crediderunt, eorum vox beati Job voce praevenitur, cum ait: Dicebamque: In nidulo meo moriar.

Pero el santo varón afirma que él primero quebranta las muelas, para que después pudiera arrebatar de sus dientes la presa, porque entonces arrebatamos verdaderamente la presa de sus dientes cuando primero sabemos quebrantar sus muelas. Pues primero es necesario poner de manifiesto las ocultas maquinaciones de sus consejos, para que podamos después revocar el alma de nuestro oyente del lapso abierto. El mismo sumo pastor de la Iglesia quebrantaba las muelas de este inicuo predicando, cuando decía: Sed sobrios y vigilad, porque vuestro adversario el diablo, como león rugiente, ronda buscando a quien devorar; al cual resistid fuertes en la fe (I Pe. V, 8). Contra este león la santa Iglesia, porque ve sus insidias, fortifica los rediles de la fe. Cuyas muelas rompe tantas veces cuantas destruye los argumentos de los herejes; y de sus dientes arrebata la presa tantas veces cuantas convierte a alguien del error predicando. Y porque habrá entonces muchos de los justos que creyeron que habrían de salir de este mundo en el tiempo de la paz eclesiástica, el bienaventurado Job, mientras narra sus cosas, indica también las voces de los justos que le siguen, diciendo:

Capítulo XXVII

[Rec. XVI]. VERS. 18.---Y decía: En mi nidillo moriré, y como palma multiplicaré los días.

48. Sus hijos, si desean gozar de la paz, permanezcan en su nido y en su seno.---¿Qué se expresa en este lugar por el nombre de nido, sino el tranquilo descanso de la fe, con el que cada uno de los débiles es nutrido? Pues aquella multitud de hombres buenos que fuera sorprendida en los tiempos de las persecuciones, creyó cumplir los días de sus nutriciones como en un nido, así en un lugar de descanso. Pues si la santa Iglesia no nutriera ahora a todos sus hijos débiles en el nido de la paz, el Salmista no diría: Etenim el gorrión se halló casa, y la tórtola nido donde ponga sus polluelos (Sal. LXXXIII, 4). Pues ya el gorrión se halló casa, porque nuestro Redentor entró en el eterno habitáculo del cielo. Y la tórtola halló nido, porque la santa Iglesia, afectada por el amor del Creador, usa frecuentes gemidos, y construye para sí como un nido, esto es, el descansadísimo sosiego de la fe, en el que fomenta a los hijos crecientes como a polluelos que echan plumas, calentados en el regazo de la caridad, hasta que vuelen a las cosas superiores. Por tanto, porque habrá entonces quienes en el tiempo de la paz creyeron que habrían de emigrar a las cosas supremas, esto es, volar desde el nido, su voz es prevenida por la voz del bienaventurado Job, cuando dice: Y decía: En mi nidillo moriré.

Quia vero hoc ipsum sibi pacis otium ex multorum dierum longitudine promittebant, recto subjungit, dicens: Et sicut palma multiplicabo dies. Palma enim tarde proficit, sed diu in viriditate subsistit. Cum multis autem difficultatibus sancta Ecclesia ad fidei statum venit, et pro collectione plurimorum in ejusdem fidei gloria diutius stare concupiscit. Sicut palma ergo multiplicare se dies credidit, quae, emergente subitae tentationis articulo, pacis suae gratiam et tarde a fidelibus adeptam, et citius ab infidelibus interceptam dolet.

[Vet. XXV.] 49. Cur justi palmae comparantur.---Nec immerito justorum vita palmae comparatur, quia scilicet palma inferius tactu aspera est, et quasi aridis corticibus obvoluta; superius vero et visu fructibus pulchra; inferius corticum suarum involutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchrae viriditatis expanditur. Sic quippe est electorum vita, despecta inferius, superius pulchra; in imo ista quasi multis corticibus obvolvitur, dum innumeris tribulationibus angustatur, in summo vero illa quasi pulchrae viriditatis foliis amplitudine retributionis expanditur. Habet quidem aliud palma quo a cunctis arborum generibus differt. Omnis namque arbor in suo robore juxta terram vasta subsistit, sed crescendo superius angustatur, et quando paulisper sublimior, tanto in altum subtilior redditur. Palma vero minoris amplitudinis ab imis inchoat, et juxta ramos ac fructus ampliori robore exsurgit; et quae tenuis ab imis proficit, vastior ad summa succrescit. Quibus itaque alia arbusta nisi terrenis mentibus inveniuntur esse similia, inferius vasta, superius angusta? quia nimirum omnes hujus saeculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt (Ger. 47, c. 3), in coelestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, et pro spe perpetua ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet injurias tolerant, et pro coelesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant; terreno judici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione vero coram Domino vel unius horae momento lassantur. Saepe nuditatem, dejectionem, famem, pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant, et earum rerum se abstinentia cruciant ad quas adipiscendas festinant; superna autem laboriose quaerere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. Hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti, quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita justorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes, et in coelestibus debiles; sed longius atque distantius studiosos se Deo exhibent quam saeculo fuisse meminerunt.

Pero porque ellos mismos se prometían este ocio de la paz por la longitud de muchos días, con razón añade, diciendo: Y como palma multiplicaré los días. Pues la palma progresa tarde, pero permanece mucho tiempo en verdor. Pero con muchas dificultades llega la santa Iglesia al estado de la fe, y por la recolección de muchísimos desea estar más tiempo en la gloria de la misma fe. Como palma, pues, creyó multiplicar sus días ella que, surgiendo el punto de la súbita tentación, se duele de que la gracia de su paz fuera tanto tardíamente alcanzada por los fieles, como más pronto interceptada por los infieles.

[Vet. XXV.] 49. Por qué los justos son comparados con la palma.---Ni sin mérito se compara la vida de los justos con la palma, porque, a saber, la palma es áspera al tacto por abajo, y como envuelta en cortezas áridas; pero hermosa por arriba y a la vista con sus frutos; por abajo se estrecha por las involuciones de sus cortezas, pero por arriba se expande en la amplitud de un hermoso verdor. Así, pues, es la vida de los elegidos, despreciada abajo, hermosa arriba; en lo más ínfimo está como envuelta en muchas cortezas, mientras se estrecha por innumerables tribulaciones, pero en lo más sumo se expande en la amplitud de la retribución con las hojas de un hermoso verdor. Tiene ciertamente la palma otra cosa por la que difiere de todos los géneros de árboles. Pues todo árbol subsiste vasto en su robustez junto a la tierra, pero creciendo se estrecha arriba, y cuando es un poco más sublime, tanto más sutil se vuelve en lo alto. Pero la palma comienza con menor amplitud desde lo ínfimo, y surge con mayor robustez junto a las ramas y los frutos; y lo que progresa delgado desde lo ínfimo, crece más vasto hacia lo sumo. ¿A qué, pues, se hallan semejantes los otros arbustos sino a las mentes terrenas, vastas abajo, estrechas arriba? Porque, ciertamente, todos los amadores de este mundo son fuertes en las cosas terrenas, pero débiles en las celestiales. Pues por la gloria temporal desean sudar hasta la muerte, y por la esperanza perpetua no subsisten ni un poco en el trabajo. Por los lucros terrenos toleran cualesquiera injurias, y por la recompensa celestial rehúsan llevar las contumelias ni siquiera de una palabra sutilísima; para asistir a un juez terreno son fuertes incluso todo el día, pero en la oración ante el Señor se cansan incluso en el momento de una sola hora. A menudo toleran desnudez, abatimiento, hambre, por adquirir riquezas y honores, y se atormentan con la abstinencia de aquellas cosas que se apresuran a alcanzar; pero disimulan buscar laboriosamente las cosas supremas tanto más cuanto piensan que se retribuyen más tarde. Estos, pues, como a la manera de los otros árboles, son vastos abajo, estrechos arriba, porque subsisten fuertes en lo inferior, pero desfallecen hacia lo superior. Al contrario, por la cualidad de las palmas se designa la vida de progreso de los justos, que de ningún modo son fuertes en los estudios terrenos y débiles en los celestiales; sino que se exhiben estudiosos de Dios más larga y distantemente de lo que recuerdan haberlo sido para el mundo.

Nam cum quibusdam per praedicatorem nostrum dicitur: Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae; sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiae et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiae in sanctificationem (Rom. VI, 19); eorum procul dubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur: Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat sancta libertas charitatis, quos in carne validos habuit usus terrenae voluptatis.

Non vero palmae comparantur qui cum bene coeperint, minime perseverant.--- Sunt vero nonnulli qui cum coelestia appetunt, 631 atque hujus mundi noxia facta derelinquunt, ab inchoatione sua quotidie inconstantiae pusillanimitate deficiunt. Quibus hos nisi arbustis reliquis similes dixerim qui nequaquam tales superius surgunt quales inferius oriuntur? Hi quippe ad conversionem venientes non tales quales coeperunt perseverant, et quasi more arborum inchoatione vasti sunt, sed tenues crescunt, quia paulisper per augmenta temporum patiuntur detrimenta virtutum. Sensim quippe in eis desideria superna languescunt; et qui robusta ac fortia proposuerant, debilia atque infirma consummant; dumque aetatis augmento proficiunt, quasi flexibiles crescunt. Palma vero, sicut dictum est, vastioris in summitate est quam esse coeperit quantitatis ex radice, quia saepe electorum conversio plus finiendo peragit quam proponit inchoando; et si tepidius prima inchoat, ferventius extrema consummat, videlicet semper inchoare se aestimat, et idcirco infatigabilis in novitate perdurat. Hanc scilicet justorum constantiam propheta intuens, ait: Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem suam, assument pennas ut aquilae, current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient (Isai. Mutant quippe fortitudinem, quia fortes student esse in spiritali opere, qui dudum fuerant fortes in carne. Assumunt autem pennas ut aquilae, quia contemplando volant. Currunt et non laborant, quia velocibus magna celeritate praedicant. Ambulant et non deficiunt, quia intellectus sui velocitatem retinent, ut tardioribus condescendant. In cunctis vero bona quae accipiunt quanto aliis libenter accommodant, tanto ipsi incommutabiles in novitate perdurant; et qui tenues a radice inchoationis exeunt, fortes in culminis perfectione convalescunt. Dicat itaque beatus Job ex persona sua, dicat ex voce sanctae Ecclesiae pro his quos pacis tempore ad se conversos habuerat, atque in bonis moribus perseveraturos credebat: Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies. Quasi enim palma multiplicare se dies credidit, quae mentes fidelium ad extremum usque robustiores exsurgere putabat.

Pues cuando se dice a algunos por nuestro predicador: Hablo humanamente, por la enfermedad de vuestra carne; como pues exhibisteis vuestros miembros para servir a la inmundicia y a la iniquidad para la iniquidad, así ahora exhibid vuestros miembros para servir a la justicia para la santificación (Rom. VI, 19); se condesciende sin duda a su enfermedad, como si se les dijera más claramente: Si de ningún modo podéis más, al menos sed tales en el fruto de las buenas obras cuales fuisteis hace poco en la acción de los vicios, para que no os tenga más débiles la santa libertad de la caridad, a quienes tuvo válidos en la carne el uso del placer terreno.

[Vet. XXVI.] 50. No son comparados con las palmas quienes, habiendo comenzado bien, de ningún modo perseveran.---Hay ciertamente algunos que, cuando desean las cosas celestiales y dejan los hechos nocivos de este mundo, desde su comienzo desfallecen diariamente por la pusilanimidad de la inconstancia. ¿A qué sino a los demás arbustos diría yo que son semejantes estos, que de ningún modo surgen tales arriba cuales nacen abajo? Pues estos, llegando a la conversión, no perseveran tales cuales comenzaron, y a la manera de los árboles son vastos en el comienzo, pero crecen delgados, porque poco a poco, por los aumentos de los tiempos, sufren detrimentos de las virtudes. Pues insensiblemente los deseos supremos languidecen en ellos; y quienes habían propuesto cosas robustas y fuertes, consuman cosas débiles e ínfimas; y mientras progresan por el aumento de la edad, crecen como flexibles. Pero la palma, como se ha dicho, es de cantidad más vasta en la cima de lo que comenzó a ser desde la raíz, porque a menudo la conversión de los elegidos realiza más terminando que lo que propone comenzando; y si comienza más tibiamente al principio, consuma más fervientemente al final, a saber, siempre estima que está comenzando, e idénticamente infatigable perdura en la novedad. Mirando esta constancia de los justos, el profeta dice: Los que confían en el Señor mudarán su fortaleza, tomarán alas como águilas, correrán y no trabajarán, caminarán y no desfallecerán (Is. XL, 31). Mudan, en efecto, la fortaleza, porque se esmeran en ser fuertes en la obra espiritual quienes hace poco habían sido fuertes en la carne. Pero toman alas como águilas porque volando contemplan. Corren y no trabajan porque predican con gran celeridad a los veloces. Caminan y no desfallecerán porque retienen la velocidad de su entendimiento para condescender con los más lentos. En todas las cosas, el bien que reciben, cuanto más lo acomodan liberalmente a otros, tanto más ellos mismos perduran inmutables en la novedad; y quienes salen delgados de la raíz del comienzo, convalecen fuertes en la perfección de la cumbre. Diga, pues, el bienaventurado Job desde su persona, diga por la voz de la santa Iglesia por estos que en el tiempo de la paz había tenido convertidos a sí, y creía que habrían de perseverar en las buenas costumbres: Y decía: En mi nidillo moriré, y como palma multiplicaré los días. Pues como palma creyó multiplicar sus días ella, que pensaba que las mentes de los fieles habrían de surgir más robustas hasta el fin.

Cum enim multorum corda persecutionibus coeperint lassata mollescere, dolet jam in se quasi ad debilitatem tendere, quos mirabatur fortia proposuisse. Et quia mente semper spiritali scientiae intendit, recte subjungitur

Caput XXVIII.

VERS. 19.---Radix mea aperta est secus aquas.

51. Spiritali scientiae semper intendit Ecclesia.---Juxta aquas enim radix aperitur, quando ad percipienda veritatis fluenta latenter cogitatio mentis expanditur. Ut enim in superiori libro jam diximus (Lib. VIII, n. 81), solet in sacro eloquio radicis nomine occulta cogitatio designari. Radicem igitur nostram secus aquas aperimus, cum infusioni intimae cogitationem taciti cordis intendimus. [Vet. XXVII.] Quae scilicet verba si ad vocem sanctae Ecclesiae ducimus, radix illius ipsa debet incarnatio Redemptoris intelligi. Quae juxta aquas aperta est, dum Deus invisibilis per assumptionem humanitatis suae patuit aspectibus visionis nostrae. Creator quippe qui in divinitate videri non poterat, assumpsit a nobis unde videretur a nobis. Radix ergo secus aquas aperitur, quia auctor humani generis per humanitatem suam hominibus demonstratur. Unde recte quoque per Psalmistam dicitur: Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum (Psal. I, 3). Decursus quippe aquarum sunt quotidiani transitus deficientium populorum. Et de semetipsa Veritas dicit: Si in ligno viridi haec faciunt, in arido quid fiet (Luc. XXIII, 51)? Lignum ergo secus decursus aquarum est, quia fructum et protectionem sui nobis umbraculi proferens, apparuit creator in carne, ut humanum genus per resurrectionem figeret, quod per defectum quotidie ibat in mortem. Sequitur:

Caput XXIX.

IBID.---Et ros morabitur in messione mea.

52. Ejus messio rori gratiae tribuenda.---Subaudis, dicebam. Messio enim sanctae Ecclesiae non inconvenienter accipitur, cum perfectae animae a corporibus abstractae, velut maturae segetes a terra decisae, ad coelestia horrea demigrant; quod quia non nostra virtute, sed coelesti gratia largiente agitur, bene ait: Et ros morabitur in messione mea. Ros namque desuper cadit, messis deorsum colligitur. Ergo ros moratur in messione, quia gratia desuper veniens agit ut digni simus qui de inferioribus colligamur. Ipsa quippe nos desuper infundente, fructum bonorum operum ferimus.

Pues cuando los corazones de muchos hubieran comenzado a reblandecerse cansados por las persecuciones, se duele ya de que en ella tiendan como a la debilidad quienes se admiraba de que hubieran propuesto cosas fuertes. Y porque siempre atiende con la mente a la ciencia espiritual, con razón se añade:

Capítulo XXVIII.

VERS. 19.---Mi raíz está abierta junto a las aguas.

51. Siempre atiende la Iglesia a la ciencia espiritual.---Junto a las aguas, en efecto, se abre la raíz cuando, para percibir los flujos de la verdad, se expande latente el pensamiento de la mente. Pues, como ya dijimos en el libro superior (Lib. VIII, n. 81), suele designarse en el sacro elocuio con el nombre de raíz el pensamiento oculto. Abrimos, pues, nuestra raíz junto a las aguas cuando aplicamos el pensamiento del corazón tácito a la infusión íntima. Palabras que ciertamente, si las llevamos a la voz de la santa Iglesia, debe entenderse por su raíz la misma encarnación del Redentor. La cual se abrió junto a las aguas mientras el Dios invisible, por la asunción de su humanidad, se manifestó a los aspectos de nuestra visión. Pues el Creador, que en su divinidad no podía ser visto, asumió de nosotros de donde fuera visto por nosotros. La raíz, pues, se abre junto a las aguas porque el autor del género humano se demuestra a los hombres por su humanidad. De donde también con razón se dice por el Salmista: Y será como el árbol que está plantado junto a las corrientes de las aguas (Sal. I, 3). Pues las corrientes de las aguas son los tránsitos diarios de los pueblos que desfallecen. Y de sí misma dice la Verdad: Si en el leño verde hacen estas cosas, en el árido ¿qué se hará? (Lc. XXIII, 51). El leño, pues, junto a las corrientes de las aguas es porque, ofreciéndonos el fruto y la protección de su cobertizo (*umbraculi*), apareció el Creador en la carne para que fijara por la resurrección al género humano, que por el desfallecimiento iba diariamente a la muerte. Sigue:

Capítulo XXIX.

IBID.---Y el rocío morará en mi cosecha.

52. Su cosecha debe atribuirse al rocío de la gracia.---Subentiende: decía. Pues la cosecha de la santa Iglesia no se recibe inconvenientemente cuando las almas perfectas, abstraídas de los cuerpos, como mieses maduras segadas de la tierra, emigran a los graneros celestiales; lo cual, porque se hace no por nuestra virtud, sino por la largueza de la gracia celestial, bien dice: Y el rocío morará en mi cosecha. Pues el rocío cae de arriba, la cosecha se recoge abajo. El rocío, pues, mora en la cosecha porque la gracia que viene de arriba hace que seamos dignos los que somos recogidos de las cosas inferiores. Infundiéndonos ella misma desde arriba, damos fruto de buenas obras.

Unde recte quoque per Paulum dicitur: Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit (I Cor. XV, 10). Si enim quaeratur quid sit ros desuper veniens, ait: Gratia Dei sum id quod sum. Si intueamur messem sub rore crescentem, ait: Et gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi. Sequitur:

Caput XXX.

VERS. 20.---Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur.

53. Ecclesia deflet filios quos ad veterem vitam redire cognoscit.---Subaudis dicebam. Superiori quippe sententiae conjungitur quod locutione continua subinfertur, cum ait: Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies. Ac deinde subjungitur: Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur. Cunctis vera scientibus liquet quod ad veteram vitam vitia pertinent, virtutes ad novam. Hinc enim Paulus dicit: Exuentes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum (Coloss. III, 9). Hinc rursus ait: Vetus homo noster simul crucifixus est (Rom. VI, 6). Hinc Psalmista ex typo humani generis loquens, inter malignos spiritus deprehensus dicit: Inveteravi inter omnes inimicos meos (Psal. VI, 8). A fervore etenim mentis vel inter spiritales inimicos, vel inter carnales quosque proximos, ipso aliquo modo vivendi usu veterascimus, et assumptae novitatis speciem fuscamus. A qua tamen vetustate quotidie si studia circumspectionis invigilent, orando, legendo, bene vivendo renovamur, quia vita nostra dum lacrymis lavatur, bonis operibus exercetur, sanctis meditationibus tenditur, ad novitatem suam sine cessatione reparatur. Beatus igitur Job sic sua narrat, ut nostra significet, quia sancta Ecclesia cum fideles suos conspicit ad vitae veteris culpas redire, eos quos novitatem mentis intuetur perdere, cogitur plorare. Praedicator quippe egregius discipulis suis dicit: Quae est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae? nonne vos ante Dominum (I Thess. II, 19)? Sancta ergo Ecclesia quasi amissam gloriam deplorat, cum fideles suos ad vitam veterem redire considerat. Ait enim: Dicebam: Gloria mea semper innovabitur, quia eos quos in se novae vitae militare credidit, vetustis desideriis servire cognoscit.

De donde también con razón se dice por Pablo: Por la gracia de Dios soy lo que soy, y su gracia en mí no fue vacua (I Cor. XV, 10). Pues si se busca qué es el rocío que viene de arriba, dice: Por la gracia de Dios soy lo que soy. Si miramos la cosecha que crece bajo el rocío, dice: Y su gracia en mí no fue vacua, sino que abundantemente trabajé más que todos ellos. Sigue:

Capítulo XXX.

VERS. 20.---Mi gloria siempre se renovará, y mi arco se restaurará en mi mano.

53. La Iglesia llora a los hijos que conoce que vuelven a la vieja vida.---Subentiende: decía. Pues a la sentencia superior se une lo que se añade por locución continua, cuando dice: Y decía: En mi nidillo moriré, y como palma multiplicaré los días. Y después se añade: Mi raíz está abierta junto a las aguas, y el rocío morará en mi cosecha. Mi gloria siempre se renovará, y mi arco se restaurará en mi mano. A todos los que conocen la verdad les consta que a la vida vieja pertenecen los vicios, a la nueva las virtudes. De aquí, en efecto, dice Pablo: Desnudándoos del viejo hombre con sus actos, e induiéndoos del nuevo (Coloss. III, 9). De aquí de nuevo dice: Nuestro viejo hombre fue crucificado juntamente (Rom. VI, 6). De aquí el Salmista, hablando por el tipo del género humano, dice encontrándose entre espíritus malignos: He envejecido entre todos mis enemigos (Sal. VI, 8). Pues, por el hervor de la mente, sea entre los enemigos espirituales, sea entre cualesquiera prójimos carnales, por el mismo uso de vivir de algún modo envejecemos y empañamos la apariencia de la novedad asumida. De cuya vejez, sin embargo, si vigilan los estudios de la circunspección, somos renovados diariamente orando, leyendo, viviendo bien; porque nuestra vida, mientras se lava con lágrimas, se ejercita en buenas obras y se tiende con santas meditaciones, se repara sin cesar para su novedad. El bienaventurado Job, pues, así narra sus cosas que signifique las nuestras, porque la santa Iglesia, cuando ve a sus fieles volver a las culpas de la vida vieja, se ve obligada a llorar a aquellos que ve que pierden la novedad de la mente. Pues el eximio predicador dice a sus discípulos: ¿Cuál es, pues, nuestra esperanza, o gozo, o corona de gloria? ¿No lo sois vosotros ante el Señor? (I Tes. II, 19). La santa Iglesia, pues, deplora como una gloria perdida cuando considera que sus fieles vuelven a la vida vieja. Dice, en efecto: Decía: Mi gloria siempre se renovará, porque a aquellos que creyó que militaban en ella para la vida nueva, conoce que sirven a los viejos deseos.

[Vers. XXVIII.] 54. Quot significentur in sacris Scripturis, arcus nomine.---Arcus autem nomine in sacro eloquio aliquando malorum insidiae, aliquando dies judicii, aliquando vero ipsa eadem sacra eloquia designantur. Per arcum quippe insidiae figurantur, sicut per Psalmistam dicitur: Intenderunt arcum suum, rem amaram (Psal. LXIII, 4). Per arcum quoque dies extremi judicii designatur, sicut per eumdem rursum Psalmistam dicitur: Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis; dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus (Psal. LIX, 5). In arcu enim quanto longe trahitur chorda, tanto de eo districtior exit sagitta. Sic nimirum sic extremi judicii dies quanto longe differtur ut veniat, tanto cum venerit de illo districtior sententia procedit. Idcirco autem diversis nunc cladibus percutimur, ut his correcti paratiores tunc inveniri valeamus. Unde illic praemissum est: Ostendisti populo tuo dura, flagella videlicet saeculi, quae secuturum gravius judicii diem praecurrunt. Potasti nos vino compunctionis, ut terrena gaudia in lacrymas verterentur. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. Ac si aperte diceret: Hoc tempus misericordiae est, illud tempus judicii erit. Per ista ergo hujus temporis flagella significas quomodo tunc percussurus es quando non parcens judicas, qui sic districte modo percutis quando parcis.

55. Ipsa Script. sacra arcus est Ecclesiae.---Aliquando autem per arcum etiam sacra Scriptura signatur. Ipsa quippe arcus est Ecclesiae, ipsa arcus est Domini, de qua ad corda hominum sicut ferientes sagittae, sic terrentes sententiae veniunt. Unde recte quoque per Psalmistam dicitur: Arcum suum tetendit et paravit illum, et in ipso paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit (Psal. VII, 13). Arcum namque suum Dominus tetendit; quia cunctis peccatoribus per Scripturam sacram minas exhibuit. In quo arcu scilicet vasa mortis praeparat, quia secundum eloquii sui sententiam eos qui nunc corrigi negligunt reprobos damnat. In quo etiam sagittas suas ardentibus effecit, quia in eos quos per terrorem corrigit, accensas verborum sententias emittit. De hoc praedicatorum arcu per Isaiam dicitur: Cum sagittis et arcu ingrediuntur illuc (Isai. VII, 24), quia nimirum sancti apostoli ad feriendam gentilis vitae duritiam cum districtis verborum spiculis venerunt. Quid igitur hoc in loco arcus nomine nisi sacrum eloquium debet intelligi?

[Vers. XXVIII.] 54. Cuántas cosas se significan en las sagradas Escrituras con el nombre de arco.---Con el nombre de arco, en el sacro elocuio, a veces se designan las insidias de los malos, a veces el día del juicio, y a veces los mismos sacros elocuios. Por el arco, en efecto, se figuran las insidias, como se dice por el Salmista: Entesaron su arco, cosa amarga (Sal. LXIII, 4). Por el arco también se designa el día del juicio extremo, como se dice de nuevo por el mismo Salmista: Has mostrado a tu pueblo cosas duras, nos has dado a beber el vino de la compunción; has dado a los que te temen una señal para que huyan de la faz del arco (Sal. LIX, 5). En el arco, en efecto, cuanto más largamente se tira de la cuerda, tanto más estrecha sale de él la saeta. Así, pues, así el día del juicio extremo, cuanto más largamente se difiere para que venga, tanto más estrecha sentencia procede de él cuando haya venido. Por eso, además, somos heridos ahora con diversas calamidades, para que, corregidos por ellas, podamos ser hallados entonces más preparados. De donde allí se premite: Has mostrado a tu pueblo cosas duras, a saber, los azotes del siglo, que preceden al día del juicio más grave que ha de seguir. Nos has dado a beber el vino de la compunción, para que los goces terrenos se convirtieran en lágrimas. Has dado a los que te temen una señal para que huyan de la faz del arco. Como si dijera abiertamente: Este es el tiempo de la misericordia, aquel será el tiempo del juicio. Por estos azotes de este tiempo, pues, significas cómo has de herir entonces cuando juzgues sin perdonar, tú que así de estrecho hieres ahora cuando perdonas.

55. La misma sagrada Escritura es el arco de la Iglesia.---A veces también por el arco se significa incluso la sagrada Escritura. Pues ella misma es el arco de la Iglesia, ella misma es el arco del Señor, de la cual, como saetas hirientes, así vienen a los corazones de los hombres sentencias aterradoras. De donde también con razón se dice por el Salmista: Su arco entesó y lo preparó, y en él preparó vasos de muerte, sus saetas para los que arden fabricó (Sal. VII, 13). Pues el Señor entesó su arco porque a todos los pecadores exhibió amenazas por la sagrada Escritura. En cuyo arco, a saber, prepara vasos de muerte porque, según la sentencia de su elocuio, condena como réprobos a aquellos que ahora descuidan corregirse. En el cual también sus saetas para los que arden fabricó porque, en aquellos a quienes corrige por el terror, emite encendidas sentencias de palabras. De este arco de los predicadores se dice por Isaías: Con saetas y arco entran allí (Is. VII, 24), porque ciertamente los santos apóstoles vinieron con estrictos aguijones de palabras a herir la dureza de la vida gentil. ¿Qué, pues, en este lugar debe entenderse con el nombre de arco sino el sacro elocuio?

In chorda etenim Testamentum Novum, in cornu vero Testamentum Vetus accipitur. In arcu autem dum chorda trahitur, cornu curvatur; sic in hoc eodem sacro eloquio dum Testamentum Novum legitur, duritia Testamenti Veteris emollitur. Ad ejus namque spiritalia et blanda praecepta illius litterae se rigor inclinat, quia Testamentum Novum, dum quasi quodam bonae operationis brachio trahitur, in Testamento Veteri severitatis jura flectuntur. Nec indecenter dicimus chordam Testamento Novo congruere, quod de incarnatione dominica certum est exstitisse. Quasi ergo chorda trahitur, et cornua curvantur, quia dum in Testamento Novo incarnatio mediatoris agnoscitur, ad spiritalem intelligentiam rigor Testamenti Veteris inclinatur. Ait igitur sanctus vir: Dicebam: Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur.

56. Hoc arcu recte utitur, qui divina eloquia intelligens, opere perficit.---Arcus in manu est Scriptura sacra in operatione. In manu etenim arcum tenet qui divina eloquia quae intellectu cognoscit operatione perficit. Instauratur ergo arcus in manu, dum quidquid de sacro eloquio studendo cognoscitur, vivendo completur. Hinc etiam Salomon dum fortes spiritalis pugnae describeret bellatores, ait: Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi (Cant. III, 8). Quid namque in divina Scriptura per gladium figuretur, Paulus aperuit, dicens: Et gladium spiritus, quod est verbum Dei (Ephes. VI, 17). [Vet. XXIX.] Salomon autem non ait: Omnes habentes gladios, sed tenentes, quia videlicet verbum Dei non est mirabile solummodo scire, sed facere. Habet quippe, sed non tenet gladium, qui divinum quidem eloquium novit, sed secundum illud vivere negligit. Et doctus esse ad bella jam non valet, qui spiritalem quem habet gladium minime exercet. Nam resistere tentationibus omnino non sufficit, qui hunc verbi Dei tenere gladium male vivendo postponit. Sancta itaque Ecclesia, quae subsequenti persecutione deprimitur, malorum abundantiam et bonorum inopiam pensans, beati Job vocibus damna sua praenuntiet, dicens: Dicebamque: In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur. Quae videlicet cuncta considerans, nequaquam spe cassa fallebatur.

Pues en la cuerda se recibe el Nuevo Testamento, pero en el cuerno el Antiguo Testamento. En el arco, en efecto, mientras se tira de la cuerda se curva el cuerno; así en este mismo sacro elocuio, mientras se lee el Nuevo Testamento, se ablanda la dureza del Antiguo Testamento. Pues hacia sus espirituales y suaves preceptos se inclina el rigor de aquella letra, porque el Nuevo Testamento, mientras es tirado como por un cierto brazo de buena operación, en el Antiguo Testamento se doblan las leyes de la severidad. Ni inconvenientemente decimos que la cuerda congruye al Nuevo Testamento, que es cierto que existió de la encarnación dominica. Como si, pues, se tira de la cuerda y se curvan los cuernos porque, mientras en el Nuevo Testamento se reconoce la encarnación del mediador, el rigor del Antiguo Testamento se inclina a la inteligencia espiritual. Dice, pues, el santo varón: Decía: Mi gloria siempre se renovará, y mi arco se restaurará en mi mano.

14. En los buenos pastores se asocian la benignidad y la autoridad, la misericordia y la disciplina.---Pero esto que dice: Cuando me sentaba como rey rodeado del ejército, era sin embargo el consolador de los que lloran; debemos saber que puede edificar mucho al lector incluso según la historia, si considera cómo en los buenos rectores está mezclada tanto la autoridad de regir como la benignidad de consolar. Pues dice: Y cuando me sentaba como rey rodeado del ejército, he aquí la autoridad del régimen: Era sin embargo el consolador de los que lloran; he aquí el ministerio de la piedad. [Vet. VI.] Pues la disciplina (Dist. 45, cap. Disciplina) o la misericordia queda muy desvalida, si se mantiene una sin la otra. Pero respecto a sus súbditos, debe haber en los rectores tanto una misericordia que consuele justamente, como una disciplina que se ensañe piadosamente. De aquí es que a las heridas de aquel medio muerto, que fue llevado por el Samaritano a la posada, se le aplica tanto vino como aceite (Luc. 10, 33, 34), para que por el vino muerdan las heridas, y por el aceite se fomenten, de modo que cada uno de los que presiden la curación de las heridas, aplique en el vino la mordacidad de la estrechez, y en el aceite la blandura de la piedad; por el vino se limpien las partes podridas, por el aceite se fomenten las que han de sanar. Se ha de mezclar, pues, la lenidad con la severidad, y hacerse un cierto temperamento de ambas, para que ni por mucha aspereza se exulceren los súbditos, ni por excesiva benignidad se relajen. Esto sin duda significa aquella arca del tabernáculo, en la cual junto con las tablas está la vara y el maná (Heb. 9, 4), porque cuando la ciencia de la Sagrada Escritura está en el pecho del buen rector, si está la vara de la estrechez, esté también el maná de la dulzura. De aquí también David dice: Tu vara y tu báculo ellos mismos me consolaron (Sal. 22, 4). Pues con la vara somos golpeados, y con el báculo somos sustentados.

Si ergo est districtio virgae quae feriat, sit et consolatio baculi quae sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens; sit vigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non immoderate saeviens; sit pietas, sed non plus quam expediat parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum severitate sociatam. Videamus amantem pie, et districte saevientem. Certe cum Israeliticus populus ante Dei oculos pene inveniabilem contraxisset offensam, ita ut ejus rector audiret: Descende, peccavit populus tuus (Exod. XXXII, 7); ac si ei divina mox diceret: Qui in tali peccato lapsus est, jam meus non est, atque subjungeret: Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, et deleam eos, faciamque te in gentem magnam; ille semel et iterum pro populo cui praeerat obicem se ad impetum Dei irascentis opponens, ait: Aut dimitte eis hanc noxam; aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti (Ibid. XXXII, 32). Pensemus ergo quibus visceribus eumdem populum amavit, pro cujus vita de libro vitae deleri se petiit. Sed tamen iste, qui tanto ejus populi amore constringitur, contra ejus culpas pensemus quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim ut petitione prima, ne delerentur, culpae veniam obtinuit, ad eumdem populum veniens, ait: Ponat vir gladium suum super femur suum. Ite et redite de porta usque ad portam per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem, et amicum, et proximum suum. Ceciderunt que in die illo quasi viginti tria millia hominum (Ibid., XXXII, 27). Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petiit, paucorum vitam gladio exstinxit. Intus arsit igne amoris, foris accensus est zelo severitatis. Tanta fuit pietas, ut se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret; tanta severitas, ut eos quos divinitus feriri timuerat, ipse judicii gladio feriret. Sic amavit eos quibus praefuit, ut pro eis nec sibi parceret; et tamen delinquentes sic persecutus est, quos amavit, ut eos etiam Domino parcente prosterneret. Utrobique legatus fortis, utrobique mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegavit. Intus amans, divinae irae supplicando obstitit; foris saeviens, culpam feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus, ostensa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum suum citius exaudivit agentem pro populo, quia vidit quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine ergo populi utrumque Moyses miscuit, ut nec disciplina deesset misericordiae, nec misericordia disciplinae.

Si hay, pues, estrechez de la vara que hiera, haya también consolación del báculo que sustente. Haya, pues, amor, pero no que ablande; haya vigor, pero no que exaspere; haya celo, pero no que se ensañe inmoderadamente; haya piedad, pero no que perdone más de lo que conviene. Conviene contemplar en el pecho de Moisés la misericordia asociada con la severidad. Veámoslo amando piadosamente, y ensañándose estrechamente. Ciertamente cuando el pueblo israelita ante los ojos de Dios había contraído una ofensa casi inexpiable, de modo que su rector oyó: Desciende, tu pueblo ha pecado (Éxodo 32, 7); como si la voz divina luego le dijera: El que ha caído en tal pecado, ya no es mío, y añadiera: Déjame, para que se encienda mi furor contra ellos, y los borre, y te haga a ti una nación grande; él una y otra vez oponiéndose como obstáculo al ímpetu de Dios airado por el pueblo al que presidía, dice: O perdónales esta falta; o si no lo haces, bórrame de tu libro que has escrito (Ibíd. 32, 32). Pesemos, pues, con qué entrañas amó a ese mismo pueblo, por cuya vida pidió ser borrado del libro de la vida. Pero sin embargo, pesemos con cuánto celo de rectitud se enciende contra sus culpas. Pues tan pronto como con la primera petición obtuvo el perdón de la culpa para que no fueran borrados, viniendo al mismo pueblo, dice: Ponga cada uno su espada sobre su muslo. Id y volved de puerta en puerta por medio del campamento, y mate cada uno a su hermano, a su amigo y a su prójimo. Y cayeron en aquel día casi veintitrés mil hombres (Ibíd. 32, 27). He aquí que el que pidió la vida de todos incluso con su propia muerte, extinguió la vida de unos pocos con la espada. Por dentro ardió con fuego de amor, por fuera se encendió con celo de severidad. Tan grande fue la piedad, que no dudó en ofrecerse a la muerte por ellos ante el Señor; tan grande la severidad, que a los que había temido que fueran heridos divinamente, él mismo los hirió con la espada del juicio. Así amó a los que presidió, que por ellos ni a sí mismo se perdonó; y sin embargo, así persiguió a los delincuentes, a quienes amó, que incluso perdonándolos el Señor los derribó. En ambos casos legado fuerte, en ambos casos mediador admirable, alegó la causa del pueblo ante Dios con preces, la causa de Dios ante el pueblo con espadas. Por dentro amando, resistió a la ira divina suplicando; por fuera ensañándose, consumió la culpa hiriendo. Socorrió más pronto a todos, mostrada la muerte de unos pocos. Y por eso Dios omnipotente escuchó más pronto a su fiel siervo que actuaba por el pueblo, porque vio lo que él mismo iba a hacer sobre el pueblo por Dios. En el régimen del pueblo, pues, Moisés mezcló ambas cosas, para que ni faltara la disciplina a la misericordia, ni la misericordia a la disciplina.

Unde hic quoque juxta utramque virtutem dicitur: Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen moerentium consolator. Sedere quippe circumstante exercitu, vigor est ac disciplina regiminis; moerentium vero corda consolari, ministerium pietatis. Sed quia inter haec necesse est ut expositionis sermo ad spiritalem intelligentiam recurrat, sancta Ecclesia, ab adversariis suis extremis temporibus pressa, reminiscitur transacti jura regiminis; reminiscitur et quanta afflictis exhibuerit beneficia pietatis. Cujus videlicet disciplina et misericordia tunc a levibus irridetur. Unde et subditur:

Caput VI

[Vet. VII, Rec. IX].

CAP. XXX, VERS. 1.---Nunc autem derident me juniores tempore.

15. Omnes haeretici Ecclesia sunt juniores.---Omnes haeretici aetati universalis Ecclesiae comparati, juniores tempore congrue vocantur, quia ipsi ab ea, non autem ipsa egressa est ab illis. Unde recte quoque per Joannem dicitur: A nobis exierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum (I Joan. II, 19). Juniores ergo tempore sanctam Ecclesiam irrident, cum hi qui ab ea egressi sunt doctrinae ejus verba despiciunt, de quibus adhuc subditur:

IBID.---Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.

Quis est grex sanctae Ecclesiae, nisi multitudo fidelium? Vel qui alii hujus gregis canes vocantur, nisi doctores sancti, qui eorumdem fidelium custodes exstiterunt? Qui dum pro Domino suo diurnis nocturnisque vigiliis intenti clama verunt, magnos, ut ita dixerim, latratus praedicationis dederunt. De quibus eidem Ecclesiae per Psalmistam dicitur: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso (Psal. LXVII, 24). Nonnulli quippe ab idolorum cultibus revocati, facti sunt praedicatores Dei. Lingua ergo canum Ecclesiae ex inimicis prodit, quia conversos gentiles Dominus etiam praedicatores facit. Unde Judaeorum tarditas, qui pro Deo loqui noluerunt, increpante propheta, reprehenditur, qui ait: Canes muti, non valentes latrare (Isai. LVI, 10).

16. Eorum duces, etiam in his quae bene gesta videntur, reprobati.---Patres vero haereticorum dicimus, eos videlicet quos haeresiarchas vocamus; de quorum perversa praedicatione, id est locutionis semine, sequentes sunt populi in errore generati. Sancta ergo Ecclesia cum canibus gregis sui haereticorum patres ponere dedignatur, quia inventores errorum dijudicando respuit, eosque inter veros patres numerare contemnit.

Por lo cual aquí también según ambas virtudes se dice: Y cuando me sentaba como rey rodeado del ejército, era sin embargo el consolador de los que lloran. Sentarse rodeado del ejército es vigor y disciplina del régimen; consolar los corazones de los que lloran es ministerio de la piedad. Pero porque entre estas cosas es necesario que el sermón de la exposición recurra a la inteligencia espiritual, la santa Iglesia, oprimida por sus adversarios en los últimos tiempos, recuerda los derechos del régimen pasado; recuerda también cuántos beneficios de piedad exhibió a los afligidos. Cuya disciplina y misericordia es entonces burlada por los ligeros. Por lo cual también se añade:

Capítulo VI

[Vet. VII, Rec. IX].

CAP. XXX, VERS. 1.---Pero ahora se ríen de mí los que son más jóvenes que yo en tiempo.

15. Todos los herejes son más jóvenes que la Iglesia.---Todos los herejes, comparados con la edad de la Iglesia universal, son convenientemente llamados más jóvenes en tiempo, porque ellos salieron de ella, pero no ella de ellos. Por lo cual también dice acertadamente Juan: Salieron de nosotros, pero no eran de nosotros; pues si hubieran sido de nosotros, ciertamente habrían permanecido con nosotros (1 Juan 2, 19). Los más jóvenes en tiempo, pues, se burlan de la santa Iglesia, cuando los que salieron de ella desprecian las palabras de su doctrina, de quienes además se añade:

IBÍD.---A cuyos padres yo no me dignaba poner con los perros de mi rebaño.

¿Quién es el rebaño de la santa Iglesia sino la multitud de los fieles? ¿O quiénes otros son llamados perros de este rebaño, sino los santos doctores, que fueron guardianes de esos mismos fieles? Quienes, mientras estuvieron atentos con vigilias diurnas y nocturnas por su Señor, dieron grandes, por así decir, ladridos de predicación. Acerca de los cuales se dice a la misma Iglesia por el Salmista: La lengua de tus perros de entre los enemigos por sí mismo (Sal. 67, 24). Pues algunos, revocados de los cultos de los ídolos, fueron hechos predicadores de Dios. La lengua de los perros de la Iglesia, pues, procede de entre los enemigos, porque el Señor hace predicadores incluso a los gentiles conversos. De donde es reprendida la tardanza de los judíos, que no quisieron hablar por Dios, por el profeta que dice: Perros mudos, no valientes para ladrar (Isa. 56, 10).

16. Sus jefes, incluso en aquellas cosas que parecen bien hechas, son reprobados.---Llamamos padres de los herejes, es decir, a aquellos a quienes llamamos heresiarcas; de cuya perversa predicación, esto es, la semilla de la palabra, se generaron los pueblos siguientes en el error. La santa Iglesia, pues, desdeña poner a los padres de los herejes con los perros de su rebaño, porque rechaza a los inventores de los errores juzgándolos, y desprecia contarlos entre los verdaderos padres.

Qui etsi quosdam visi sunt a gentilitatis errore revocasse, quorumdam mores ad honesta agenda docuisse, pro eo tamen quod de Deo recta non senserunt, eos cum canibus gregis sui non ponit, quia cum rectis praedicatoribus non ponit, quia cum rectis praedicatoribus non ascribit. Liquet enim quod Arius, Photinus, Macedonius, Nestorius, Eutyches, Dioscorus, Severus, multique his similes, docendo atque suadendo conati sunt patres videri; sed errores eorum sancta universalis Ecclesia districta severitate dijudicans, eos inter custodes gregis sui non numerat, quos ejusdem gregis unitatem dissipantes damnat. De quibus voce Pauli Ephesiis dicitur: Scio quia post discessum meum ingredientur ad vos lupi graves, non parcentes gregi (Act. XX, 29). Et quia nonnunquam haeretici quanto magis in perfidiae errorem dilabuntur, tanto amplius in exteriori sese operatione custodiunt, ita ut agere prae caeteris magna videantur, sancta universalis Ecclesia cuncta eorum opera despicit, quae ex auctoritate fidei non prodire perpendit. Unde recte quoque beati Job voce subjungitur:

CAPUT VII.

VERS. 2.---Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo: et vita ipsa putabantur indigni.

17. Quia charitatem Dei et proximi deseruerunt. Quidam haeretici miracula fecerunt. Haeretici vita indigni, quod sub nomine Christi contra Christum militent.---Virtus quippe in manu est magnitudo, in operatione. Sed virtus manuum haereticorum sanctae Ecclesiae pro nihilo ducitur, quia nullius esse meriti conspicit, vera fide perdita, quidquid operantur. Charitatem quippe Dei et proximi deserunt, qui et de Deo falsa sentiunt, et a proximis jurgando dividuntur. Sed virtutem manuum sine charitate testatur praedicator egregius nil valere, qui ait: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, et si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest (I Cor. XIII, 3). [Vet. VIII.] Nonnunquam vero haeretici signa quoque ac miracula faciunt, sed ut hic praemia afflictionis suae abstinentiaeque recipiant, videlicet laudes, quas quaerunt.

Quienes, aunque algunos parecieron haberlos revocado del error de la gentilidad, y haber enseñado a algunos a actuar honestamente, sin embargo, por aquello de que no sintieron rectamente acerca de Dios, no los pone con los perros de su rebaño, porque no los asocia con los predicadores rectos. Pues consta que Arrio, Fotino, Macedonio, Nestorio, Eutiques, Dióscoro, Severo, y muchos semejantes a estos, enseñando y persuadiendo se esforzaron por parecer padres; pero la santa Iglesia universal juzgando sus errores con estrecha severidad, no los numera entre los guardianes de su rebaño, a los cuales condena como disipadores de la unidad del mismo rebaño. De quienes se dice por la voz de Pablo a los efesios: Sé que después de mi partida entrarán entre vosotros lobos rapaces, que no perdonarán al rebaño (Hech. 20, 29). Y porque a veces los herejes, cuanto más se deslizan en el error de la perfidia, tanto más se guardan en la operación exterior, de modo que parezcan hacer cosas grandes sobre los demás, la santa Iglesia universal desprecia todas sus obras, que percibe que no proceden de la autoridad de la fe. Por lo cual acertadamente también por la voz del bienaventurado Job se añade:

CAPÍTULO VII.

VERS. 2.---La fortaleza de sus manos para mí era como nada: y eran considerados indignos de la vida misma.

17. Porque abandonaron la caridad de Dios y del prójimo. Algunos herejes hicieron milagros. Herejes indignos de la vida, porque bajo el nombre de Cristo militan contra Cristo.---La fortaleza en la mano es la magnitud en la operación. Pero la fortaleza de las manos de los herejes es considerada como nada por la santa Iglesia, porque percibe que no es de ningún mérito lo que sea que obren, perdida la verdadera fe. Pues abandonan la caridad de Dios y del prójimo, quienes tanto sienten falsamente acerca de Dios, como se dividen riñendo de sus prójimos. Pero el preclaro predicador atestigua que la fortaleza de las manos sin caridad no vale nada, diciendo: Si distribuyera todas mis facultades en alimentos para los pobres, y si entregara mi cuerpo para ser quemado, pero no tuviera caridad, de nada me sirve (1 Cor. 13, 3). [Vet. VIII.] A veces, pues, los herejes también hacen signos y milagros, pero para recibir aquí los premios de su aflicción y de su abstinencia, a saber, las alabanzas que buscan.

Unde et Redemptoris voce dicitur: Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos; discedite a me qui operamini iniquitatem. Qua nimirum sententia quid datur intelligi, nisi ut hominibus charitatis humilitas, non autem debeant virtutum signa venerari? Unde nunc sancta Ecclesia, etiam si qua fiant haereticorum miracula, despicit, quia haec sanctitatis specimen non esse cognoscit. Probatio quippe sanctitatis non est signa facere, sed unumquemque ut se diligere, de Deo autem vera, de proximo vero meliora quam de semetipso sentire. Nam quia vera virtus in amore est, non autem in ostensione miraculi, veritas demonstrat, quae ait: In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem (Joan. XIII, 35). Qui enim non ait: In hoc cognocetur quia mei discipuli estis, si signa feceritis, sed ait: Si dilectionem habueritis ad invicem, aperte indicat quia veros Dei famulos non miracula, sed sola charitas probat. Testimonium ergo superni discipulatus est donum fraternae dilectionis. Quam videlicet dilectionem, quia omnes haeretici habere refugiunt, dum ab universalis Ecclesiae unitate dividuntur, jure de eis dicitur: Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo. Et quia ad eadem signa quae exhibent nulla humilitate concordant, recte subditur: Et vita ipsa putabantur indigni. Vel certe omnes haereticos sancta Ecclesia vita ipsa fatetur indignos, quia nimirum sub nomine Christi militant contra nomen Christi. De quibus adhuc subditur:

Caput VIII

[Rec. X].

VERS. 3.---Egestate et fame steriles.

18. Curiose divina scrutantes, egestate et sterilitate laborant.---Omnes haeretici, dum in sacro eloquio plus secreta Dei student perscrutari quam capiunt, fame sua steriles fiunt. Neque enim ea quaerunt ex quibus semetipsos ad humilitatem erudiant, mores in tranquillitate disponant, patientiam servent, longanimitatem exhibeant; sed ea solummodo quae eos doctos atque loquaces demonstrent, illa scire appetunt ex quibus singulariter eruditi videantur. Plerumque enim audacter de natura divinitatis tractant, cum semetipsos miseri nesciant.

Por lo cual también se dice por la voz del Redentor: Muchos me dirán en aquel día: Señor, Señor, ¿acaso no profetizamos en tu nombre, y en tu nombre expulsamos demonios, y en tu nombre hicimos muchos milagros? Y entonces les confesaré que nunca os conocí; apartaos de mí los que obráis la iniquidad. Con cuya sentencia ¿qué se da a entender sino que debe venerarse en los hombres la humildad de la caridad, y no los signos de las virtudes? Por lo cual ahora la santa Iglesia, aunque se hagan algunos milagros de los herejes, los desprecia, porque reconoce que estos no son un modelo de santidad. Pues la prueba de la santidad no es hacer signos, sino amar a cada uno como a sí mismo, sentir cosas verdaderas acerca de Dios, y mejores acerca del prójimo que de sí mismo. Pues porque la verdadera virtud está en el amor, y no en la ostentación del milagro, la Verdad demuestra, diciendo: En esto conocerán todos que sois mis discípulos, si tuviereis amor los unos para con los otros (Juan 13, 35). Pues el que no dijo: En esto se conocerá que sois mis discípulos, si hiciereis signos, sino que dijo: Si tuviereis amor los unos para con los otros, indica claramente que a los verdaderos siervos de Dios no los prueban los milagros, sino sola la caridad. El testimonio, pues, del discipulado celestial es el don del amor fraterno. El cual amor, ciertamente, porque todos los herejes rehúsan tenerlo, mientras se dividen de la unidad de la Iglesia universal, con derecho se dice de ellos: La fortaleza de sus manos para mí era como nada. Y porque no concuerdan con aquellos mismos signos que exhiben con ninguna humildad, rectamente se añade: Y eran considerados indignos de la vida misma. O ciertamente la santa Iglesia confiesa a todos los herejes indignos de la vida misma, porque sin duda bajo el nombre de Cristo militan contra el nombre de Cristo. De los cuales además se añade:

Capítulo VIII

[Rec. X].

VERS. 3.---Estériles por la penuria y el hambre.

18. Escudriñando curiosamente lo divino, laboran con penuria y esterilidad.--- Todos los herejes, mientras en el sacro elocuio estudian escudriñar los secretos de Dios más de lo que captan, se vuelven estériles por su hambre. Pues no buscan aquello por lo que se instruyan a sí mismos para la humildad, dispongan sus costumbres en la tranquilidad, guarden la paciencia, o exhiban la longanimidad; sino solamente aquello que los demuestre doctos y locuaces, aquellas cosas desean saber por las cuales parezcan singularmente eruditos. Pues frecuentemente tratan audazmente sobre la naturaleza de la divinidad, mientras los miserables no se conocen a sí mismos.

Egestate ergo ac fame sua steriles fiunt, quia ea perscrutari desiderant, ex quibus bonae vitae germina non producant. Ultra se quippe sunt quae perscrutantur, dumque ad hoc tendunt quod comprehendere nequeunt, ea cognoscere negligunt ex quibus erudiri potuerant. Quam bene eorum audaciam praedicator egregius refrenat, dicens: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem (Rom. XII, 3). Hinc Salomon ait: Prudentiae tuae pone modum (Prov. XXIII, 4). Hinc rursum dicit: Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte saturatus evomas illud (Prov. XXV, 16). Dulcedinem quippe spiritalis intelligentiae qui ultra quam capit comedere appetit, etiam quod comederat evomit, quia dum summa intelligere ultra vires quaerit, etiam quae bene intellexerat amittit. Hinc rursum dicit: Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, sic qui 645 perscrutator est majestatis, opprimetur a gloria (Ibid., 27). Gloria quippe invisibilis conditoris, quae moderate inquisita nos erigit, ultra vires perscrutata premit. Itaque haeretici, quia de sublimi intelligentia quanto amplius repleri ambiunt, tanto amplius inanescunt, bene de eis dicitur: Egestate et fame steriles. Immoderatis namque ausibus cognitionis supernae scientiam quo plus appetunt, plus amittunt.

[Vet. IX.] 19. Humiles coelestia intelligunt, aut non intellecta venerantur.---At contra, hi qui in sancta Ecclesia veraciter sunt humiles, et veraciter docti, norunt de secretis coelestibus et quaedam considerata intelligere, et quaedam non intellecta venerari, ut et quae intelligunt veneranter teneant, et quae necdum intelligunt humiliter exspectent. Unde nobis per Moysen dicitur: Ut comedentes agnum, quidquid de eo reliquum fuerit igni comburamus (Exod. XII, 10). Agnum quippe comedimus, cum multa dominicae humanitatis intelligendo recondimus in ventrem mentis. Ex quo quaedam nobis remanent, quae comedi nequeunt, quia multa adhuc de illo restant, quae intelligi nequaquam possunt. Quae tamen igne comburenda sunt, quia ea quae capere de illo non possumus, humiliter sancto Spiritui reservamus. Quae plerumque humilitas ea etiam electorum sensibus aperit, quae ad intelligendum impossibilia esse videbantur. Nam perversae haereticorum mentes dum sibi superbe intellectum tribuunt, quasi certas dare sententias etiam de incognitis praesumunt. Unde fit ut ipsa eos elatio, quae intus apud semetipsos elevat, a veritate foras repellat, vixque in dictis Dei exteriora capiant, qui se secreta spiritalia penetrasse singulariter putabant. Unde hic quoque subditur:

Por la penuria, pues, y por su hambre se vuelven estériles, porque desean escudriñar aquello de lo cual no produzcan gérmenes de buena vida. Pues están más allá de ellos lo que escudriñan, y mientras tienden a esto que no pueden comprender, descuidan conocer aquello por lo que pudieron ser instruidos. Cuán bien refrena su audacia el preclaro predicador, diciendo: No saber más de lo que conviene saber, sino saber para la sobriedad (Rom. 12, 3). De aquí Salomón dice: Pon un límite a tu prudencia (Prov. 23, 4). De aquí otra vez dice: ¿Encontraste miel? come lo que te baste, no sea que por si acaso harto la vomites (Prov. 25, 16). Pues el que desea comer la dulzura de la inteligencia espiritual más de lo que capta, incluso vomita lo que había comido, porque mientras busca entender lo sumo más allá de sus fuerzas, pierde incluso lo que bien había entendido. De aquí otra vez dice: Así como el que come mucha miel no es bueno para él, así el que es escudriñador de la majestad, será oprimido por la gloria (Ibíd. 27). Pues la gloria del invisible Creador, que inquirida moderadamente nos levanta, escudriñada más allá de las fuerzas nos oprime. Así pues los herejes, porque cuanto más ambicionan llenarse de la sublime inteligencia, tanto más se vacían, bien se dice de ellos: Estériles por la penuria y el hambre. Pues por los inmoderados esfuerzos, cuanto más desean la ciencia del conocimiento supremo, más la pierden.

[Vet. IX.] 19. Los humildes entienden lo celestial, o veneran lo no entendido.--- Pero al contrario, estos que en la santa Iglesia son verdaderamente humildes, y verdaderamente doctos, saben tanto entender algunas cosas consideradas de los secretos celestiales, como venerar algunas no entendidas, para que tanto retengan venerablemente lo que entienden, como esperen humildemente lo que aún no entienden. Por lo cual se nos dice por Moisés: Que comiendo el cordero, lo que quedara de él lo quemáramos con fuego (Éxodo 12, 10). Pues comemos el cordero, cuando reconditamos muchas cosas de la humanidad del Señor en el vientre de la mente por el entendimiento. De lo cual nos quedan algunas cosas, que no pueden comerse, porque muchas cosas restan aún de Él, que de ningún modo pueden entenderse. Las cuales sin embargo han de quemarse con fuego, porque aquello que de Él no podemos captar, lo reservamos humildemente al Espíritu Santo. Cuya humildad frecuentemente abre incluso a los sentidos de los elegidos aquello que parecía ser imposible para el entendimiento. Pues las mentes perversas de los herejes mientras soberbiamente se atribuyen el entendimiento, presumen dar sentencias ciertas incluso sobre lo incógnito. De donde resulta que esa misma elación, que por dentro ante sí mismos los eleva, los repele fuera de la verdad, y apenas captan lo exterior en los dichos de Dios, quienes pensaban haber penetrado singularmente los secretos espirituales. Por lo cual aquí también se añade:

Caput IX

[Rec. XI].

VERS. 3, 4.---Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria; et mandebant herbas, et arborum cortices.

20. Haeretici non medullam Scripturae sacrae comedunt, sed corticem rodunt.---Rodi solet quod comedi non potest. Haeretici autem quia Scripturam sacram intelligere sua virtute moliuntur, eam procul dubio apprehendere nequaquam possunt; quam dum non intelligunt, quasi non edunt. Et quia per supernam gratiam non adjuti hanc comedere nequeunt, quasi quibusdam illam nisibus rodunt. Exterius quippe illam contrectant, cum quidem conantur, sed non ad ejus interiora perveniunt. Qui quia ab universalis Ecclesiae societate disjuncti sunt, non quolibet rodere, sed in solitudine memorantur. Ad quam nimirum solitudinem, quia praedicatores falsi sequaces suos traherent, longe ante Veritas praemonuit, dicens: Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire (Matth. XXIV, 26). Qui recte perhibentur calamitate et miseria squalidi, quia et morum sunt pernicie, et sensuum pravitate despecti. Qui herbas quoque et arborum cortices mandunt, quia elationis suae obice repulsi, in sacro eloquio magna et intima percipere nequeunt, sed vix in illo quaedam tenera et exteriora cognoscunt. Per herbas quippe dicta planiora, per arborum cortices Patrum eloquia exteriora signantur. Qui ergo ea scire appetunt ex quibus docti nequaquam sint, sed esse videantur, dum in sacris voluminibus vim charitatis erga Deum ac proximum medullitus non exquirunt, quasi ex herba et cortice pascuntur, quia vel ima, 646 vel exteriora sunt, quae mentes superbientium nutriunt. Vel certe herbas mandere est de Scriptura sacra minima praecepta servare, majora contemnere. Quos bene Veritas increpat, dicens: Vae vobis, Scribae et Pharisaei hypocritae, qui decimatis mentam, et anethum, et cuminum, et reliquistis quae graviora sunt legis (Matth. XXIII, 23). Qui arborum quoque cortices mandunt, quia sunt nonnulli qui in sacris voluminibus solam litterae superficiem venerantur, nec quidquam de spiritali intellectu custodiunt, cum nihil in verbis Dei amplius nisi hoc quod exterius audierint esse suspicantur. Quos tamen in cunctis erroribus suis inanis gloriae appetitus possidet, eosque honoris ambitus captivos tenet, et plerumque per ipsa quae loquuntur nihil aliud quam terrena lucra appetunt. De quibus per Paulum dicitur: Hujusmodi enim Christo Domino non serviunt, sed suo ventri (Rom. XVI, 18). Unde recte quoque subjungitur:

Capítulo IX

[Rec. XI].

VERS. 3, 4.---Que roían en la soledad, escuálidos por la calamidad y la miseria; y comían hierbas y las cortezas de los árboles.

20. Los herejes no comen la médula de la Sagrada Escritura, sino que roen la corteza.---Suele roerse lo que no puede comerse. Pero los herejes, porque se esfuerzan por entender la Sagrada Escritura por su propia virtud, de ningún modo pueden aprehenderla; la cual, mientras no la entienden, es como si no la comieran. Y porque no ayudados por la gracia suprema no pueden comerla, es como si la royeran con ciertos esfuerzos. Pues exteriormente la manejan, cuando ciertamente lo intentan, pero no llegan a sus partes interiores. Quienes, porque están disjuntos de la sociedad de la Iglesia universal, no se mencionan royendo en cualquier parte, sino en la soledad. A la cual soledad, ciertamente, porque los falsos predicadores atraerían a sus seguidores, mucho antes advirtió la Verdad, diciendo: Si os dijeren: He aquí está en el desierto, no salgáis (Mat. 24, 26). Quienes rectamente son presentados como escuálidos por la calamidad y la miseria, porque son despreciables tanto por la pernicie de sus costumbres como por la pravidad de sus sentidos. Quienes también manducan hierbas y cortezas de árboles, porque rechazados por el obstáculo de su elación, no pueden percibir las cosas grandes e íntimas en el sacro elocuio, sino que apenas conocen en él algunas cosas tiernas y exteriores. Por las hierbas se significan los dichos más planos, por las cortezas de los árboles los elocuios exteriores de los Padres. Quienes, pues, desean saber aquello por lo que de ningún modo sean doctos, sino que parezcan serlo, mientras en los sacros volúmenes no exquieren medularmente la fuerza de la caridad para con Dios y el prójimo, se alimentan como de hierba y corteza, porque son o bien cosas ínfimas o bien exteriores las que nutren las mentes de los que se ensoberbecen. O ciertamente comer hierbas es guardar los mínimos preceptos de la Sagrada Escritura, y despreciar los mayores. A quienes bien increpa la Verdad, diciendo: ¡Ay de vosotros, escribas y fariseos hipócritas, que diezmáis la menta, el eneldo y el comino, y habéis dejado lo que es más grave de la ley! (Mat. 23, 23). Quienes también roen las cortezas de los árboles, porque hay algunos que en los sacros volúmenes veneran sola la superficie de la letra, ni guardan nada del entendimiento espiritual, cuando nada sospechan en las palabras de Dios más que esto que exteriormente oyeron. A quienes sin embargo en todos sus errores posee el apetito de la vana gloria, y los tiene cautivos la ambición del honor, y frecuentemente por aquello mismo que hablan no desean otra cosa que lucros terrenales. De los cuales se dice por Pablo: Pues los tales no sirven a Cristo Señor, sino a su propio vientre (Rom. 16, 18). Por lo cual acertadamente también se añade:

Caput X

[Rec. XII]

VERS. 4.---Et radix juniperorum erat cibus eorum.

21. Sola temporalia lucra quaerunt.---Arbor namque juniperi pro foliis punctiones habet. Sic quippe sunt hirsuta quae profert, ut spinis similia contrectantem pungere valeant. Spina vero est omne peccatum, quia dum trahit ad delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. Unde justi voce et poenitentis dicitur: Conversus sum in aerumna mea dum confringitur spina (Psal. XXXI, 4), quia scilicet mens ad lamentum vertitur, ut peccati punctio poenitendo frangatur. In translatione vero alia non confringi, sed configi spina perhibetur, quod videlicet ab eodem sensu non dissonat, quia poenitentis animus ad luctum ducitur, dum perpetrata culpa in memoria fixa retinetur [Vet. X]. Quid ergo per radicem juniperi nisi avaritia designatur, ex qua peccatorum omnium spinae producuntur? De qua per Paulum dicitur: Radix omnium malorum est cupiditas (I Tim. VI, 10). Ipsa quippe latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas videlicet punctiones ab hac radice surgentes, statim praedicator egregius insinuat, cum subdit: Quam quidam appetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis (Ibid., 10). Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes innotuit ex hac radice punctiones. In juniperis ergo peccata, in radice vero juniperorum quid aliud quam avaritiam, id est, materiam intelligimus peccatorum? Quia igitur plerumque haeretici sola in verbis suis exteriora lucra sectantur, nec ignorant quia perversa astruunt, sed erroris praedicamenta non deserunt, dum sumptus percipere quasi doctorum volunt, bene de eis sancti viri nunc voce dicitur: Et radix juniperorum erat cibus eorum, quia dum totis mentis suae sensibus avaritiam cogitant, quasi eo alimento vescuntur, de quo nasci procul dubio peccatorum sequentium punctiones solent. Qui si quando in sacro eloquio quaedam quasi prudenter inveniunt, quae dum non intelligunt, pro suis esse assertionibus suspicantur, mox miseris auditoribus suis, quorum non animas, sed substantias appetunt, haec vociferantes apsergunt. Unde congrue subinfertur:

Caput XI

[Rec. XIII].

VERS. 5.---Qui de convallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.

Capítulo X

[Rec. XII]

VERS. 4.---Y la raíz de los enebros era su comida.

21. Buscan solo los lucros temporales.---Pues el árbol del enebro tiene pinchazos en lugar de hojas. Pues son tan hirsutos lo que produce, que a semejanza de las espinas pueden pinchar al que los maneja. Pero espina es todo pecado, porque mientras atrae al deleite, como pinchando lacera la mente. De donde se dice por la voz del justo y del penitente: Me he vuelto en mi angustia mientras se rompe la espina (Sal. 31, 4), porque a saber, la mente se vuelve al lamento, para que el pinchazo del pecado se rompa arrepintiéndose. Pero en otra traducción se dice que la espina no se rompe, sino que se clava, lo cual ciertamente no disuena de ese mismo sentido, porque el ánimo del penitente es llevado al luto, mientras la culpa perpetrada se retiene fija en la memoria [Vet. X]. ¿Qué se designa pues por la raíz del enebro sino la avaricia, de la cual se producen las espinas de todos los pecados? De la cual se dice por Pablo: La raíz de todos los males es la codicia (1 Tim. 6, 10). Pues ella surge latentemente en la mente, pero produce patentemente los pinchazos de todos los pecados en la obra. Cuyo pinchazos surgiendo de esta raíz, inmediatamente insinúa el preclaro predicador, cuando añade: La cual apeteciendo algunos erraron de la fe, y se traspasaron a sí mismos con muchos dolores (Ibíd. 10). Pues el que dijo muchos dolores, dio a conocer como naciendo de esta raíz los pinchazos. En los enebros pues los pecados, pero en la raíz de los enebros ¿qué otra cosa que la avaricia, esto es, la materia de los pecados entendemos? Puesto que por lo tanto frecuentemente los herejes siguen solo los lucros exteriores en sus palabras, ni ignoran que aseguran cosas perversas, pero no desertan de los predicamentos del error, mientras quieren recibir los gastos como si fueran de los doctores, bien se dice ahora por la voz del santo varón: Y la raíz de los enebros era su comida, porque mientras piensan con todos los sentidos de su mente la avaricia, es como si se alimentaran de aquel alimento, del cual suelen nacer sin duda los pinchazos de los pecados siguientes. Quienes si alguna vez encuentran en el sacro elocuio algunas cosas como prudentemente, las cuales mientras no las entienden, sospechan que son para sus propias aserciones, pronto las esparcen vociferando a sus míseros oyentes, cuyas substancias, no almas, apetecen. Por lo cual congruentemente se infiere:

Capítulo XI

[Rec. XIII].

VERS. 5.---Quienes arrebatando estas cosas de los valles, cuando encontraban cada una, corrían a ellas con clamor.

22. Obscuras Scripturae sacrae Patrumque sententias ad se detorquent et trahunt.---De convallibus illa rapiunt, quia haec de humilibus dictis Patrum superbo spiritu colligunt. 647 Quae dum pro suis se partibus invenisse gloriantur, ad ea cum clamoribus currunt, quia videlicet omne quod sentiunt appetitu laudis ad aures hominum diffamare conantur. Sequitur:

CAPUT XII

VERS. 6.---In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terrae, vel super glaream.

23. Haeretici latebris et instabilitate sunt insignes.---Torrentes dicimus rivos qui aquis hiemalibus colliguntur, qui certis etiam temporibus arescunt. Jure itaque inventores perversorum dogmatum torrentes vocantur, quia a calore charitatis frigidi, quasi in torpore temporis hiemalis excrescunt, quia non perpetua plenitudine profluunt, sed Catholicorum allegationibus quasi aestivis solibus exsiccantur. Et quidem inventores perversorum dogmatum contra sanctam Ecclesiam exorti, fervore jam veritatis exstincti sunt, sed tamen eorum discipuli ea quae illi docuerunt tenere ac defendere non desistunt. Hi ergo qui illorum sequuntur errores, in desertis torrentium habitant, id est in eorum praedicatione confidunt, quorum eloquia Catholicorum jam responsione et ratiocinatione siccata sunt. [Vet. XI.] Quid vero aliud cavernas terrae quam occultas haereticorum praedicationes accipimus? Sic enim haeretici inter se clandestinis conventiculis coeunt, ut errori suo reverentiam, quam ex ratione non valent, praebeant ex occultatione, et infirmis animabus pravitatis sermo tanto reverendus appareat, quanto secretus. Unde apud Salomonem mulier ex typo haereseos suadet dicens: Aquae furtivae dulciores sunt, et panis absconditus suavior (Prov. IX, 17). Quae occulta scilicet praedicamenta detestatur Veritas, dicens: Si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere. Et rursum: Si dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, et paret usque in Occidentem, ita erit et adventus Filii hominis (Matth. XXIV, 23, 26). Hoc itaque illic in penetralibus, quod hic dicitur in cavernis. In cavernis ergo haeretici habitant, quia plerumque errorem suum secretis praedicationibus occultant, ut quo se doctioribus prudentioribusque non indicant, eo ad se vehementius imperitos trahant. Unde bene etiam subinfertur: Vel super glaream.

22. Tuercen y atraen hacia sí las oscuras sentencias de la Sagrada Escritura y de los Padres.---De los valles arrebatan aquellas cosas, porque recogen estas de los humildes dichos de los Padres con espíritu soberbio. Las cuales mientras se glorían de haberlas encontrado para sus propias partes, corren a ellas con clamores, porque a saber, intentan difuminar todo lo que sienten a los oídos de los hombres con el apetito de la alabanza. Sigue:

CAPÍTULO XII

VERS. 6.---En los desiertos de los torrentes habitaban, y en las cavernas de la tierra, o sobre la grava.

23. Los herejes son insignes por sus escondrijos y su inestabilidad.---Llamamos torrentes a los arroyos que se forman con las aguas invernales, los cuales se secan en ciertos tiempos. Con derecho, pues, los inventores de los dogmas perversos son llamados torrentes, porque fríos por el calor de la caridad, crecen como en el torpor del tiempo invernal, porque no fluyen con plenitud perpetua, sino que son desecados por las alegaciones de los católicos como por los soles estivales. Y ciertamente los inventores de los dogmas perversos surgidos contra la santa Iglesia, ya se han extinguido por el fervor de la verdad, pero sin embargo sus discípulos no cesan de mantener y defender aquello que ellos enseñaron. Estos, pues, que siguen los errores de aquellos, habitan en los desiertos de los torrentes, es decir, confían en su predicación, cuyos elocuio están ya secos por la respuesta y el razonamiento de los católicos. [Vet. XI.] ¿Qué otra cosa entendemos por las cavernas de la tierra sino las ocultas predicaciones de los herejes? Pues los herejes así se reúnen entre sí en conventículos clandestinos, para que den a su error una reverencia que no pueden por la razón, por la ocultación, y para que a las almas débiles el sermón de la pravidad les parezca tanto más digno de reverencia cuanto más secreto. De donde en Salomón la mujer desde el tipo de la herejía persuade diciendo: Las aguas furtivas son más dulces, y el pan escondido es más suave (Prov. 9, 17). Las cuales predicaciones ocultas detesta la Verdad, diciendo: Si alguien os dijere: He aquí está Cristo, o he aquí allí, no creáis. Y rursum: Si os dijeren: He aquí está en el desierto, no salgáis; he aquí en los secretos, no creáis. Pues así como el relámpago sale del Oriente y aparece hasta el Occidente, así será también el advenimiento del Hijo del Hombre (Mat. 24, 23, 26). Esto es pues allí en los secretos, lo que aquí se dice en las cavernas. En las cavernas pues habitan los herejes, porque frecuentemente ocultan su error con predicaciones secretas, para que por aquello por lo que no se indican a los más doctos y prudentes, por eso mismo atraigan hacia sí más vehementemente a los inexpertos. Por lo cual bien se añade también: O sobre la grava.

Glaream quippe illos minutissimos lapides dicimus quos aqua fluvialis trahit. Doctores igitur perversorum dogmatum super glaream habitant, quia illas hominum mentes trahunt, quae nulla gravitatis stabilitate solidantur, quas velut de loco semper ad locum flumina errorum ducunt. Unde et praedicator egregius, cum auditores suos non temporaliter duci, sed forti gravitate solidari cupiret, admonuit dicens: Ut jam non simus parvuli fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctrinae (Ephes. IV, 14). Sancta itaque Ecclesia ab adversariis ad modicum depressa, cum sibi audaces errantium mentes insultare conspexerit; quae eorum conversatio fuerit, ad memoriam reducit, dicens: In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terrae, vel super glaream. Quia enim eorum perversa praedicatio, amisso igne charitatis, ex frigore mentis convaluit, profecto in torrentium desertis habitavit. Quia vero aperta et libera non fuit, in cavernis latuit. Quia autem plebem non fixam, sed mobilem tenuit, non super petram, 648 sed super glaream mansit; de quibus adhuc subditur:

Caput XIII

[Rec. XIV].

VERS. 7.---Qui inter hujuscemodi laetabantur, et esse sub sentibus delicias computabant.

24. In rebus pessimis exsultant et delectantur.---Quid nomine sentium nisi eas quas jam supra diximus (Num. 21 hujus lib.) punctiones peccatorum intelligimus? Quia autem perversae mentes gaudent in iniquitatibus, quas flere debuerunt, omnes haeretici tanto se inani laetitia extollunt, quanto magis ad pejora convalescunt; atque esse sub sentibus delicias deputant, quia inde perversam mentem ad gaudium sublevant, unde spinas peccatorum portant. Nam si quando ad errorem suum valuerint quempiam trahere, sese per laetitiam jactant; atque unde sibi peccata quotidie, etiam alios perdendo, congregant, inde se esse quasi duces ad justitiam exsultant. Bene ergo dicitur: Qui inter hujuscemodi laetabantur, et esse sub sentibus delicias computabant. Trahunt enim quos valent ad perditionem suam, et sub peccatis esse, vel culpis culpas addere credunt se virtutum opulentiam cumulare.

Caput XIV

[Rec. XV].

VERS. 8.---Filii stultorum et ignobilium, et in terra penitus non parentes.

Pues llamamos grava a aquellas piedrecitas pequeñísimas que el agua fluvial arrastra. Los doctores de dogmas perversos habitan pues sobre la grava, porque atraen aquellas mentes de hombres que no se solidifican con ninguna estabilidad de gravedad, a las cuales los ríos de los errores conducen siempre como de lugar en lugar. Por lo cual también el preclaro predicador, deseando que sus oyentes no fueran conducidos temporalmente, sino solidificados con fuerte gravedad, amonestó diciendo: Para que ya no seamos niños fluctuantes, ni seamos llevados de aquí para allá por todo viento de doctrina (Ef. 4, 14). La santa Iglesia pues, deprimida por un momento por sus adversarios, cuando vea las audaces mentes de los errantes insultarla; reduce a la memoria cuál fue su conversación, diciendo: En los desiertos de los torrentes habitaban, y en las cavernas de la tierra, o sobre la grava. Pues porque su perversa predicación, perdido el fuego de la caridad, convaleció del frío de la mente, ciertamente habitó en los desiertos de los torrentes. Porque verdaderamente no fue abierta y libre, se ocultó en las cavernas. Porque además sostuvo a un pueblo no fijo, sino móvil, no permaneció sobre la piedra, sino sobre la grava; de los cuales además se añade:

Capítulo XIII

[Rec. XIV].

VERS. 7.---Quienes entre los tales se alegraban, y computaban como delicias estar bajo los espinos.

24. En las cosas pésimas se exultan y deleitan.---¿Qué entendemos por el nombre de espinos sino aquellas punciones de los pecados que ya dijimos arriba (Núm. 21 de este libro)? Pero porque las mentes perversas se gozan en las iniquidades, las cuales debieron llorar, todos los herejes tanto se ensalzan con vana alegría, cuanto más convalecen hacia cosas peores; y consideran que es una delicia estar bajo los espinos, porque de ahí elevan la mente perversa al gozo, de donde llevan las espinas de los pecados. Pues si alguna vez pudieren atraer a alguien a su error, se jactan por la alegría; y de donde se congregan pecados diariamente para sí, incluso perdiendo a otros, de ahí se exultan como si fueran guías hacia la justicia. Bien pues se dice: Quienes entre los tales se alegraban, y computaban como delicias estar bajo los espinos. Pues atraen a quienes pueden hacia su propia perdición, y creen que estar bajo los pecados, o añadir culpas a las culpas, es acumular opulencia de virtudes.

Capítulo XIV

[Rec. XV].

VERS. 8.---Hijos de necios y de hombres innobles, y en la tierra no apareciendo en absoluto.

25. Parentes haereticorum stulti et ignobiles.---Eorum videlicet filii, qui fuerunt errorum magistri. Filii igitur dicuntur, non de eorum semine, sed de imitatione generati, qui docendo perversa, stulti fuerunt per ignorantiam; vivendo nequiter, ignobiles per actionem. Qui Redemptori nostro nulla sapientiae, nulla vitae cognatione conjuncti sunt. De quo Salomonis voce in laude sanctae Ecclesiae dicitur: Nobilis in portis vir ejus (Prov. XXXI, 23). Hi itaque quia perversa errantium exempla secuti sunt, filii stultorum et ignobilium esse memorantur. Recte autem subjungitur: Et in terra penitus non parentes, quia dum hic videri aliquid appetunt, nimirum a terra viventium exsortes fiunt.

26. Eadem de carnalibus dici possunt quae de haereticis.---Sed hoc quod in haereticorum typo diximus, omnino nil obstat si etiam de perversis atque carnalibus, quamvis in recta fide positis, sentiamus. Neque enim sancta electorum Ecclesia solos sibi adversarios deputat qui ab ejus fide positi extra dissentiunt, sed eos quoque qui vitam illius male vivendo interius premunt. Contempletur igitur aerumna irruentis adversitatis afflicta, quomodo prosperitatis suae tempore iniquorum et intra se viventium pravitate gravata sit. Contempletur quod exigentibus meritis quorumdam, non injuste in illa vita turbata sit omnium, et dicat: Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria. Sicut in prima hujus operis parte praefatus sum, per virtutem contemplationis nonnunquam solet intelligi solitudo mentis. Sed hoc in loco cum solitudo per objurgationem dicitur, quid aliud quam boni destitutio demonstratur? Unde et sub Judaeae typo Jeremias peccatoris animam deplorat, dicens: Quomodo sedet sola civitas plena populo (Thren. I, 1)? Sed cum per beatum Job de pravis dicitur: Rodebant in solitudine, libet intueri hoc etiam quod per Psalmistam dictum est: Inimici ejus terram lingent (Psal. LXXI, 9).

649 27. [Vet. XII]. Alii adulatione, alii aperta vi avaritiae student. Duo quippe sunt genera hominum ambitioni suae servientium: unum videlicet quod semper ad avaritiam blandimentis utitur linguae; aliud vero quod aperta vi intendit rapinae. Nam rodimus, cum aliquid exterius forti adnisu atterimus. Lambitur enim quando hoc quod edi facile non potest, impressa linguae lenitate gustatur. Omnes igitur etiam sub specie fidei prave viventes, qui aliena appetunt, sed ea quae appetunt rapere nequaquam possunt, blandis autem sermonibus et quasi mollitie dulcedinis concupita abstrahere conantur, quid aliud quam terram lingunt? quia terrena quaeque quae virtute nequeunt auferre, mollitie linguae moliuntur.

25. Los padres de los herejes son necios e innobles.---A saber, los hijos de aquellos que fueron maestros de los errores. Se dicen pues hijos, no generados de su semilla, sino de la imitación, quienes enseñando cosas perversas, fueron necios por la ignorancia; viviendo inicuamente, innobles por la acción. Quienes a nuestro Redentor por ninguna cognación de sabiduría, por ninguna cognación de vida están conjuntados. De quien por la voz de Salomón en la alabanza de la santa Iglesia se dice: Noble en las puertas su marido (Prov. 31, 23). Estos pues, porque siguieron los perversos ejemplos de los errantes, se mencionan ser hijos de necios y de innobles. Rectamente pues se añade: Y en la tierra no apareciendo en absoluto, porque mientras aquí apetecen ser vistos como algo, sin duda se hacen exsortes de la tierra de los vivientes.

26. Lo mismo puede decirse de los carnales que de los herejes.---Pero esto que dijimos en el tipo de los herejes, en absoluto nada obsta si también lo sentimos de los perversos y carnales, aunque estén puestos en la recta fe. Pues la santa Iglesia de los elegidos no se computa solo para sí como adversarios a los que puestos fuera de su fe disienten, sino también a aquellos que su vida viviendo mal interiormente oprimen. Contemple pues, afligida por la angustia de la adversidad que se abalanza, cómo en el tiempo de su prosperidad fue gravada por la pravidad de los inicuos y de los que dentro de ella vivían. Contemple que por la exigencia de los méritos de algunos, no injustamente en ella fue turbada la vida de todos, y diga: Que roían en la soledad, escuálidos por la calamidad y la miseria. Así como en la primera parte de esta obra prefacié, por la virtud de la contemplación no pocas veces suele entenderse la soledad de la mente. Pero en este lugar cuando la soledad se dice por reproche, ¿qué otra cosa que la destitución del bien se demuestra? De donde también bajo el tipo de Judea Jeremías deplora el alma del pecador, diciendo: Cómo se sienta sola la ciudad llena de pueblo (Lam. 1, 1). Pero cuando por el bienaventurado Job se dice de los pravos: Roían en la soledad, conviene contemplar esto también que fue dicho por el Salmista: Sus enemigos lamerán la tierra (Sal. 71, 9).

649 27. [Vet. XII]. Algunos se dedican a la adulación, otros a la abierta fuerza de la avaricia. Pues hay dos géneros de hombres que sirven a su propia ambición: uno, a saber, que siempre usa para la avaricia los halagos de la lengua; el otro, en cambio, que por la abierta fuerza tiende a la rapiña. Pues roemos cuando desgastamos algo exteriormente con fuerte esfuerzo. Pues se lame cuando esto que no puede ser comido fácilmente, es gustado por la suavidad aplicada de la lengua. Todos, por tanto, aun viviendo malvadamente bajo la apariencia de la fe, que apetecen lo ajeno, pero que de ningún modo pueden arrebatar aquello que apetecen, y que intentan atraer lo codiciado con blandos discursos y como con la blandura de la dulzura, ¿qué otra cosa hacen sino lamer la tierra? Porque cualquier cosa terrenal que no pueden quitar por la fuerza, lo intentan por la blandura de la lengua.

Qui vero in hoc mundo aliqua potestate suffulti sunt, et concupiscentes aliena, blandiri quidem ex fraude despiciunt, quia etiam injusto robore possunt implere quod volunt, hi hoc quod appetunt non lambunt, sed rodunt, quoniam propinquorum vitam fortitudine virium velut adnisu dentium demoliuntur. Conspiciat itaque sancta Ecclesia veras divitias aeternae patriae; conspiciat frequentiam supernorum civium; conspiciat in electis suis cultum mentis, et innumerabilium bona virtutum, atque ab eis ad pravorum vitam omni bono destitutam, mentis oculum revocet; et ex illorum comparatione videat qualiter ista cunctis virtutibus sit vacua, quia superna deseruit, et infima concupivit. Videat quomodo plerumque id quod appetit, si fortasse praevalet, etiam violenter rapit. Videat tales quasi intra se positos diu tolerasse, atque ex eorum culpis usque ad bonorum quoque pericula ac detrimenta pervenisse, et dicat: Qui rodebant in solitudine. Ac si aperte conqueratur, dicens: Aliena etiam violenter rapiendo non roderent, nisi prius ipsi in interioribus suis soli ac vacui a virtutum cultura remanerent. Bene autem eorum qualitatem explicat, dicens: Squalentes calamitate et miseria. Aegra namque caro si studiose curari negligitur, squalore desuper ducto in infirmitate deterius gravatur: et dum calamitati aegritudinis negligentiae miseria additur, gravior molestia oborto squalore toleratur.

28. Naturae necessitatibus plus aequo servientes, ejus infirmitates augemus. Natura igitur humana bene condita, sed ad infirmitatem vitio propriae voluntatis lapsa, in calamitatem cecidit, quia pressa innumeris necessitatibus, nihil in hac vita nisi unde affligeretur invenit. Sed cum eisdem naturae nostrae necessitatibus plerumeque plus quam expedit deservimus, mentisque curam negligimus, ex miseria negligentiae infirmitati nostrae addimus squalorem culpae. Necessitates namque naturales hoc habere valde periculosum solent, quod saepe in eis minime discernitur quid circa illas per utilitatis studium et quid per voluptatis vitium agatur. Crebro enim occasione seductionis inventa, dum necessitati debita reddimus, voluptatis vitio deservimus, et infirmitatis velamine ante discretionis oculos excusatio nostra se palliat, ac quasi sub patrocinio explendae utilitatis occultat. Infirmitatem vero naturae nostrae per negligentiam relaxare, nihil est aliud quam calamitati miseriam addere, ac vitiorum squalorem ex eadem miseria multiplicare.

Pero aquellos que en este mundo están apoyados por alguna potestad, y codiciando lo ajeno, desprecian por cierto adular por fraude, porque aun con injusta fortaleza pueden cumplir lo que quieren, estos no lamen esto que apetecen, sino que lo roen, puesto que demuelen la vida de los prójimos por la fortaleza de sus fuerzas como por el esfuerzo de los dientes. Contemple pues la santa Iglesia las verdaderas riquezas de la patria eterna; contemple la concurrencia de los ciudadanos superiores; contemple en sus electos el cultivo de la mente, y los bienes de innumerables virtudes, y de ellos retire el ojo de la mente hacia la vida de los pravos destituida de todo bien; y por la comparación de aquellos vea de qué manera esta vida está vacía de todas las virtudes, porque desertó de lo supremo y codició lo ínfimo. Vea cómo la mayor parte de las veces esto que apetece, si por ventura prevalece, incluso lo arrebata violentamente. Vea que a tales hombres, puestos como dentro de ella, los toleró por mucho tiempo, y por las culpas de ellos llegó incluso hasta los peligros y detrimentos también de los buenos, y diga: Que roían en la soledad. Como si abiertamente se quejara, diciendo: No roerían arrebatando incluso violentamente lo ajeno, si antes ellos mismos no permanecieran en sus interiores solos y vacíos del cultivo de las virtudes. Pero bien explica la cualidad de ellos, diciendo: Escuálidos por la calamidad y la miseria. Pues la carne enferma, si se descuida ser curada con diligencia, se grava peor en la enfermedad por la escualidez traída por encima; y mientras a la calamidad de la enfermedad se añade la miseria de la negligencia, se tolera una molestia más grave por la escualidez sobrevenida.

28. Sirviendo a las necesidades de la naturaleza más de lo justo, aumentamos sus enfermedades. La naturaleza humana, por tanto, bien establecida, pero caída en la enfermedad por la culpa de su propia voluntad, cayó en la calamidad, porque, oprimida por innumerables necesidades, nada encontró en esta vida sino de donde fuera afligida. Pero cuando servimos a esas mismas necesidades de nuestra naturaleza la mayor parte de las veces más de lo que conviene, y descuidamos el cuidado de la mente, añadimos por la miseria de la negligencia la escualidez de la culpa a nuestra enfermedad. Pues las necesidades naturales suelen tener esto de muy peligroso: que a menudo en ellas mínimamente se discierne qué se hace en torno a ellas por el estudio de la utilidad y qué por el vicio del placer. Pues frecuentemente, encontrada la ocasión de la seducción, mientras pagamos las deudas debidas a la necesidad, servimos al vicio del placer, y bajo el velo de la enfermedad nuestra excusa se encubre ante los ojos de la discreción, y se oculta como bajo el patrocinio de cumplir la utilidad. Pero relajar por negligencia la enfermedad de nuestra naturaleza, no es otra cosa sino añadir la miseria a la calamidad, y multiplicar la escualidez de los vicios por la misma miseria.

Unde sancti viri in omne quod agunt studiosissima intentione discernunt, 650 ne quid plus ab eis naturae suae infirmitas, quam debetur exigat, ne sub necessitatis tegmine in eis vitium voluptatis excrescat. Aliud enim ex infirmitate, aliud ex tentationis suggestione sustinent; et quasi quidam rectissimi arbitri inter necessitatem voluptatemque constituti, hanc consolando sublevant, illam premendo frenant. Unde fit ut et si infirmitatis suae calamitatem tolerent, tamen ad squalorem miserie per negligentiam non descendant. Hoc ipsum enim esse in calamitate, est necessitates naturae ex carnis adhuc corruptibilis infirmitate sustinere. Quas videlicet necessitates cupiebat evadere, qui dicebat: De necessitatibus meis eripe me (Psal. XXIV, 17). Sciebat enim plerumeque voluptatum culpas ex necessitatum occasione prorumpere; et ne quid sponte illicitum admitteret, hoc ipsum satagebat evelli, quod nolens ex radice tolerabat.

29. Carnales, dum necessitati obsequi videntur, voluptati serviunt. Utinam pravis mors sua sola sufficeret. At contra pravi gaudent in eis corruptionis suae necessitatibus, quia nimirum eas ad usum voluptatum retorquent. Cum enim reficiendis cibo corporibus naturae serviunt, per delectationem gulae in voluptatis ingluvie distenduntur. Cum tegendis membris vestimenta quaerunt, non solum quae tegant, sed etiam quae extollant expetunt; et contra torporem frigoris, non solum quae per pinguedinem muniant, sed etiam quae per mollitiem delectent; non solum quae per mollitiem tactum mulceant, sed etiam quae per colorem oculos seducant. Necessitatis igitur causam in usum voluptatis vertere, quid est aliud quam calamitati suae squalorem miseriae sociare? Pressa itaque tempore adversitatis Ecclesia, reminiscatur eorum ex quorum merito talia sustinet, et dicat: Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria. Calamitate scilicet non squalerent, si insitis necessitatibus voluptatum miseriam non superadderent. Quas videlicet necessitates ex parentis primi culpa meruimus. Hi vero qui calamitati suae miseriam adjungunt, ex cruciatu poenae ad augmenta prorumpunt culpae. Sed utinam tales cum ad melius permutari despiciunt, ita perversa agerent, ut non ea etiam aliis propinarent. Utinam illis mors sua sola sufficeret, et non virulentis persuasionibus alienam etiam vitam necarent. Invident enim alios esse quod non sunt, dolent alios adipisci quod perdunt. Nam si qua forte in aliorum actibus exoriri bona conspiciunt, mox ea manu pestiferae exprobrationis evellunt. Unde et sequitur [Vet. XIII]: Et mandebant herbas, et arborum cortices.

De donde los varones santos en todo lo que hacen disciernen con estudiadísima intención, 650 para que la enfermedad de su naturaleza no exija de ellos más de lo que se debe, para que bajo el tegumento de la necesidad no crezca en ellos el vicio del placer. Pues una cosa sostienen por la enfermedad, otra por la sugestión de la tentación; y como unos árbitros rectísimos constituidos entre la necesidad y el placer, a aquella la alivian consolándola, a este lo frenan oprimiéndolo. De donde resulta que aunque toleren la calamidad de su enfermedad, sin embargo no descienden por negligencia a la escualidez de la miseria. Pues estar en la calamidad es esto mismo: sostener las necesidades de la naturaleza por la enfermedad de la carne todavía corruptible. De cuyas necesidades deseaba escapar aquel que decía: De mis necesidades líbrame (Sal. 24, 17). Pues sabía que la mayor parte de las veces las culpas de los placeres brotan de la ocasión de las necesidades; y para no admitir espontáneamente nada ilícito, se afanaba en que fuera arrancado esto mismo que toleraba de raíz contra su voluntad.

29. Los carnales, mientras parecen obedecer a la necesidad, sirven al placer. Ojalá a los pravos les bastara su sola muerte. Pero al contrario, los pravos se gozan en esas necesidades de su corrupción, porque sin duda las retuercen para el uso de los placeres. Pues cuando sirven a la naturaleza para reparar los cuerpos con el alimento, se distienden en la glotonería del placer por el deleite de la gula. Cuando buscan vestiduras para cubrir los miembros, no solo buscan lo que cubra, sino también lo que ensalce; y contra el torpor del frío, no solo lo que proteja por la densidad, sino también lo que deleite por la suavidad; no solo lo que acaricie el tacto por la suavidad, sino también lo que seduzca los ojos por el color. Convertir pues la causa de la necesidad en el uso del placer, ¿qué otra cosa es sino asociar la escualidez de la miseria a su calamidad? Oprimida pues la Iglesia por el tiempo de la adversidad, recuérdese de aquellos por cuyo mérito sostiene tales cosas, y diga: Que roían en la soledad, escuálidos por la calamidad y la miseria. Por cierto no estarían escuálidos por la calamidad, si no sobreañadieran la miseria de los placeres a las necesidades ínsitas. Las cuales necesidades merecimos por la culpa del primer padre. Pero estos que añaden la miseria de la negligencia a su calamidad, brotan del tormento de la pena hacia los aumentos de la culpa. Pero ojalá tales hombres, cuando desprecian ser mudados para mejor, de tal modo obraran perversamente que no propinaran esas mismas cosas también a otros. Ojalá les bastara su sola muerte, y no mataran también la vida ajena con virulentas persuasiones. Pues envidian que otros sean lo que ellos no son, se duelen de que otros alcancen lo que ellos pierden. Pues si por ventura contemplan que brotan algunos bienes en los actos de otros, pronto los arrancan con la mano de la pestífera exprobración. De donde también sigue [Vet. XIII]: Y mandaban hierbas, y cortezas de árboles.

30. Incipientes et in bono proficientes pervertere conantur. Quid enim per herbas nisi tenera ac terrae proxima bene inchoantium vita, et quid per arborum cortices nisi exteriora opera eorum qui jam sublimia appetunt designantur? Pravi namque cum recta incipientes aspiciunt, aut irridendo, aut quasi consulendo contradicunt. Cum vero jam quosdam pensant ad summa proficere, quia eorum profectus funditus dissipare nequeunt, a quibusdam illos suis operibus divertunt. Herbas itaque eis et arborum cortices mandere, est vel studia bene inchoantium, vel operationes quorumdam jam more arborum ad superiora tendentium pestiferis persuasionibus quasi quibusdam malitiae suae dentibus 651 dissipare. Herbas mandunt reprobi cum infirmorum initia irridendo consumunt. Arborum quoque cortices mandunt cum manu perversi consilii a vita recte crescentium tegmen bonorum operum subtrahunt. Hos autem in quibusdam actibus velut arbores exspoliant; illos vero velut herbas, quia despicientes trahunt, quasi quae calcant comedunt. Quorumdam jam fortitudinem in alta surgentem ex parte demoliuntur; quorumdam vero teneritudinem et adhuc in imis positam penitus conterunt. Dicat igitur: Mandebant herbas, et arborum cortices, quia pravis irrisionibus in nonnullis exteriora opera, in nonnullis autem per spem virentia corda dissipabant.

31. Aliqui sola virtutis specie, quasi cortice vescuntur. Vel certe herbas mandere est, levia quaedam ac tenera de antiquis patribus imitari. Arborum vero cortices edere est eorum opera superficie tenus agere, sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenere. Sunt enim nonnulli, qui dum praesentis mundi gloriam ejusdem mundi actionibus adipisci non possunt, speciem sanctitatis appetunt, habitum venerationis sumunt, imitatores antiquorum patrum videri concupiscunt, et quaedam quidem parva ac levia peragunt, sed eorum fortia, et quae ex solius charitatis radice prodeunt, imitari contemnunt. Hi videlicet herbas edunt, quia magna negligunt, et vilibus satiantur. Plerumque tamen etiam quaedam quasi robustiora opera exercent, sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenent. Quibus profecto arborum cortices mandere est exteriores electorum actus assumere, et intentionem bonam in bonis actibus non habere. Dum enim pro humana laude recta opera exquirunt, sed imitari cor recte operantium negligunt, ex solis arborum corticibus replentur. Toto namque desiderio praesentis vitae gloriam, vel abundantiam quaerunt. Unde et recte subjungitur: Et radix juniperorum erat cibus eorum.

30. Intentan pervertir a los que comienzan y a los que progresan en el bien. ¿Pues qué se designa por las hierbas sino la vida tierna y próxima a la tierra de los que comienzan bien, y qué por las cortezas de los árboles sino las obras exteriores de aquellos que ya apetecen cosas sublimes? Pues los pravos, cuando ven a los que comienzan cosas rectas, contradicen o burlándose, o como aconsejando. Pero cuando ya consideran que algunos progresan hacia lo sumo, porque no pueden disipar por completo sus progresos, los desvían de algunas de sus obras. Mascarles pues las hierbas y las cortezas de los árboles es disipar con persuasiones pestíferas, como con ciertos dientes de su malicia, 651 o los estudios de los que comienzan bien, o las operaciones de algunos que ya tienden a lo superior a modo de árboles. Mascan las hierbas los réprobos cuando consumen los inicios de los débiles burlándose. Mascan también las cortezas de los árboles cuando con la mano del perverso consejo sustraen el tegumento de las buenas obras de la vida de los que crecen rectamente. A estos los despojan en algunos actos como a los árboles; a aquellos en cambio, porque los desprecian, los arrastran como a las hierbas, y como lo que pisan lo comen. La fortaleza de algunos que ya surge en lo alto la demuelen en parte; pero la ternura de algunos aun todavía puestos en lo ínfimo la trituran por completo. Diga pues: Mandaban hierbas, y cortezas de árboles, porque con perversas burlas disipaban en algunos las obras exteriores, pero en algunos los corazones que reverdecían por la esperanza.

31. Algunos se alimentan solo de la apariencia de la virtud, como de la corteza. O ciertamente mandar hierbas es imitar algunas cosas leves y tiernas de los antiguos padres. Pero comer las cortezas de los árboles es realizar sus obras solo en la superficie, pero no tener la intención recta en las mismas obras. Pues hay algunos que, mientras no pueden alcanzar la gloria del presente mundo por las acciones del mismo mundo, apetecen la apariencia de la santidad, toman el hábito de la veneración, desean ser vistos como imitadores de los antiguos padres, y realizan ciertamente algunas cosas pequeñas y leves, pero desprecian imitar sus cosas fuertes, y aquellas que brotan de la sola raíz de la caridad. Estos a saber comen hierbas, porque descuidan las cosas grandes y se sacian de las viles. Sin embargo, la mayor parte de las veces también ejercitan ciertas obras como más robustas, pero no tienen la intención recta en las mismas obras. Para los cuales, por cierto, mascar las cortezas de los árboles es asumir los actos exteriores de los electos, y no tener la intención buena en las buenas acciones. Pues mientras por la alabanza humana buscan obras rectas, pero descuidan imitar el corazón de los que obran rectamente, se llenan solo de las cortezas de los árboles. Pues con todo el deseo buscan la gloria de la vida presente, o la abundancia. De donde también rectamente se añade: Y la raíz de los enebros era su comida.

32. Prava actio quae delectat in culpa, pungit in poena. Intus enim quamvis per fidem positi, dum plerumeque avaritiae cogitationibus serviunt, quasi illud comedunt, unde in extremo vitae suppliciorum aspera proferuntur. Qui dum frugem divini eloquii non concupiscunt, sed ad rerum temporalium ambitum serviunt, nequaquam pane tritici, sed radice juniperi satiantur. Ipsa quippe eos ab imis atque infimis oborta occupant, quae illos more juniperi postmodum ex duritia retributionum velut ex asperitate foliorum pungant. Contemnentes namque Deum hic, minime sentiunt quantum sit mali quod agunt. Adhuc enim juniperi radicem comedunt, sed hujus radicis quam sint rami asperi non attendunt, quia nimirum prava actio modo quasi ex radice delectat in culpa, sed postmodum quasi ex ramis pungit in poena. Ubi et bene subjungitur: Qui de convallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.

33. In praesentis vitae convalle, magno clamore pro vili stipe saepe litigatur. In comparatione videlicet supernorum, omnis praesens vita convallis est. Hi autem quia sublimia montium, id est fortia acta sanctorum contemplari nesciunt, semper in oblectatione infima quasi in convallibus conversantur et dum quodlibet lucrum vel parvi stipendii inveniunt, cum 652 clamore currunt, quia hoc abstrahere etiam jurgando moliuntur. In convalle enim repertis singulis cum clamore currere, est subortis causarum occasionibus etiam pro parva stipe litigate. Plerumque autem quem sanctum bona actio ostentat, oborta terreni commodi occasio examinat. Videas namque nonnullis jam sublimia agere, jam in abstinentiae, jam in doctrinae opere patrum praecedentium exempla sectari; sed cum repente praesentis vitae lucrum quasi fructum convallis invenerint, ad hoc cum clamore currunt, quia dirupta ad illud superductae sanctitatis tranquillitate prosiliunt.

Quia igitur blandimenta hic transitoriae consolationis quaerunt, herbas comedunt, quia in cogitationibus suis exteriorem eorum gloriam meditantur, arborum cortices mandunt. Et quoniam in his omnibus soli avaritiae tota intentione deserviunt, radice juniperi replentur. Quae cuncta de convallibus rapiunt, quia ex amore hujus infimae et corruptibilis vitae immensis cupiditatibus inardescunt. Et cum singula reperiunt, ad ea cum clamoribus currunt, quia videlicet sanctorum patrum, quorum merita adipisci non quaerunt, loca atque regimina apprehendere satagunt; et cum tranquille nequeunt haec plerumque assequi, etiam dirupta concordiae pace moliuntur.

32. La acción perversa que deleita en la culpa, punza en la pena. Pues dentro, aunque puestos por la fe, mientras la mayor parte de las veces sirven a los pensamientos de la avaricia, comen como aquello de donde en el extremo de la vida se producen las asperezas de los suplicios. Quienes mientras no codician el fruto del divino elocuio, sino que sirven a la ambición de las cosas temporales, de ningún modo se sacian con el pan de trigo, sino con la raíz del enebro. Esas mismas cosas a saber los ocupan, nacidas de lo más profundo e ínfimo, que los punzarán después a modo de enebro por la dureza de las retribuciones como por la aspereza de las hojas. Pues despreciando a Dios aquí, mínimamente sienten cuán grande sea el mal que hacen. Todavía comen la raíz del enebro, pero no atienden cuán ásperos sean los ramos de esta raíz, porque sin duda la acción perversa ahora como desde la raíz deleita en la culpa, pero después como desde los ramos punza en la pena. Donde también bien se añade: Quienes arrebatando estas cosas de los valles, cuando hubieran encontrado cada una, corrían a ellas con clamor.

33. En el valle de la vida presente, a menudo se litiga con gran clamor por un vil estipendio. En comparación a saber de lo supremo, toda la vida presente es un valle. Estos, porque no saben contemplar la altura de los montes, esto es, los actos fuertes de los santos, siempre conversan en el deleite ínfimo como en valles; y mientras encuentran cualquier lucro aun de un pequeño estipendio, corren con 652 clamor, porque se esfuerzan en arrebatar esto incluso altercando. Pues correr con clamor a cada cosa encontrada en el valle es litigar incluso por un pequeño estipendio ante las ocasiones de las causas sobrevenidas. Sin embargo, la mayor parte de las veces, a quien una buena acción muestra como santo, la ocasión de la ventaja terrena sobrevenida lo examina. Pues verías a algunos ya hacer cosas sublimes, ya seguir los ejemplos de los padres precedentes en la obra de la abstencia, ya en la de la doctrina; pero cuando de repente han encontrado el lucro de la vida presente como el fruto del valle, corren a esto con clamor, porque rota la tranquilidad de la santidad que se les había sobreañadido, saltan hacia ello.

Porque pues buscan aquí los halagos de la consolación transitoria, comen hierbas, porque en sus pensamientos meditan la gloria exterior de aquellos, mascan las cortezas de los árboles. Y porque en todas estas cosas sirven solo a la avaricia con toda su intención, se llenan de la raíz del enebro. Todas las cuales cosas las arrebatan de los valles, porque por el amor de esta vida ínfima y corruptible se encienden en inmensos deseos. Y cuando encuentran cada una, corren a ellas con clamores, porque a saber se afanan en aprehender los lugares y regímenes de los santos padres, cuyos méritos no buscan alcanzar; y cuando no pueden alcanzar estos tranquilamente la mayor parte de las veces, se esfuerzan incluso rompiendo la paz de la concordia.

35. Quae justi despiciunt, ea maxime concupiscunt. Qui pro eo quod longe a patrum praecedentium actione disjuncti sunt, recte subjungitur: In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terrae, vel super glaream. In bona etenim parte recte torrentes, sanctos praedicatores accipimus, qui dum in praesenti vita divinis nobis eloquiis influunt, aquarum multitudine quasi in hieme colliguntur. Qui et aestivo sole adveniente se subtrahunt, quia cum aeternae patriae lux emicuerit, praedicare cessabunt. Horum torrentium deserta sunt vitae temporalis commoda. Ea namque deserunt, et ad lucra se coelestia adipiscedna convertunt. Cuncta autem haec torrens ille reliquerat, qui dicebat: Propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora (Phil. III, 8). Sed quia pravorum mentes ea in hac vita adipisci appetunt, quae despicientes justi derelinquunt, in desertis torrentium habitare referuntur. Illa enim quae sanctis indigna sunt, ipsi percipere pro magno concupiscunt. Cavernae autem terrae sunt cogitationes pravae, in quibus se ab humanis oculis abscondunt. Pravi quippe ut sunt ab hominibus videri refugiunt, dumque aliud quam sunt simulant, sese in conscientiae suae latibulis quasi in terrae cavernis occultant. Cuncta haec non agerent, nisi de aeterna et solida vita desperarent, nisi in hoc incerto temporalitatis animum figerent. Unde bene subditur: Vel super glaream.

36. Fluxis inhaerentes, ad ima devolvuntur. Glarea namque est vita praesens, quae indesinenter ad terminum suum ipso defectu mutabilitatis, quasi impulsu fluminis ducitur. Super glaream itaque habitare, et fluxui vitae praesentis inhaerere, et ibi intentionem ponere, ubi gressum nequeat fixe stando solidare. Est aliud in glarea quod nequaquam debeat tacendo praeteriri, quia cum pes in ejus superficie ponitur, ipsa ejus volubilitate labitur, atque ad ima devolvuntur. Cui videlicet rei in nullo discrepat vita pravorum, quia cum pro amore mundi aliqua student licita atque honesta agere, quasi planum in superficie pedem ponunt; sed repente pes ad ima labitur, quia eorum actio dum plura semper appetit, usque ad iniqua et illicita descendit. Cum ergo sancta Ecclesia hujus temporis contraria tolerat, ad vitam carnalium, quos adversarios sibi etiam in prosperis sustinuit, per memoriam recurrat, et quorum meritis haec patiatur agnoscat, dicens: In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terrae, vel super glaream.

35. Lo que los justos desprecian, eso ellos codician al máximo. Quienes por el hecho de que están disjuntos lejos de la acción de los padres precedentes, rectamente se añade: En los desiertos de los torrentes habitaban, y en las cavernas de la tierra, o sobre el cascajo. En buena parte pues rectamente aceptamos por torrentes a los santos predicadores, quienes mientras en la presente vida nos fluyen con divinos elocuios, se recogen como en invierno por la multitud de las aguas. Quienes también al llegar el sol estival se retiran, porque cuando la luz de la patria eterna haya brillado, cesarán de predicar. Los desiertos de estos torrentes son las ventajas de la vida temporal. Pues estas cosas las desertan, y se convierten para alcanzar los lucros celestiales. Pero todas estas cosas aquel torrente las había dejado, que decía: Por quien hice de todas las cosas un detrimento, y las juzgo como estiércol (Fil. 3, 8). Pero porque las mentes de los pravos apetecen alcanzar en esta vida aquellas cosas que los justos dejan despreciándolas, se mencionan habitar en los desiertos de los torrentes. Pues aquellas cosas que son indignas de los santos, ellos mismos codician percibirlas como algo grande. Las cavernas de la tierra pues son los pensamientos pravos, en los cuales se esconden de los ojos humanos. Pues los pravos, según son, rehúyen ser vistos por los hombres, y mientras simulan otra cosa de lo que son, se ocultan en los escondrijos de su conciencia como en las cavernas de la tierra. Todas las cuales cosas no harían, si no desesperaran de la vida eterna y sólida, si no fijaran el ánimo en este incierto de la temporalidad. De donde bien se añade: O sobre el cascajo.

36. Inherentes a lo que fluye, son de vueltos hacia lo ínfimo. Cascajo es pues la vida presente, que incesantemente es conducida a su término por el mismo defecto de la mutabilidad, como por el impulso de un río. Habitar sobre el cascajo pues es tanto adherirse al flujo de la vida presente, como poner allí la intención, donde el paso no pueda solidificarse permaneciendo fijo. Hay otra cosa en el cascajo que de ningún modo debe pasarse por alto en silencio, porque cuando el pie se pone en su superficie, ella misma por su volubilidad resbala, y es devuelto hacia lo ínfimo. De cuya cosa por cierto en nada discrepa la vida de los pravos, porque cuando por el amor del mundo se dedican a hacer algunas cosas lícitas y honestas, ponen como el pie plano en la superficie; pero de repente el pie resbala hacia lo ínfimo, porque la acción de ellos, mientras siempre apetece más cosas, desciende hasta las inicuas e ilícitas. Cuando por tanto la santa Iglesia tolera los contrarios de este tiempo, recurra por la memoria a la vida de los carnales, a quienes sostuvo como adversarios para sí aun en las cosas prósperas, y reconozca por cuyos méritos padece estas cosas, diciendo: En los desiertos de los torrentes habitaban, y en las cavernas de la tierra, o sobre el cascajo.

Quia enim patrum doctrina destituti sunt, in desertis torrentium, quia in occultis se cogitationibus tegunt, in cavernis terrae, quia vero in praesentis saeculi mobilitate intentionem suam figere appetunt, super glaream habitare referuntur. Sed utinam tales, quia peccata nolunt impugnare tentantia, flendo tergerent vel commissa! utinam mala sua saltem perpetrata cognoscerent, atque sterili ficulneae cophinum stercoris, id est infructuosae menti pinguedinem lamentationis admoverent!

[Vet. XV]. 37. Malum quod agimus oculo mentis obicem ponit. Sed habet hoc plerumque humanus animus proprium, quod mox ut in culpam labitur, a sui adhuc longius cognitione separetur. Hoc ipsum namque malum quod agit menti se obicem ante oculum rationis interserit. Unde fit ut anima prius voluntariis tenebris obsessa postmodum bonum jam nec quod quaerat agnoscat. Quanto enim magis malis adhaeret, tanto minus intelligit bona quae perdit. Lux quippe veritatis quia subtiliter reproborum culpas examinat, quo habita negligitur, eo permittit districtius judicans, ut nec amissa requiratur; et cum ab actu repellitur, fugit a sensu, ut cujus quasi facies in opere contemnitur, ejus per recordationem jam nec terga videantur. Hinc itaque est quod reprobi subjecti flendis sceleribus gaudent, de quibus per Salomonem dicitur: Qui laetantur cum malefecerint, et exsultant in rebus pessimis (Prov. II, 14). Hinc est quod lacrymarum causas tripudiantes peragunt; hinc est quod mortis suae negotium ridentes exsequuntur. Unde hic quoque apte subjungitur:

Caput XV

[Rec. XVI].

VERS. 7.---Qui inter hujuscemodi laetabantur, et esse sub sentibus delicias computabant.

38. In transitoriis laetantes, gravibus curis affliguntur.---Inter hujuscemodi laetantur, quia nimirum attendunt transitoria quae percipiunt, et intueri negligunt permanentia bona quae perdunt. Cumque amore temporalium flagrant, veram laetitiam volentes ignorant. Quam si studiose cognoscere quaererent, quam flenda sint gaudia quae appetunt viderent. Sed dum meliora scire contemnunt, sola sibi velut summa eligunt, quae visibiliter oculis fugaci seductione blandiuntur. Visibilia scilicet sequentes cor figunt; et tanto extrinsecus gaudent, quanto recordationem sui intrinsecus non habent.

Porque pues están destituidos de la doctrina de los padres, se mencionan habitar en los desiertos de los torrentes; porque se cubren en los ocultos pensamientos, en las cavernas de la tierra; porque en cambio apetecen fijar su intención en la movilidad del presente siglo, sobre el cascajo. ¡Pero ojalá tales hombres, ya que no quieren impugnar los pecados que los tientan, al menos borraran llorando lo cometido! ¡Ojalá al menos reconocieran sus males perpetrados, y aplicaran a la higuera estéril el cesto de estiércol, esto es, a la mente infructuosa la gordura de la lamentación!

[Vet. XV]. 37. El mal que hacemos pone un óbice al ojo de la mente. Pero tiene esto la mayor parte de las veces el ánimo humano por propio: que tan pronto como cae en la culpa, se separa todavía más lejos del conocimiento de sí mismo. Pues este mismo mal que hace se interpone a la mente como un óbice ante el ojo de la razón. De donde resulta que el alma, primero obsesionada por las tinieblas voluntarias, después ya ni siquiera reconozca el bien que busque. Pues cuanto más se adhiere a los males, tanto menos entiende los bienes que pierde. Pues la luz de la verdad, porque examina con sutileza las culpas de los réprobos, por cuanto tenida se descuida, por tanto permite juzgando más estrechamente, que ni lo perdido se requiera; y cuando es repelida del acto, huye del sentido, para que de aquella cuya cara como que se desprecia en la obra, ya ni sus espaldas se vean por la recordación. De aquí pues es que los réprobos sujetos a crímenes llorables se gozan, de los cuales se dice por Salomón: Que se alegran cuando han hecho el mal, y se regocijan en las cosas peores (Prov. 2, 14). De aquí es que realizan las causas de las lágrimas bailando; de aquí es que ejecutan el negocio de su muerte riendo. De donde aquí también aptamente se añade:

Capítulo XV

[Rec. XVI].

VERSÍCULO 7. --- Que se alegraban entre tales cosas, y computaban por delicias estar bajo las zarzas.

38. Alegrándose en lo transitorio, son afligidos por graves cuidados. --- Se alegran entre tales cosas, porque ciertamente atienden a las cosas transitorias que perciben, y descuidan mirar los bienes permanentes que pierden. Y mientras arden con el amor de lo temporal, ignoran queriendo la verdadera alegría. La cual, si buscaran conocer estudiosamente, verían cuán dignos de ser llorados son los gozos que apetecen. Pero mientras desprecian saber cosas mejores, eligen para sí solas, como si fueran lo supremo, aquellas cosas que visiblemente halagan a los ojos con fugaz seducción. Siguiendo ciertamente lo visible, fijan el corazón; y tanto se gozan exteriormente, cuanto no tienen recordación de sí mismos interiormente.

Miscentur tamen eorum gaudiis plerumque tribulationes, atque ex rebus ipsis ex quibus superbiunt flagellantur. Neque enim sine gravibus curarum molestiis possunt temporalia quae appetunt, vel non habita quaerere, vel quaesita servare, inter aequales praestantiorem gloriam appetere, a minoribus reverentiam plus quam oportet exigere, et minus quam debent eamdem majoribus exhibere; plerumque potentiam per impotentiam ostendere; semper prava agere, et tamen ne opinionem pravitatis habeant, formidolose custodire. Haec profecto omnia miseros pungunt, sed easdem punctiones ipso rerum temporalium victi amore non sentiunt. Unde et recte nunc dicitur: Et esse sub sentibus delicias computabant, quia peccatorum delectationibus pressi, ex affectu vitae praesentis quam sint aspera quae patiuntur ignorant.

39. Delicias aestimant manere sub sentibus.---Laetantur itaque, sed sub sentibus, quia rebus quidem temporalibus gaudent, sed tamen dum dispensare sine tribulatione eadem temporalia non valent, ea cura punguntur miseri qua premuntur. Manent sub sentibus, et hoc ipsum delicias aestimant, quia et dura quidem ex praesentis vitae amore tolerant, et tamen affectu nimiae cupiditatis obligati, laborem ejusdem tolerantiae voluptatem putant. Unde recte Jeremias totius in se humanae conversationis speciem sumens, per lamentum queritur, dicens: Inebriavit me absynthio (Thren. III, 15). Ut enim in superiori jam parte praediximus (Lib. VII, n. 25), ebrius quisque quod patitur nescit. Qui vero absynthio debriatur, et hoc quod sumpsit amarum est, et tamen non intelligit eamdem amaritudinem qua repletur. Humanum igitur genus recto Dei judicio in voluptatibus suis sibi dimissum, atque per easdem voluptates spontaneis tribulationibus traditum, absynthio est ebrium, quia et amara sunt quae pro hujus vitae amore tolerat, et tamen eamdem amaritudinem caecitate cupiditatis quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Mundi enim gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum est quod bibit. Sed quia hoc nimis inhianter sumpsit, ejusdem amaritudinis malum discernere jam prae ipsa ebrietate non sufficit. [Vet. XVI.] Amant enim perversi homines pro hujus mundi gloria etiam tribulationes, cunctisque pro ea sudoribus libenter serviunt, et gravium laborum jugo devotissime colla submittunt. Quod bene sub Ephraïm specie Osee prophetante describitur, qui ait: Ephraim vitula docta diligere trituram (Osee X, 11).

Se mezclan sin embargo con sus gozos la mayor parte de las veces las tribulaciones, y son azotados por las cosas mismas de las cuales se enorgullecen. Pues ni pueden, sin las graves molestias de los cuidados, o buscar las cosas temporales que apetecen cuando no las tienen, o conservar las buscadas, o apetecer una gloria más excelente entre sus iguales, o exigir de los menores más reverencia de la que conviene, o exhibir la misma a los mayores menos de lo que deben; la mayor parte de las veces mostrar la potencia a través de la impotencia; hacer siempre cosas pravas, y sin embargo, para no tener opinión de pravidad, custodiarse temerosamente. Todas estas cosas por cierto punzan a los míseros, pero no sienten esas mismas punciones, vencidos por el amor de las cosas temporales mismas. De donde también rectamente se dice ahora: Y computaban por delicias estar bajo las zarzas, porque oprimidos por las deleitaciones de los pecados, por el afecto de la vida presente ignoran cuán ásperas son las cosas que padecen.

39. Estiman ser una delicia permanecer bajo las zarzas. --- Se alegran por tanto, pero bajo las zarzas, porque se gozan ciertamente en las cosas temporales, pero sin embargo, mientras no pueden dispensar esas mismas cosas temporales sin tribulación, son punzados los míseros por aquel cuidado por el cual son oprimidos. Permanecen bajo las zarzas, y estiman esto mismo por delicias, porque tanto toleran cosas duras por cierto por el amor de la vida presente, como sin embargo, ligados por el afecto de la excesiva codicia, piensan que el trabajo de esa misma tolerancia es placer. De donde rectamente Jeremías, tomando en sí la figura de toda la conversación humana, se queja por el lamento, diciendo: Me embriagó con ajenjo (absynthio) (Lam. 3, 15). Pues como ya dijimos antes en la parte superior (Lib. VII, n. 25), todo borracho no sabe lo que padece. Pero el que se embriaga con ajenjo, tanto lo que tomó es amargo, como sin embargo no entiende esa misma amargura de la cual está lleno. El género humano pues, por el recto juicio de Dios, dejado a sí mismo en sus placeres, y entregado a través de esos mismos placeres a espontáneas tribulaciones, está ebrio de ajenjo, porque son amargas las cosas que tolera por el amor de esta vida, y sin embargo ignora esa misma amargura por la ceguera de la codicia como por la insensibilidad de la embriaguez. Pues sediento de la gloria del mundo, mientras encuentra muchas tribulaciones por ella, amargo es lo que bebe. Pero porque tomó esto demasiado ávidamente, ya no basta para discernir el mal de esa misma amargura ante la embriaguez misma. [Vet. XVI.] Pues los hombres perversos aman incluso las tribulaciones por la gloria de este mundo, y sirven gustosamente con todos los sudores por ella, y someten devotísimamente los cuellos al yugo de graves trabajos. Lo cual se describe bien bajo la especie de Efraín por Oseas profetizando, quien dice: Efraín es una becerra enseñada a amar la trilla (Os. 10, 11).

Vitula enim triturae laboribus assueta, relaxata plerumque ad eumdem laboris usum etiam non compulsa revertitur. Ita pravorum mens hujus mundi servitiis dedita, et rerum temporalium fatigationibus assueta, etiamsi sibi libere vacare liceat, subesse tamen terrenis laboribus festinat, et usum miserae conversationis trituram laboris quaerit, ut a jugo mundanae servitutis cessare non libeat, etiam si liceat. Quod videlicet jugum Dominus a discipulorum cervice solvebat, cum dixit: Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate (Luc. XXI, 34), illico adjunxit: Et in curis hujus vitae; et superveniat in vos repentina dies illa. Et rursus: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde (Matth. XI, 28). Quid est enim Domino mitem se in magisterio atque humilem dicere, nisi relictis exercendae elationis difficultatibus plana quaedam bene vivendi itinera demonstrare? Sed quia pravorum mentes plus per aspera elationis quam per blanda humilitatis ac mansuetudinis delectantur, esse sub sentibus delicias deputant. Dura enim prae amore saeculi quasi quaedam mollia ac delectabilia ferre parati sunt, dum in hac vita rerum culmina apprehendere conantur.

40. Asperitate laboris magis, quam quietis dulcedine, delectantur.---Cessationem Dominus a mundi laboribus imperat, sanctae quietis dulcedinem persuadet; et tamen vaesana iniquorum mens plus se assequi aspera carnaliter quam tenere blanda spiritualiter gaudet, plus acerbitate fatigationis quam quietis dulcedine pascitur. Quod aperte in semetipso nobis Israeliticus populus ostendit (Exod. XVI, 3), qui dum refectionem mannae desuper perciperet, ab Aegypto ollas carnium, pepones, porros, cepasque concupivit. Quid enim signatur in manna, nisi esca gratiae, suave sapiens, ad refectionem interioris vitae bene vacantibus desuper data? Et quid per ollas carnium, nisi carnalia opera, vix tribulationum laboribus quasi ignibus excoquenda? Quid per pepones, nisi terrenae dulcedines? Quid per porros ac cepas exprimitur, quae plerumque qui comedunt, lacrymas emittunt, nisi difficultas vitae praesentis, quae a dilectoribus suis et non sine luctu agitur, et tamen cum lacrymis amatur?

Pues la becerra acostumbrada a los trabajos de la trilla, soltada la mayor parte de las veces vuelve al mismo uso del trabajo incluso sin ser compelida. Así la mente de los pravos, dada a los servicios de este mundo, y acostumbrada a las fatigas de las cosas temporales, aunque le sea lícito vacar libremente para sí, sin embargo se apresura a estar bajo los trabajos terrenales, y busca la trilla del trabajo como uso de una mísera conversación, de modo que no le plazca cesar del yugo de la servidumbre mundana, aunque sea lícito. El cual yugo por cierto el Señor soltaba de la cerviz de los discípulos, cuando dijo: Atended a vosotros, no sea que tal vez se graven vuestros corazones en la glotonería y la embriaguez (Lc. 21, 34), e inmediatamente añadió: Y en los cuidados de esta vida; y sobrevenga en vosotros repentino aquel día. Y de nuevo: Venid a Mí todos los que trabajáis y estáis cargados, y Yo os refrescaré. Tomad Mi yugo sobre vosotros, y aprended de Mí, que soy manso y humilde de corazón (Mt. 11, 28). ¿Qué es pues el decir el Señor que es manso en el magisterio y humilde, sino demostrar unos caminos llanos de vivir bien, dejadas atrás las dificultades de ejercitar la elación? Pero porque las mentes de los pravos se deleitan más a través de las cosas ásperas de la elación que por las suaves de la humildad y la mansedumbre, consideran ser delicias estar bajo las zarzas. Pues están dispuestos a llevar cosas duras como si fueran algunas suaves y deleitables por el amor del siglo, mientras intentan aprehender en esta vida las cumbres de las cosas.

40. Se deleitan más por la aspereza del trabajo que por la dulzura del descanso. --- El Señor manda la cesación de los trabajos del mundo, persuade a la dulzura del santo descanso; y sin embargo la mente insana de los inicuos se goza más en seguir cosas ásperas carnalmente que en mantener cosas suaves espiritualmente, se alimenta más por la acritud de la fatiga que por la dulzura del descanso. Lo cual claramente nos mostró en sí mismo el pueblo israelita (Ex. 16, 3), el cual, mientras percibía el refresco del maná desde lo alto, concupisció de Egipto las ollas de las carnes, los melones, los puerros y las cebollas. ¿Qué se significa en el maná, sino el alimento de la gracia, de suave sabor, dado desde lo alto para el refresco de la vida interior a los que bien vacan? ¿Qué por las ollas de las carnes, sino las obras carnales, apenas cocidas por los trabajos de las tribulaciones como por fuegos? ¿Qué por los melones, sino las dulzuras terrenas? ¿Qué se expresa por los puerros y las cebollas, que la mayor parte de las veces quienes los comen emiten lágrimas, sino la dificultad de la vida presente, la cual por sus amadores se pasa no sin luto, y sin embargo se ama con lágrimas?

Manna igitur deserentes, cum peponibus ac carnibus porros cepasque quaesierunt, quia videlicet perversae mentes dulcia per gratiam quietis dona despiciunt, et pro carnalibus voluptatibus laboriosa hujus vitae itinera, etiam lacrymis plena, concupiscunt; contemnunt habere ubi spiritualiter gaudeant, et desideranter appetunt, ubi et carnaliter gemant. Horum itaque vecordiam veridica voce Job reprehendat, quia nimirum perverso judicio, perturbata tranquillis, dura lenibus, aspera mitibus, transitoria aeternis, suspecta securis anteponunt. Horum vecordiae sancta Ecclesia recordetur, cum saevis extrinsecus adversitatibus premitur, quos intra se velut fideles continuit, sed eorum vitam adversantem fidei diu toleravit, et dicat: Qui inter hujuscemodi laetabantur, et esse sub sentibus delicias computabant, quia nimirum mala quae agunt ex iniquorum praecedentium pravitate didicerunt. Unde et recte subjungitur:

Caput XVI

[Vet. XVII].

VERS. 8.---Filii stultorum et ignobilium.

41. Duplex est stultitia; alia summae nobilitati conjuncta.---Sciendum nobis est quod alii intra sanctam Ecclesiam vocantur stulti, sed tamen nobiles, alii vero sunt stulti et ignobiles. Stulti namque dicuntur, sed esse ignobiles nequeunt, qui carnis prudentiam contemnentes, profuturam sibi stultitiam appetunt, et ad novitatem internae prolis virtutis nobilitate sublevantur; qui stultam sapientiam mundi despiciunt, et sapientem Dei stultitiam concupiscunt. Scriptum quippe est: Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus (I Cor. I, 25). Hanc nos stultitiam Paulus comprehendere admonet, dicens: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens (Ibid., III, 18). Hanc stultitiam qui perfecte secuti sunt, voce sapientiae audire meruerunt: Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. XIX, 28). Ecce relinquentes temporalia gloriam potestatis aeternae mercati sunt. Quid itaque in hoc mundo stultius quam sua deserere?

Dejando pues el maná, buscaron con los melones y las carnes los puerros y las cebollas, porque ciertamente las mentes perversas desprecian los dulces dones por la gracia del descanso, y por los placeres carnales concupiscen los laboriosos caminos de esta vida, incluso llenos de lágrimas; desprecian tener donde espiritualmente se gocen, y deseosamente apetecen donde también carnalmente giman. Reprenda pues Job la locura de estos con verídica voz, porque ciertamente por un juicio perverso anteponen lo perturbado a lo tranquilo, lo duro a lo leve, lo áspero a lo manso, lo transitorio a lo eterno, lo sospechoso a lo seguro. Recuerde la santa Iglesia la locura de estos, cuando es oprimida desde fuera por crueles adversidades, a quienes contuvo dentro de sí como si fueran fieles, pero toleró por mucho tiempo su vida adversa a la fe, y diga: Que se alegraban entre tales cosas, y computaban por delicias estar bajo las zarzas, porque ciertamente los males que hacen los aprendieron de la pravidad de los inicuos precedentes. De donde también rectamente se añade:

Capítulo XVI

[Vet. XVII].

VERSÍCULO 8. --- Hijos de necios y de innobles.

41. Doble es la estulticia; una conjunta a la suma nobleza. --- Debemos saber que otros dentro de la santa Iglesia son llamados necios, pero sin embargo nobles, otros en cambio son necios e innobles. Pues se dicen necios, pero no pueden ser innobles, quienes despreciando la prudencia de la carne, apetecen la estulticia que les ha de ser provechosa, y son elevados a la novedad de una prole interna por la nobleza de la virtud; quienes desprecian la estulta sabiduría del mundo, y concupiscen la sabia estulticia de Dios. Escrito está por cierto: Porque lo necio de Dios es más sabio que los hombres (1 Cor. 1, 25). Pablo nos amonesta a comprender esta estulticia, diciendo: Si alguno entre vosotros parece ser sabio en este siglo, hágase necio para que sea sabio (Ibíd. 3, 18). Quienes perfectamente siguieron esta estulticia, merecieron oír por la voz de la Sabiduría: Vosotros que me habéis seguido, en la regeneración, cuando se siente el Hijo del hombre en la sede de su majestad, os sentaréis también vosotros sobre doce tronos, juzgando a las doce tribus de Israel (Mt. 19, 28). He aquí que dejando lo temporal, compraron la gloria de la potestad eterna. ¿Qué pues hay en este mundo más necio que desertar de lo suyo?

And what in eternity more noble than to come as judges with God? Horum scilicet judicum nobilitas Salomone attestante memoratur, cum hoc quod jam praefatus sum dicitur: Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terrae (Prov. XXXI, 23). Valde quippe nobiles considerat, quos senatores vocat. Hanc in se nobilitatem Paulus aspexerat, cum cognationi conditoris per spiritum junctus dicebat: Genus ergo cum simus Dei, non debemus aestimare auro, vel argento aut lapidi sculpturae artis, et cogitationi hominis divinum esse simile (Act. XVII, 29). Genus videlicet Dei dicimur, non ex ejus natura editi, sed per spiritum illius, et voluntarie conditi, et adoptive recreati. Tanto ergo ad hanc nobilitatem quisque erigitur, quanto per acceptam imaginem ad similitudinem illius ex imitatione renovatur.

42. Alia ignobilis, qua superna sapientia relinquitur.---At contra sunt stulti et ignobiles, qui dum supernam sapientiam, semetipsos sequentes, fugiunt, in sua ignorantia quasi in abjectae prolis vilitate sopiuntur. Quo enim id ad quod conditi sunt, non intelligunt, eo etiam cognationem acceptae per imaginem generositatis perdunt. Stulti sunt ergo et ignobiles, quos ab aeternae haereditatis consortio repellit servitus mentis. Scriptum quippe est: Omnis qui facit peccatum, servus est peccati (Joan. VIII, 34). Et voce egregii praedicatoris dicitur: Sapientia hujus mundi, stultitia est apud Deum (I Cor. III, 19). Qui ergo dum terrena saperent ab intima generositate repulsi sunt, stulti simul et ignobiles fuerunt. Quorum dum plerique actus imitantur, filii stultorum et ignobilium fiunt; dumque eos sensibus ac moribus sequuntur, et stulti sunt, quia veram sapientiam non intelligunt, et ignobiles, quia nulla spiritus libertate renovantur. Sed hi quamvis iniquorum actus exerceant, plerumque tamen in hac vita occupant loca justorum, atque eorum se filios aestimant quorum per honoris concupiscentiam officia exterius administrant. Quos sancta correptio ad cognitionem sui revocat, ut, videlicet, in pravis desideriis positi, quorum sint filii attendant. Non enim eorum sunt filii quorum loca tenent, sed quorum opera exercent. Dicatur igitur recte: Filii stultorum et ignobilium. Ubi apte subjungitur:

CAPUT XVII.

IBID.---Et in terra penitus non parentes.

¿Y qué en la eternidad más noble que venir como jueces con Dios? La nobleza de estos jueces por cierto se recuerda con el testimonio de Salomón, cuando se dice aquello que ya he mencionado: Noble en las puertas el varón de ella, cuando se siente con los senadores de la tierra (Prov. 31, 23). Pues considera muy nobles por cierto a quienes llama senadores. Esta nobleza había visto Pablo en sí mismo, cuando unido por el espíritu al parentesco del Creador decía: Siendo pues linaje de Dios, no debemos estimar que lo divino sea semejante al oro, o a la plata, o a la piedra de escultura del arte, y al pensamiento del hombre (Hch. 17, 29). Pues somos llamados linaje de Dios, no como editados de su naturaleza, sino por el espíritu de aquel, y voluntariamente creados, y adoptivamente recreados. Por tanto, tanto más se eleva cada uno a esta nobleza, cuanto por la imagen recibida se renueva por la imitación a la semejanza de aquel.

42. Otra es la innoble, por la cual se deja la sabiduría suprema. --- Pero al contrario hay necios e innobles, que mientras huyen de la sabiduría suprema, siguiéndose a sí mismos, se adormecen en su ignorancia como en la vileza de una prole abyecta. Pues por cuanto no entienden aquello para lo cual fueron creados, por tanto también pierden el parentesco de la generosidad recibida por la imagen. Son necios pues e innobles, a quienes la servidumbre de la mente repele del consorcio de la eterna herencia. Escrito está por cierto: Todo el que comete pecado, esclavo es del pecado (Jn. 8, 34). Y por la voz del egregio predicador se dice: La sabiduría de este mundo, estulticia es ante Dios (1 Cor. 3, 19). Quienes pues, mientras sabían de las cosas terrenas fueron repelidos de la generosidad íntima, fueron necios a la vez e innobles. Mientras muchísimos imitan los actos de estos, se hacen hijos de necios y de innobles; y mientras los siguen en sentidos y costumbres, tanto son necios, porque no entienden la verdadera sabiduría, como innobles, porque no se renuevan por ninguna libertad del espíritu. Pero estos, aunque ejerzan los actos de los inicuos, la mayor parte de las veces sin embargo en esta vida ocupan los lugares de los justos, y se estiman hijos de aquellos cuyos oficios administran exteriormente por la concupiscencia del honor. A quienes la santa corrección revoca al conocimiento de sí mismos, para que, puestos ciertamente en deseos pravos, atiendan de quiénes son hijos. Pues no son hijos de aquellos cuyos lugares tienen, sino de aquellos cuyas obras ejercen. Dígase pues rectamente: Hijos de necios y de innobles. Donde aptamente se añade:

CAPÍTULO XVII.

IBÍDEM. --- Y en la tierra no apareciendo en absoluto.

43. Stulti sunt et ignobiles, quos Deus nescire profitetur. Multi veritatem cognoscendo premunt, non tangunt.---Sicut enim plerique in terra sunt, et a cognitione hominum abjectione vilitatis suae quasi quadam superductione velaminis absconduntur, ita sunt nonnulli in Ecclesia qui dum se abjectioni pravorum operum subdunt, divino conspectui noti non sunt. Quibus et quandoque dicendum est: Amen dico vobis, nescio vos (Matth. XXV, 12). Esse ergo in terra et apparere, est in fide recta per virtutem operis nobilitatem mentis ostendere. Esse vero in terra et penitus non apparere, et in Ecclesia quidem fide consistere, sed nil dignum fidei in opere demonstrare. Hi itaque intra sanctam Ecclesiam divinitatis oculis et videntur per judicium, et tamen per bonae vitae meritum non videntur, quia ea quae confitendo tenent, vivendo non exhibent. De quibus Paulus dicit: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant (Tit. I, 16). Hi in sancta Ecclesia fidem quam tenere se asserunt premunt potius quam venerantur, dum sua magis illius nomine quam ejus adipisci lucra concupiscunt. [Vet. XVIII]. Electi autem dum servare fidei meritum rectis operibus curant, ad auctoris sui notitiam etiam inter reproborum tumultus appropinquant. Quod bene in Evangelio muliere sanguinis fluxu laborante signatum est, de qua cum Dominus diceret: Quis me tetigit (Luc. VIII, 45)? Petrus ratiocinando respondit: Turbae te comprimunt et affligunt, et dicis: Quis me tetigit? Sed audire causas verae rationis meruit, cum ei Dominus dixit: Tetigit me aliquis, nam et ego novi virtutem exisse de me. Ecce turbae premebant Dominum, sed tamen sola tetigit quae ad illum humiliter venit, quia nimirum multi etiam in sancta Ecclesia reprobi veritatem cognoscendo premunt, quam bene vivendo tangere negligunt. Premunt, et longe sunt, quia divinam notitiam professionibus sequuntur, moribus fugiunt. Premunt, inquam, sed longe sunt, quia eidem fidei, quam loquendo astruunt, agendo contradicunt. Sicut ergo hoc testimonio docemur quia nonnulli Dominum tangendo non tangunt, ita nonnulli non videntur a Domino etiam cum videntur, quia occultis ejus obtutibus et ad damnationis supplicium apparent, et ad electionis meritum non apparent. Dicatur igitur recte: Et in terra penitus non parentes, quia etsi illos specie tenus Ecclesia tenuit, eos tamen intra illam conditor quasi non vidit quos ignoravit. Qui tranquillitatis tempore idcirco fidem verbo tenus tenent, quia eamdem fidem florere generaliter vident. Sed cum repentina contra illam procella adversitatis oboritur, mox ab ea negatione publica disjunguntur, et quidquid prius quasi venerantes tenuerant, contra hoc postmodum deridentes pugnant. Unde apte subditur:

43. Son necios e innobles, a quienes Dios profesa no conocer. Muchos conociendo la verdad la oprimen, no la tocan. --- Pues así como muchísimos están en la tierra, y son escondidos del conocimiento de los hombres por la abyección de su vileza como por una cierta superducción de un velo, así hay algunos en la Iglesia que mientras se someten a la abyección de las obras pravas, no son conocidos a la divina vista. A quienes también alguna vez se ha de decir: En verdad os digo, no os conozco (Mt. 25, 12). Estar pues en la tierra y aparecer, es mostrar la nobleza de la mente por la virtud de la obra en la recta fe. Pero estar en la tierra y no aparecer en absoluto, es consistir ciertamente en la fe en la Iglesia, pero no demostrar nada digno de la fe en la obra. Estos pues dentro de la santa Iglesia tanto son vistos por los ojos de la divinidad por el juicio, como sin embargo no son vistos por el mérito de la buena vida, porque aquellas cosas que mantienen confesando, no las exhiben viviendo. De los cuales dice Pablo: Confiesan que conocen a Dios, pero con los hechos lo niegan (Tit. 1, 16). Estos en la santa Iglesia oprimen más que veneran la fe que aseguran tener, mientras desean adquirir sus propias ganancias más en el nombre de aquel que las de aquel mismo. [Vet. XVIII]. En cambio los electos, mientras cuidan de conservar el mérito de la fe con obras rectas, se aproximan a la noticia de su autor incluso entre los tumultos de los réprobos. Lo cual bien se significó en el Evangelio en la mujer que trabajaba con flujo de sangre, de la cual cuando el Señor dijera: ¿Quién me tocó? (Lc. 8, 45), Pedro respondió razonando: Las turbas te comprimen y afligen, ¿y dices: quién me tocó? Pero mereció oír las causas de la verdadera razón, cuando el Señor le dijo: Alguien me tocó, pues yo conocí que salió virtud de mí. He aquí que las turbas oprimían al Señor, pero sin embargo sola tocó la que a él humildemente vino, porque ciertamente muchos réprobos incluso en la santa Iglesia conociendo la verdad la oprimen, la cual descuidan tocar viviendo bien. Opriman, y lejos están, porque siguen la noticia divina por las profesiones, huyen de ella por las costumbres. Opriman, digo, pero lejos están, porque contradicen actuando esa misma fe que construyen hablando. Así pues por este testimonio somos enseñados que algunos tocando al Señor no lo tocan, así algunos no son vistos por el Señor incluso cuando son vistos, porque a sus ocultos ojos tanto aparecen para el suplicio de la condenación, como no aparecen para el mérito de la elección. Dígase pues rectamente: Y en la tierra no apareciendo en absoluto, porque aunque la Iglesia los tuvo en cuanto a la especie, sin embargo el Creador dentro de ella como que no vio a aquellos a quienes no conoció. Quienes en tiempo de tranquilidad por tanto mantienen la fe en cuanto a la palabra, porque ven que la misma fe florece generalmente. Pero cuando surge contra ella una repentina tormenta de adversidad, pronto son disjuntos de ella por la negación pública, y lo que antes habían mantenido como venerando, contra esto después luchan riendo. De donde aptamente se añade:

Caput XVIII

[Res. XVII].

VERS. 9.---Nunc in eorum canticum versus sum, et factus sum eis proverbium.

44. Iniquis crescentibus, fides in opprobrium, et veritas in crimen erit.---Quibus videlicet verbis illud sanctae Ecclesiae tempus exprimitur, quo publice a reprobis irridetur, quando iniquis crescentibus, in opprobrium fides, et veritas erit in crimen. Tanto quippe despectior unusquisque erit, quanto justior esse potuerit; tanto abominabilis, quanto laudabilis. Sancta itaque electorum Ecclesia afflictionis tempore proverbium pravis efficitur, quia cum bonos mori per tormenta conspiciunt, ab eis similitudinem maledictionis sumunt. Quo enim transitoriam mortem vident, sed permanentem vitam non vident; tanto magis deridendo mala praesentia fugiunt, quanto per intellectum intrisecus ad bona permanentia non pertingunt. Sed ea quae subjuncta sunt, quia obscurioribus sententiis implicata non sunt, debemus sub brevitate transcurrere, ut ad ea in quibus laborandum est valeamus citius pervenire. Sequitur:

CAPUT XIX.

VERS. 10.---Abominantur me, et longe fugiunt a me, et faciem meam conspuere non verentur.

45. Iniquorum irrisionibus non dejicitur sed erigitur et crescit Ecclesia.---Longe a sancta Ecclesia fugiunt omnes iniqui non passibus gresuum, sed qualitatibus morum; longe fugiunt non loco, sed merito; dum, crescente superbia, aperta eam exprobratione contemnunt. Faciem namque ejus conspuere est non tantum in absentia bonis detrahere, sed unumquemque justum etiam in praesentia confutare. Quos tunc pravi dum aperte irridendo despiciunt, in eorum contumeliis fluxa verba quasi defluentes salivas emittunt. [Vet. XIX.] Sed scit sancta Ecclesia in passionibus crescere, atque inter opprobria honorabilem vitam tenere; scit nec de adversis dejici, nec de prosperis gloriari; novit contra prospera mentem suam in dejectione sternere, novit contra adversa animum ad spem superni culminis exaltare; scit bona sua misericordiae Redemptoris, scit mala sua justitiae tribuere judicis; quod et bona illo largiente habeat, et mala illo permittente patiatur. Unde et mox de Domino subjungit, dicens:

CAPUT XX.

VERS. 11.---Pharetram enim suam aperuit, et afflixit me.

Capítulo XVIII

[Res. XVII].

VERS. 9.---Ahora me he convertido en su cantar, y he pasado a ser su proverbio.

44. Al crecer los inicuos, la fe será para oprobio, y la verdad para crimen.---Con cuyas palabras ciertamente se expresa aquel tiempo de la santa Iglesia, en el cual es públicamente escarnecida por los réprobos, cuando al crecer los inicuos, la fe sea para oprobio, y la verdad sea para crimen. Pues tanto más despreciable será cada uno, cuanto más justo haya podido ser; tanto más abominable, cuanto más laudable. Así pues, la santa Iglesia de los electos en el tiempo de la aflicción se convierte en proverbio para los malos, porque cuando contemplan a los buenos morir por los tormentos, toman de ellos una similitud de maldición. Pues por cuanto ven la muerte transitoria, pero no ven la vida permanente; tanto más huyen de los males presentes escarneciéndolos, cuanto por el entendimiento no alcanzan intrínsecamente los bienes permanentes. Pero las cosas que se han añadido, porque no están implicadas en sentencias más oscuras, debemos recorrerlas con brevedad, para que podamos llegar más pronto a aquellas en las que se ha de trabajar. Sigue:

CAPÍTULO XIX.

VERS. 10.---Me abominan, y huyen lejos de mí, y no temen escupir mi rostro.

45. La Iglesia no es abatida sino que es erigida y crece por las burlas de los inicuos.---Lejos de la santa Iglesia huyen todos los inicuos no con los pasos de sus pies, sino por las cualidades de sus costumbres; huyen lejos no por el lugar, sino por el mérito; mientras, al crecer la soberbia, la desprecian con abierta exprobración. Pues escupir su rostro es no solo calumniar a los buenos en su ausencia, sino también refutar a cada justo incluso en su presencia. A quienes entonces los malos, mientras los desprecian burlándose abiertamente, emiten en sus contumelias palabras fluidas como salivas que fluyen. [Vet. XIX.] Pero sabe la santa Iglesia crecer en las pasiones, y mantener una vida honorable entre los oprobios; sabe ni ser abatida por las cosas adversas, ni gloriarse de las prósperas; sabe contra las prósperas postrar su mente en la deyección, sabe contra las adversas exaltar el ánimo a la esperanza de la cumbre suprema; sabe atribuir sus bienes a la misericordia del Redentor, sabe atribuir sus males a la justicia del Juez; que tanto tiene los bienes por su largueza, como padece los males por su permiso. De donde también pronto añade sobre el Señor, diciendo:

CAPÍTULO XX.

VERS. 11.---Pues abrió su aljaba, y me afligió.

46. Deo permittente, licet occulto judicio, mala se perpeti novit.---Quid per pharetram Dei, nisi occultum consilium designatur? Sagittam vero de pharetra Dominus jacit, quando de occulto consilio apertam sententiam emittit. Quia enim flagellatur quisque, cognoscimus; sed qua ex causa flagellum veniat, ignoramus. Cum vero post flagella vitae correctio sequitur, etiam ipsa consilii virtus aperitur. Pharetra igitur clausa est consilium occultum. Sed aperta pharetra affligimur, quando per id quod post flagellum sequitur quo consilio flagellamur videmus. Cum peccata Dominus videt, et tamen manum ad vindictam non commovet, quasi clausam pharetram tenet, sed feriendo indicat quantum ei in nobis displicuit hoc quod diu videndo toleravit. Sancta itaque electorum Ecclesia tribulationibus pressa dicat: Pharetram enim suam aperuit, et afflixit me. Quae adversariorum voces insolentes sustinens, dum cernit quod ejus praedicatio non admittitur, quorumdam duritiam deserens, praedicationis suae verba moderatur. Perpendens etenim persecutores suos ad exhortationis suae vocem deteriores existere, magis eligit tacere. Cumque indignos qui audiant conspicit, praedicationem suam obducto silentio astringit. Unde apte subjungit:

CAPUT XXI.

IBID.---Et frenum posuit in os meum.

47. A praedicatione feriendum est, cum ii qui verbum Dei excipiunt, inde pejores fiunt.---Frenum sibi apud quosdam positum cognoverant, qui dicebant: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes (Act. XIII, 46). Frenum silentii sibi superimpositum sancti viri apud dura reproborum corda conspiciunt, qui per Prophetam dicunt: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena (Psal. CXXXVI, 4)? Frenum poni etiam Paulus admonuit, qui discipulo praecepit, dicens: Haereticum post primam et secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui ejusmodi est, et delinquit proprio judicio condemnatus (Tit. III, 10). Sancti quippe doctores plerumque alta consideratione resistentium corda conspiciunt, et dum ea derelicta divinitus vident, afflicti gementesque conticescunt. An non aliquando frenum Salomon doctoribus imponit, qui dicit: Noli arguere derisorem, ne oderit te (Prov. IX, 8).

46. Por el permiso de Dios, aunque por un juicio oculto, sabe que padece los males.---¿Qué se designa por la aljaba de Dios, sino su consejo oculto? Pero el Señor lanza una saeta de la aljaba, cuando emite una sentencia abierta desde su consejo oculto. Pues que cada uno es azotado, lo conocemos; pero por qué causa venga el azote, lo ignoramos. Pero cuando tras los azotes sigue la corrección de la vida, también se abre la virtud misma del consejo. La aljaba por tanto está cerrada cuando es el consejo oculto. Pero con la aljaba abierta somos afligidos, cuando por aquello que sigue después del azote vemos con qué consejo somos azotados. Cuando el Señor ve los pecados, y sin embargo no mueve la mano para la venganza, mantiene como una aljaba cerrada; pero hiriendo indica cuánto le desagradó en nosotros aquello que toleró durante mucho tiempo viéndolo. Así pues diga la santa Iglesia de los electos, oprimida por las tribulaciones: Pues abrió su aljaba, y me afligió. La cual sosteniendo las voces insolentes de los adversarios, mientras discierne que su predicación no es admitida, abandonando la dureza de algunos, modera las palabras de su predicación. Pues considerando que sus perseguidores resultan peores ante la voz de su exhortación, prefiere callar. Y cuando contempla a los indignos de oír, restringe su predicación con el silencio interpuesto. De donde aptamente añade:

CAPÍTULO XXI.

IBID.---Y puso freno en mi boca.

47. Se ha de cesar de la predicación, cuando aquellos que reciben la palabra de Dios resultan peores por ello.---Habían conocido que se les había puesto un freno entre algunos, los que decían: A vosotros convenía hablar primero la palabra de Dios, pero puesto que la rechazáis, y os juzgáis indignos de la vida eterna, he aquí que nos volvemos a las naciones (Hech. 13, 46). El freno del silencio ven impuesto sobre sí los varones santos ante los duros corazones de los réprobos, los cuales dicen por el Profeta: ¿Cómo cantaremos el cántico del Señor en tierra ajena? (Sal. 136, 4). También Pablo amonestó a poner freno, quien mandó al discípulo diciendo: Al hombre herético, después de la primera y segunda corrección, evítalo, sabiendo que el que es tal está subvertido, y delinque condenado por su propio juicio (Tit. 3, 10). Pues los santos doctores muchas veces con alta consideración contemplan los corazones de los que resisten, y mientras los ven abandonados por la divinidad, afligidos y gimiendo callan. ¿Acaso alguna vez Salomón no impone freno a los doctores, cuando dice: No reprendas al burlador, no sea que te odie? (Prov. 9, 8).

Sed si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos insurgere derisoris odia formidamus, non jam lucra Dei, sed nostra quaerimus. Qua in re sciendum est quod nonnunquam cum redarguuntur pravi, deteriores existunt. Ipsis ergo et non nobis parcimus, si ab eorum redargutione pro eorum amore cessamus. Unde necesse est ut aliquando toleremus tacendo quod sunt, quatenus in nobis discant bene vivendo quod non sunt. Quia igitur sancta Ecclesia, quae verba sua semper per charitatem exerit, ea etiam nonnunquam ex charitate restringit, dicat: Frenum posuit in os meum. Ac si aperte fateatur, dicens: Quia in quibusdam provectum non vidi praedicationis, ab eis impetum temperavi, ut vitam meam saltem per patientiam discerent, cum verba mea admittere per oblatam praedicationem nollent. [Vet. XX.] Sed plus nobis hoc plerumque in tribulationibus dolet, quod eas ab illis patimur, in quibus germano amore confidebamus. Unde et subditur:

Caput XXII

[Rec. XVII].

VERS. 12.---Ad dextram orientis calamitates meae illico surrexerunt.

48. Pro sinistra gentiles, pro dextera Judaei intelligendi.---Ad sinistram quippe calamitates surgerent, si a quibuslibet extra religionem positis, et aperte Christum negantibus, persecutionis adversa sustineret. Cum vero ab aliquibus quasi fidelibus tentationem cruciamentorum patitur, quasi ad dexteram illi calamitates oriuntur, quia hi qui sub Christi nomine militant Christi in ea nomen impugnant. Ipso enim locutionis usu pro dextro habere dicimus quod pro magno pensamus, pro sinistro vero id quod despicimus; quod Zacharias aperte insinuat, dicens: Et ostendit mihi Jesum sacerdotem magnum, stantem coram angelo Domini, et Satan stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei (Zach. III, 1). Qui ut patentius hoc quod praemisit ostenderet, secutus adjunxit: Et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te, Satan, qui elegit Jerusalem. Nunquid non est iste torris erutus de igne? Et Jesus indutus erat vestibus sordidis (Ibid., 2). Sordidis enim vestibus Jesus indutus erat, quia quamvis alienus ab omni peccato, tamen in similitudinem venit carnis peccati. Cui venienti Satan a dextris stetit. Pro magno namque Dominus Judaicum populum, et pro nihilo gentes habere videbatur. Sed postquam incarnatus apparuit, gentilitas quae pro sinistro habita fuerat credidit; Judaicus vero populus ad perfidiam declinavit. Satan ergo illi a dextris stetit, quia illum ei populum rapuit, qui dudum dilectus fuit.

Pero si callamos de la increpación por esto, porque tememos que los odios del burlador se levanten contra nosotros, ya no buscamos las ganancias de Dios, sino las nuestras. En lo cual se ha de saber que a veces cuando los malos son redargüidos, resultan peores. A ellos por tanto y no a nosotros perdonamos, si cesamos de su redargución por el amor a ellos. De donde es necesario que a veces callemos tolerando lo que son, a fin de que en nosotros aprendan viviendo bien lo que no son. Porque pues la santa Iglesia, que siempre emite sus palabras por la caridad, también a veces las restringe por la caridad, diga: Puso freno en mi boca. Como si abiertamente confesara diciendo: Porque en algunos no vi el provecho de la predicación, templé el ímpetu ante ellos, para que al menos por la paciencia aprendieran mi vida, ya que no querían admitir mis palabras por la predicación ofrecida. [Vet. XX.] Pero esto más nos duele la mayoría de las veces en las tribulaciones, que las padecemos de aquellos en quienes confiábamos con amor fraterno. De donde también se añade:

Capítulo XXII

[Rec. XVII].

VERS. 12.---A la derecha del oriente mis calamidades pronto surgieron.

48. Por la izquierda se han de entender los gentiles, por la derecha los judíos.---Pues a la izquierda surgirían las calamidades si de cualesquiera puestos fuera de la religión, y negando abiertamente a Cristo, sostuviera las adversidades de la persecución. Pero cuando padece la tentación de los tormentos por algunos como fieles, como a la derecha le nacen las calamidades, porque estos que militan bajo el nombre de Cristo impugnan el nombre de Cristo en ella. Pues por el mismo uso de la locución decimos tener por derecho lo que pesamos por grande, pero por izquierdo aquello que despreciamos; lo cual Zacarías insinúa abiertamente diciendo: Y me mostró a Jesús gran sacerdote, que estaba ante el ángel del Señor, y Satanás estaba a su derecha para serle adversario (Zac. 3, 1). El cual para mostrar más patentemente esto que premencionó, siguiendo añadió: Y dijo el Señor a Satanás: Repréndate el Señor, Satanás, el que eligió a Jerusalén. ¿Acaso no es este un tizón sacado del fuego? Y Jesús estaba vestido de vestiduras sucias (Ibíd. 2). Pues de vestiduras sucias estaba vestido Jesús, porque aunque ajeno a todo pecado, sin embargo vino en semejanza de carne de pecado. Al cual viniendo Satanás estuvo a su derecha. Pues por grande parecía tener el Señor al pueblo judaico, y por nada a las naciones. Pero después que apareció encarnado, la gentilidad que había sido tenida por izquierda creyó; pero el pueblo judaico declinó a la perfidia. Satanás por tanto estuvo a su derecha, porque le arrebató aquel pueblo que hacía poco fue amado.

Sed quia ipse Judaicus populus, modo perditus, in fine est quandoque crediturus, propheta testante, qui ait: Reliquiae salvae fient (Isa. X, 21), Satan a dextris suis Dominus removet, dicens: Increpet Dominus in te, Satan (Zach. III, 1). Et ejusdem populi liberationem indicans, subdit: Quia eligit Jerusalem (Ibid., 2). Qui nimirum populus, quia ad gehennae incendia, perfidia duce, defluebat, sed dum ad fidem reducitur ab eodem aeterni ignis incendio liberatur, statim de eo illic subditur: Nunquid non est iste torris erutus de igne?

49. Et Ecclesiae fidem sectantes, a quibus ipsa aliquando vim patitur.---Sicut ergo illic pro dextra plebs Judaica, ita hoc in loco dextrae vocabulo fidelis populus sanctae Ecclesiae designatur. Unde et venturus judex haedos ad sinistram, agnos ad dexteram ponet (Matth. XXV, 33). Sed cum sanctam Ecclesiam adversitatis tempore ipsi quoque lacessunt qui fideles esse videbantur, ei procul dubio calamitates ad dextram surgunt. [Vet. XXI.] Bene autem haec ipsa dextra Orientis vocatur. De ipso quippe ejusdem capite scriptum est: Oriens est nomen ejus (Zach. VI, 12). Nam quia ab Oriente lux surgit, recte Oriens dicitur cujus justitiae lumine nostrae injustitiae nox illustratur. Ad Orientis ergo dextram calamitates surgunt, quia hi quoque ad persecutionem prosiliunt, qui electa membra Redemptoris nostri esse credebantur. Quas videlicet calamitates recte illico asserit surgere, quia dum non erant extranei qui persequuntur, ab eis repente mala et illico fiunt. Si vero dextra hi qui veraciter fideles sunt appellantur, calamitates ad dextram Orientis surgunt, quia erumpente persecutionis articulo, crudeles pravorum impetus justi patiuntur. Sequitur:

Caput XXIII

[Rec. XIX].

IBID. Pedes meos subverterunt, et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis.

50. Ejus extrema membra quasi pedes quandoque subvertuntur.---Quid per pedes Ecclesiae, nisi extrema illius membra signantur? Quae dum ad opera terrena deserviunt, tanto celerius ab adversariis falli possunt, quanto sublimia minus intelligunt. Hos itaque pedes adversarii subvertunt, videlicet cum extrema membra illius ad sui dogmatis errorem trahunt. Subversi pedes viam tenere nequeunt, cum infirmi quique persecutorum suorum vel promissionibus persuasi, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, ab itinere recto deviant.

Pero porque el mismo pueblo judaico, ahora perdido, en el fin ha de creer alguna vez, atestiguándolo el profeta que dice: Las reliquias serán salvas (Is. 10, 21), el Señor remueve a Satanás de su derecha diciendo: Repréndate el Señor, Satanás (Zac. 3, 1). E indicando la liberación del mismo pueblo añade: Porque eligió a Jerusalén (Ibíd. 2). El cual pueblo ciertamente, porque a los incendios de la gehena fluía, con la perfidia por guía, pero mientras es reducido a la fe es liberado del mismo incendio del fuego eterno, pronto se añade de él allí: ¿Acaso no es este un tizón sacado del fuego?

49. Y los que siguen la fe de la Iglesia, de quienes ella a veces padece violencia.--- Así como pues allí por la derecha el pueblo judaico, así en este lugar con el vocablo de la derecha se designa al pueblo fiel de la santa Iglesia. De donde también el juez venidero pondrá los cabritos a la izquierda, los corderos a la derecha (Mt. 25, 33). Pero cuando a la santa Iglesia en el tiempo de la adversidad también la hostigan los mismos que parecían ser fieles, sin duda a la derecha le surgen las calamidades. [Vet. XXI.] Pero bien esta misma derecha se llama del Oriente. De su misma cabeza está escrito: Oriente es su nombre (Zac. 6, 12). Pues porque del Oriente nace la luz, rectamente se llama Oriente aquel con cuya luz de justicia se ilustra la noche de nuestra injusticia. A la derecha pues del Oriente surgen las calamidades, porque estos también saltan a la persecución, que se creían ser miembros electos de nuestro Redentor. Las cuales calamidades rectamente afirma que surgen pronto, porque mientras no eran extraños los que persiguen, de ellos de repente los males y pronto se hacen. Pero si derecha se llaman estos que verazmente son fieles, las calamidades surgen a la derecha del Oriente porque, al estallar el momento de la persecución, los justos padecen los crueles ímpetus de los malos. Sigue:

Capítulo XXIII

[Rec. XIX].

IBÍD. Subvirtieron mis pies, y me oprimieron con sus sendas como con olas.

50. Sus miembros extremos, como pies, a veces son subvertidos.---¿Qué se significa por los pies de la Iglesia, sino sus miembros más extremos? Los cuales, mientras sirven a las obras terrenas, tanto más rápido pueden ser engañados por los adversarios, cuanto menos entienden las cosas sublimes. Estos pies, por tanto, los adversarios los subvierten, a saber, cuando atraen a sus miembros extremos al error de su dogma. Los pies subvertidos no pueden mantener el camino, cuando los débiles, ya sea persuadidos por las promesas de sus perseguidores, o aterrados por las amenazas, o quebrantados por los tormentos, se desvían del camino recto.

Bene autem adversariorum semitae fluctibus comparantur, cum dicitur: Et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis, quia scilicet vita pravorum insolenti inquietudine molesta ad obruendam, ut ita dixerim, navem cordis quasi tempestas illabitur. De qua videlicet tempestate per Salomonem dicitur: Quasi tempestas transiens non erit impius (Prov. X, 25). Cumque infirmus quisque perversos florere conspicit, hunc in perversitatis pelagus unda miserae imitationis mergit. Sequitur:

CAPUT XXIV.

VERS. 13.---Dissipaverunt itinera mea, insidiati sunt mihi, et praevaluerunt, et non fuit qui ferret auxilium.

51. Occultis hostium insidiis ejus viae dissipantur, Deo ad tempus utiliter deserente.---Dicat haec beatus Job de malignis spiritibus, videlicet hostibus occultis; dicat universa Ecclesia de pravis persequentibus, scilicet adversariis apertis. Ipsi quippe ejus itinera dissipant, cum in quorumdam infirmorum mentibus, veritatis vias callida persuasione perturbant. Ipsi insidiantes praevalent, cum eos quos aperte ad malum trahere nequeunt, bona simulando pervertunt. Sed mirum valde est quod subbjicit: Non fuit qui ferret auxilium, cum de divino adjutorio Psalmista clamet: Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione (Psal. IX, 10); et: Sperent in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non derelinques quaerentes te, Domine. Et cum rursum scriptum sit: Quis speravit in Domino, et confusus est; permansit in mandatis ejus, et derelictus est? Et quis invocavit illum, et despexit eum (Eccli. II, 11, 12)? Qua itaque ratione nunc dicitur: Non fuit qui ferret auxilium, nisi quia omnipotens Deus eos quos in aeternum diligit aliquando ad tempus relinquit? Unde scriptum est: Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui (Isai. LIV, 7). Hinc etiam Psalmista deprecabatur, dicens: Non me derelinquas usquequaque (Psal. CXVIII, 8). Derelinqui igitur sese ad modicum posse utiliter noverat, qui ne usquequaque relinqueretur petebat. Sanctos etenim suos Dominus veniendo adjuvat, relinquendo probat; donis firmat, tribulationibus tentat. Unde recte quoque per quemdam sapientem dicitur: In primis elegit eum, timorem et metum et probationem inducet super illum, et excruciabit illum in tribulatione doctrinae suae, donec tentet illum in cogitationibus illius (Eccli. IV, 18). Justi quippe animam gratia vocat, tentatio interrogat. Et omnipotens Deus electorum suorum adversarios temporaliter permittit excrescere, ut per malorum saevitiam purgetur vita bonorum.

Pero bien se comparan las sendas de los adversarios con las olas, cuando se dice: Y me oprimieron con sus sendas como con olas, porque ciertamente la vida de los malvados, molesta por su insolente inquietud, se desliza como una tempestad para abrumar, por así decirlo, la nave del corazón. De cuya tempestad se dice por Salomón: Como tempestad que pasa, no será el impío (Prov. 10, 25). Y cuando algún débil contempla florecer a los perversos, la onda de una miserable imitación lo sumerge en el piélago de la perversidad. Sigue:

CAPÍTULO XXIV.

VERS. 13.---Disiparon mis caminos, me pusieron acechanzas y prevalecieron, y no hubo quien trajera auxilio.

51. Por las ocultas acechanzas de los enemigos sus vías son disipadas, desamparándola Dios útilmente por un tiempo.---Diga esto el bienaventurado Job de los espíritus malignos, a saber, los enemigos ocultos; dígalo la Iglesia universal de los malos que persiguen, es decir, los adversarios abiertos. Pues ellos disipan sus caminos cuando, en las mentes de algunos débiles, perturban las vías de la verdad con astuta persuasión. Ellos mismos acechando prevalecen, cuando a aquellos a quienes no pueden atraer abiertamente al mal, los pervierten simulando cosas buenas. Pero es muy admirable lo que añade: No hubo quien trajera auxilio, cuando del divino auxilio el Salmista clama: Ayudador en las oportunidades, en la tribulación (Sal. 9, 10); y: Esperen en ti los que conocieron tu nombre, porque no desampararás a los que te buscan, Señor. Y cuando de nuevo está escrito: ¿Quién esperó en el Señor y fue confundido; permaneció en sus mandamientos y fue desamparado? ¿O quién lo invocó y él lo despreció? (Eclo. 2, 11, 12). ¿Por qué razón, pues, se dice ahora: No hubo quien trajera auxilio, sino porque el Dios omnipotente a veces deja por un tiempo a aquellos a quienes ama para la eternidad? De donde está escrito: Por un momento en lo poco te desamparé, y en misericordias grandes te congregaré. En un momento de indignación escondí mi rostro un poco de ti, y en misericordia sempiterna me compadecí de ti (Is. 54, 7). De aquí también el Salmista deprecaba diciendo: No me desampares totalmente (Sal. 118, 8). Sabía, pues, que podía ser útilmente desamparado por un poco, quien pedía que no fuera desamparado totalmente. Pues a sus santos el Señor los ayuda viniendo, los prueba dejando; los afirma con dones, los tienta con tribulaciones. De donde rectamente también se dice por cierto sabio: Al principio lo elige, inducirá sobre él temor y miedo y prueba, y lo atormentará en la tribulación de su doctrina, hasta que lo tiente en sus pensamientos (Eclo. 4, 18). Pues a la alma del justo la gracia la llama, la tentación la interroga. Y el Dios omnipotente permite que los adversarios de sus electos crezcan temporalmente, para que por la sevicia de los malos se purgue la vida de los buenos.

52. Utilitati justorum militat etiam potestas pravorum.---Nunquam quippe Dominus adversos bonis esse permitteret, nisi etiam quantum prodessent videret. Nam dum injusti saeviunt, justi purgantur, et utilitati innocentium militat vita pravorum, dum hanc et premendo humiliat, et humiliando semper ad melius format. Unde recte quoque per Salomonem dicitur: Qui stultus est, serviet sapienti (Prov. XI, 29). Et tamen saepe conspicimus sapientes subesse, stultos vero arcem dominii tenere; sapientes serviliter obsequi, stultos tyrannica elatione dominari. Quomodo igitur definitione divinae sententiae sapienti stultus servit, dum plerumque hunc jure temporalis dominii comprimit? Sed sciendum est quia contra sapientis vitam, dum stultus praeeminens terrorem potestatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, contumeliis lacerat, profecto hunc ab omni vitiorum rubigine urendo purgat. Stultus ergo sapienti etiam dominando servit, quem ad meliorem statum premendo provehit. Sic nonnunquam pupillis dominis ad disciplinae magisterium servi praesunt, terrent, premunt, feriunt, et tamen esse servi nullo modo desistunt, quia ad hoc ipsum ordinati sunt, ut proficientibus dominis etiam feriendo famulentur. Quia igitur mala reproborum bonos, dum cruciant, purgant, utilitati justorum militat etiam potestas iniquorum. Sed plerumque justi tribulatione deprehensi, tardam manum subvenientis aestimant, cum se persequentium immanitas paulo longius angustat. Et concita quidem sunt ereptoris remedia, sed hoc quod ab ereptore citius agitur, dolenti tardum videtur. Cumque adesse postulationi auxilium quaeritur, si vocem non statim sequitur, quia desit aestimatur. Unde nunc dicitur: Et non fuit qui ferret auxilium. Qua videlicet in voce ipsa vis passionis exprimitur, quia supernum auxilium, etsi ad est quantum ad ordinatam providentiam protectoris, deesse tamen creditur quantum ad concita vota patientis. Sequitur:

Caput XXV

[Vet. XXII, Rec. XX].

VERS 14.---Quasi rupto muro et aperta janua irruerunt super me, et ad meas miserias devoluti sunt.

52. Para la utilidad de los justos milita también la potestad de los malos.---Pues nunca permitiría el Señor que hubiera adversos a los buenos, si no viera también cuánto les aprovecharían. Pues mientras los injustos se ensañan, los justos son purgados, y la vida de los malos milita para la utilidad de los inocentes, mientras a esta tanto la humilla oprimiéndola, como humillándola siempre la forma para lo mejor. De donde rectamente también se dice por Salomón: El que es necio servirá al sabio (Prov. 11, 29). Y sin embargo a menudo contemplamos que los sabios están sometidos, y los necios ocupan el alcázar del dominio; que los sabios obedecen servilmente, y los necios dominan con tiránica elación. ¿Cómo, pues, por la definición de la sentencia divina, el necio sirve al sabio, mientras que la mayoría de las veces lo oprime por el derecho del dominio temporal? Pero se ha de saber que contra la vida del sabio, mientras el necio preeminente ejerce el terror de la potestad, mientras lo fatiga con trabajos, lo lacera con contumelias, ciertamente lo purga de todo el moho de los vicios quemándolo. El necio, pues, sirve al sabio aun dominando, a quien oprimiéndolo lo promueve a un estado mejor. Así, a veces, los siervos presiden a los señores pupilos para el magisterio de la disciplina, los aterran, los oprimen, los golpean, y sin embargo de ningún modo dejan de ser siervos, porque para esto mismo han sido ordenados, para que sirvan a sus señores que progresan aun golpeándolos. Porque, por tanto, los males de los réprobos purgan a los buenos mientras los atormentan, la potestad de los inicuos milita también para la utilidad de los justos. Pero la mayoría de las veces los justos, atrapados en la tribulación, estiman lenta la mano del que los socorre, cuando la inmanidad de los que los persiguen los angustia por un poco más de tiempo. Y ciertamente están aprestados los remedios del libertador, pero esto que por el libertador se hace más pronto, al que duele le parece lento. Y cuando se busca que el auxilio asista a la postulación, si no sigue pronto a la voz, se estima que falta. De donde ahora se dice: Y no hubo quien trajera auxilio. En cuya voz ciertamente se expresa la misma fuerza de la pasión, porque el auxilio superno, aunque asiste en cuanto a la ordenada providencia del protector, se cree sin embargo que falta en cuanto a los apremiantes votos del que padece. Sigue:

Capítulo XXV

[Vet. XXII, Rec. XX].

VERS. 14.---Como si el muro se hubiera roto y la puerta se hubiera abierto, irrumpieron sobre mí, y se han volcado a mis miserias.

53. Lugendus animae status, quando in eam hostes irruunt, rupto fidei muro, vel destructa disciplinae materia.---Quid hoc loco muri nomine nisi Redemptor humani generis appellatur? De quo pro sanctae Ecclesiae aedificatione per prophetam dicitur: Ponetur in ea murus et antemurale (Isai. XXVI, 1). Ipse enim nobis murus est, qui ad corda nostra pertingere malignorum spirituum cursum vetat. Qui nostrae quoque fidei etiam antemurale posuit, quia priusquam se per carnem ostenderet praedicatores sui mysterii prophetas misit. Recte quippe antemuralis nomine vocantur, quia dum subsequentem praedicaverunt Dominum, quasi ante murum steterunt. Sed quasi murus rumpitur cum pravorum persuasionibus fides quae in Redemptore nostro est in quorumdam corde dissipatur. Cumque perversis in hac vita potestas tribuitur, quid aliud quam janua erroris aperitur? Quasi rupto ergo muro, et aperta janua, super bonos irruunt mali, cum, accepta temporaliter potestate, perversi ipsa quoque in quorumdam corde destruere munimina fidei conantur. De quibus apte dicitur: Et ad meas miserias devoluti sunt, quia videlicet prius, ad suas. Nisi enim perverse vivendo, ad suas ante miserias caderent, nequaquam ad eas postmodum et alios suaderent. Sed post suas reprobi et ad nostras miserias devolvuntur, quando ad ea mala in quibus jam ipsi implicati sunt etiam quosdam nobis unitos trahunt.

54. Potest quoque intelligi muri nomine munitio disciplinae; Salomone attestante, qui ait: Per agrum hominis pigri transivi, et per vineam viri stulti; et ecce totum repleverant urticae, operuerant superficiem ejus spinae, et maceria lapidum destructa erat (Prov. XXIV, 30). Per agrum enim hominis pigri atque per vineam viri stulti transire est cujuslibet vitam negligentis inspicere, ejusque opera considerare. Quam urticae vel spinae replent, quia in corde negligentium prurientia terrena desideria et punctiones pullulant vitiorum, quippe quia scriptum est: In desideriis est omnis otiosus (Prov. XXVIII, 19, sec. LXX). Maceria lapidum destructa erat, id est, disciplina patrum ab ejus corde dissoluta. Nam quia destructa maceria lapidum, dissolutam esse disciplinam vidit, protinus illic secutus adjunxit: Quod cum vidissem, posui in corde meo, et exemplo didici disciplinani (Prov. XXIV, 32). Quasi rupto ergo muro hostis ingreditur, cum vel malignorum spirituum, vel pravorum hominum persuasione callida, disciplinae munimina in corde dissipantur. Sed cum ejusdem disciplinae vigor in corde reproborum solvitur, ante eorum oculos cuncta honorum opera despectui habentur, nihilque esse aestimant quidquid de virtutibus electorum vident. Unde et subditur:

53. Se debe lamentar el estado del alma cuando los enemigos irrumpen en ella, roto el muro de la fe, o destruida la materia de la disciplina.---¿Qué se llama en este lugar con el nombre de muro sino el Redentor del género humano? De quien se dice para la edificación de la santa Iglesia por el profeta: Se pondrá en ella muro y antemuro (Is. 26, 1). Pues él mismo es para nosotros muro, el cual prohíbe que el curso de los espíritus malignos llegue a nuestros corazones. El cual también puso un antemuro a nuestra fe, porque antes de mostrarse por la carne envió a los profetas como predicadores de su misterio. Rectamente ciertamente se llaman con el nombre de antemuro, porque mientras predicaron al Señor subsiguiente, estuvieron como ante el muro. Pero como el muro se rompe cuando, por las persuasiones de los malos, la fe que está en nuestro Redentor se disipa en el corazón de algunos. Y cuando se concede potestad a los perversos en esta vida, ¿qué otra cosa se abre sino la puerta del error? Como si pues el muro se hubiera roto, y la puerta se hubiera abierto, sobre los buenos irrumpen los malos, cuando, aceptada temporalmente la potestad, los perversos intentan destruir en el corazón de algunos las mismas defensas de la fe. De los cuales aptamente se dice: Y se han volcado a mis miserias, porque a saber primero, a las suyas. Pues si no cayeran antes a sus propias miserias viviendo perversamente, de ningún modo después persuadirían a otros a ellas. Pero después de las suyas los réprobos se vuelcan también a nuestras miserias, cuando atraen a aquellos males en los que ellos ya están implicados también a algunos unidos a nosotros.

54. Puede también entenderse con el nombre de muro la fortificación de la disciplina; atestiguándolo Salomón, quien dice: Pasé por el campo del hombre perezoso, y por la viña del varón estulto; y he aquí que todo lo habían llenado las ortigas, habían cubierto su superficie las espinas, y la cerca de piedras estaba destruida (Prov. 24, 30). Pues pasar por el campo del hombre perezoso y por la viña del varón estulto es inspeccionar la vida de cualquiera negligente, y considerar sus obras. Las cuales llenan las ortigas o las espinas, porque en el corazón de los negligentes brotan los deseos terrenales que pican y las punzadas de los vicios, ya que está escrito: En deseos está todo ocioso (Prov. 28, 19, sec. LXX). La cerca de piedras estaba destruida, esto es, la disciplina de los padres disuelta de su corazón. Pues porque vio que, destruida la cerca de piedras, la disciplina estaba disuelta, pronto allí añadió siguiendo: Lo cual cuando vi, lo puse en mi corazón, y por el ejemplo aprendí la disciplina (Prov. 24, 32). Como si pues el muro se hubiera roto entra el enemigo cuando, ya sea por la astuta persuasión de los espíritus malignos, o de los hombres malos, las defensas de la disciplina se disipan en el corazón. Pero cuando el vigor de la misma disciplina se relaja en el corazón de los réprobos, ante sus ojos todas las obras de los buenos son tenidas por desprecio, y nada estiman cuanto ven de las virtudes de los electos. De donde también se añade:

CAPUT XXVI.

VERS 15.---Redactus sum in nihilum.

55. Despectis veris bonis, carnales fluxis, cum quibus pereunt, innituntur.---Apud aestimationem quippe malorum in nihilum redigimur, quando ea quae ipsi quasi summa diligunt bona temporalia non tenemus. Despectis namque supernis promissionibus, terrena desiderant; et si quando in eorum mente aliquid de appetitu aeternitatis oritur, suborta citius transitoria delectatione dissipatur. Unde et statim subjungitur:

IBID.---Abstulisti quasi ventus desiderium meum.

Fidelis quippe populus se pati denuntiat, quod eos quos diligit pati dolet. Ventus ergo desiderium tollit, cum res quaelibet transitoria aeternitatis appetitum destruit. Unde adhuc congrue subinfertur:

IBID.---Et velut nubes pertransiit salus mea.

Nubes quippe in alto eminet, sed hanc ad cursum flatus impellit. Sic nimirum, sic sunt temporalia iniquorum bona. Velut in alto quidem per honoris celsitudinem degere videntur; sed ad cursum vitae quotidie, quasi quibusdam mortalitatis suae flatibus impelluntur. Salus ergo ut nubes transit, quia perversorum gloria, quo alta est, fixa non est. Sed expletis desideriis actibusque infirmantium, ad electorum vocem sermo convertitur, cum protinus subinfertur:

CAPUT XXVII.

VERS. 16.---Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, et possident me dies afflictionis.

56. Nunc in se marcescunt electi, sed in Deo virent.---Electorum quippe anima nunc marcescit, quia in illa postmodum aeterna exsultatione viridescit. Modo eos dies afflictionis possident, quia dies laetitiae post sequuntur. Scriptum quippe est: Timenti Deum bene erit in extremis (Eccli. I, 13, 19). Et rursum de Ecclesia dicitur: Ridebit in die novissimo (Prov. XXXI, 25). Nunc enim tempus afflictionis est bonis, ut sequatur eos exsultatio quandoque sine tempore. Hinc ab eis alias dicitur: Humiliasti nos in loco afflictionis (Psal. XLIII, 20). Locus namque afflictionis est vita praesens.

CAPÍTULO XXVI.

VERS. 15.---He sido reducido a la nada.

55. Despreciados los verdaderos bienes, los carnales se apoyan en las cosas fugaces, con las cuales perecen.---En la estimación de los malos, ciertamente, somos reducidos a la nada, cuando no poseemos aquellos bienes temporales que ellos mismos aman como sumos. Pues, despreciadas las promesas celestiales, desean las terrenas; y si alguna vez nace en su mente algo del apetito por la eternidad, se disipa más pronto por el surgimiento de la delectación transitoria. De donde también se añade inmediatamente:

IBÍD.---Te llevaste como el viento mi deseo.

El pueblo fiel denuncia que padece lo que le duele que padezcan aquellos a quienes ama. El viento, pues, quita el deseo cuando cualquier cosa transitoria destruye el apetito por la eternidad. De donde todavía se infiere congruentemente:

IBÍD.---Y como nube pasó mi salud.

La nube ciertamente destaca en lo alto, pero el soplo del viento la impulsa a su curso. Así ciertamente, así son los bienes temporales de los inicuos. Parecen vivir como en lo alto por la celsitud del honor; pero cada día son impulsados al curso de la vida, como por ciertos soplos de su propia mortalidad. La salud, pues, pasa como nube, porque la gloria de los perversos, por lo que es alta, no es fija. Pero cumplidos los deseos y actos de los enfermos, el sermón se convierte a la voz de los electos, cuando pronto se añade:

CAPÍTULO XXVII.

VERS. 16.---Pero ahora en mí mismo se marchita mi alma, y me poseen los días de la aflicción.

56. Ahora en sí se marchitan los electos, pero en Dios reverdecen.---Pues la alma de los electos ahora se marchita, porque después reverdece en aquella eterna exultación. Ahora los poseen los días de la aflicción, porque después siguen los días de la alegría. Pues está escrito: Al que teme a Dios le irá bien en el fin (Eclo. 1, 13). Y de nuevo se dice de la Iglesia: Se reirá en el día novísimo (Prov. 31, 25). Pues ahora es tiempo de aflicción para los buenos, para que los siga alguna vez una exultación sin tiempo. De aquí se dice por ellos en otro lugar: Nos humillaste en el lugar de la aflicción (Sal. 43, 20). Pues el lugar de la aflicción es la vida presente.

Justi ergo hic, id est in loco afflictionis, humiliati sunt, quia in aeterna vita, id est in loco gaudii sublimantur. Cum vero marcescere animam diceret, recte etiam praemisit, In memetipso, quia in nobismetipsis quidem afficitur, sed in Deo mens nostra refovetur; tantoque a viriditate gaudii longe fit, quanto adhuc ab auctoris repulsa lumine ad se recedit. Tunc vero ad verae laetitiae viriditatem pervenit, quando per aeternae contemplationis gratiam sublevata etiam semetipsam transit. Sed haec quae allegorica indagatione transcurrimus, oportet ut per omnia etiam juxta historiam teneamus. Quae tamen nunc idcirco praetereo, quia haec aperta esse legentibus non ignoro. Diebus autem persecutionis ultimae, quia multi sunt qui pereunt, et pauci qui salvantur; idcirco vir sanctus passionis suae tempore et pauca de bonis, et multa de perversis loquitur. Unde et mox ad eorum personam qui corruunt, verba convertit; sicque sua insinuat, ut cadentibus possint congruere quae narrat. Nam sequitur:

Caput XXVIII

[Rec. XXI, Vet. XXIII].

VERS. 17.---Nocte os meum perforatur doloribus, et qui me comedunt non dormiunt.

57. Saeviente persecutione, fortes et qui in corpore Ecclesiae sunt velut ossa deficiunt.---Si ipsi historiae intendimus, patet causa, quoniam sancti viri corpus per sinus ulcerum scaturiens vermium multitudo lacerabat. Si vero allegoriae mysterium perscrutamur, quid per ossa nisi fortes quique in sanctae Ecclesiae corpore designantur? Qui quasi suo robore membra continent, dum mores infirmantium stabiliter portant. Sed cum tribulationis ultimae contra eam fervor excreverit, in nocte os illius perforatur doloribus, quia nonnunquam tormentis victi, etiam ipsi ad perfidiam defluunt, qui ad fidem alios tenere videbantur. Ait ergo: Nocte os meum perforatur doloribus. Ac si aperte dicat: Tribulationis tenebris pressi, ita afflictione terebrantur, ut et ipsi qui in me habebant vigorem fortitudinis, quasi jam quoddam habeant foramen timoris. Bene autem dicitur: Et qui me comedunt non dormiunt, quia maligni spiritus, qui carnales quosque de Ecclesia consumunt, tanto magis quiescere a tentatione nesciunt, quanto nullo carnis pondere gravantur. Sed persecutores sanctae Ecclesiae quia valde perversi sunt, essent utinam pauci. Sequitur:

Los justos, pues, aquí, esto es, en el lugar de la aflicción, han sido humillados, porque en la vida eterna, esto es, en el lugar del gozo, son sublimados. Pero cuando decía que la alma se marchitaba, también rectamente premencionó: *En mí mismo*, porque en nosotros mismos ciertamente es afligida, pero en Dios nuestra mente es recreada; y tanto se aleja del verdor del gozo, cuanto todavía retrocede hacia sí, repelida de la luz de su autor. Pero entonces llega al verdor de la verdadera alegría, cuando elevada por la gracia de la contemplación eterna, incluso se trasciende a sí misma. Pero estas cosas que recorremos con indagación alegórica, conviene que por todo las mantengamos también según la historia. Las cuales sin embargo ahora paso por alto, porque no ignoro que estas cosas son claras para los que leen. Pero en los días de la última persecución, porque son muchos los que perecen, y pocos los que se salvan; por eso el varón santo en el tiempo de su pasión habla tanto pocas cosas de los buenos, como muchas de los perversos. De donde también pronto convierte las palabras a la persona de aquellos que caen; y así insinúa las suyas, de modo que a los que caen puedan convenirles las cosas que narra. Pues sigue:

Capítulo XXVIII

[Rec. XXI, Vet. XXIII].

VERS. 17.---En la noche mi hueso es perforado por los dolores, y los que me comen no duermen.

57. Al arreciar la persecución, los fuertes y los que están en el cuerpo de la Iglesia desfallecen como huesos.---Si atendemos a la historia misma, la causa es evidente, ya que la multitud de gusanos que brotaba por los senos de las úlceras laceraba el cuerpo del varón santo. Pero si escudriñamos el misterio de la alegoría, ¿qué se designa por los huesos sino los fuertes en el cuerpo de la santa Iglesia? Los cuales, como por su propio vigor, contienen a los miembros, mientras sobrellevan con estabilidad las costumbres de los débiles. Pero cuando el fervor de la última tribulación haya crecido contra ella, en la noche su hueso es perforado por los dolores, porque a veces vencidos por los tormentos, incluso ellos mismos declinan hacia la perfidia, los que parecían mantener a otros en la fe. Dice pues: *En la noche mi hueso es perforado por los dolores*. Como si dijera abiertamente: Oprimidos por las tinieblas de la tribulación, de tal modo son taladrados por la aflicción que incluso los que tenían en mí el vigor de la fortaleza, como si ahora tuvieran ya un cierto agujero de temor. Pero bien se dice: *Y los que me comen no duermen*, porque los espíritus malignos, que consumen a los carnales de la Iglesia, tanto más no saben descansar de la tentación cuanto no están gravados por ningún peso de la carne. Pero ojalá los perseguidores de la santa Iglesia, porque son muy perversos, fueran pocos. Sigue:

Caput XXIX

[Rec. XXII].

VERS. 18.---In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, et quasi capitio tunicae succinxerunt me.

58. Qui Ecclesiae velut vestimentum adhaerent, nonnunquam ab ea, vi tormentorum, separantur.---Si historiae intendimus, quid aliud vestimentum beati Job quam ejus corpus accipimus? cujus videlicet vestimentum consumitur dum caro cruciatur. Juxta allegoriae vero mysterium, vestimentum est sanctae Ecclesiae fidelium vita. Nam sicut tota simul Ecclesia vestimentum Christi, ita fideles quique ejusdem Ecclesiae vestimenta deputantur. Si enim sancta Ecclesia vestimentum Christi non esset, Paulus profecto non diceret: Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam (Ephes. V, 27); id est, nec per peccatum habentem maculam, nec per duplicitatem rugam, quia et per justitiam munda est, et per simplicem intentionem tensa. Quae igitur abluta est ne habeat maculam, tensa est ne habeat rugam, utique vestis est. Sicut ergo indumentum Christi tota generaliter Ecclesia dicitur, sic indumentum sunt Ecclesiae singulorum animae, quae ab errore conversae eamdem Ecclesiam credendo eique fideliter inhaerendo circumdant. De quibus eidem Ecclesiae per prophetam Dominus dicit: Vivo ego, quia omnibus his velut ornamento vestieris (Isai. XLIX, 18). Sed cum procella saevae persecutionis oboritur, plerique fidelium ab ejus amore separantur, qui ei sedulo inhaerere videbantur. Dicat ergo: In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, quia dum multi sunt qui cruciant, destruuntur plurimi qui ei connexione amoris inhaerebant.

59. Reprobi vitam fidei et praedicationis vocem, in Ecclesia exstinguere conantur.---Bene autem subditur: Et quasi capitio tunicae succinxerunt me. Tunicae quippe capitium collum circumdat induentis. Collum vero si stringitur, vocis usus et vitalis flatus necatur. Sanctam ergo Ecclesiam reprobi quasi capitio tunicae constringunt, quia in ea persecutionibus suis vitam fidei, et praedicationis vocem exstinguere conantur. Hoc quippe conari persecutores ejus specialiter solent, ut ab ea ante omnia verbum praedicationis tollant.

Capítulo XXIX

[Rec. XXII].

VERS. 18.---Por la multitud de ellos se consume mi vestidura, y como con el cabezal de mi túnica me ciñeron.

58. Los que se adhieren a la Iglesia como vestidura, a veces son separados de ella por la fuerza de los tormentos.---Si atendemos a la historia, ¿qué otra cosa recibimos por vestidura del bienaventurado Job sino su cuerpo? Cuya vestidura ciertamente se consume mientras la carne es atormentada. Pero según el misterio de la alegoría, la vestidura es la vida de los fieles de la santa Iglesia. Pues así como toda la Iglesia junta es la vestidura de Cristo, así cada uno de los fieles de la misma Iglesia son reputados como vestiduras. Pues si la santa Iglesia no fuera la vestidura de Cristo, Pablo ciertamente no diría: *Para presentársela a sí mismo como una Iglesia gloriosa, que no tuviese mancha ni arruga* (Ef. 5, 27); esto es, ni por el pecado teniendo mancha, ni por la duplicidad arruga, porque es limpia por la justicia y tensa por la intención simple. La que, por tanto, ha sido lavada para que no tenga mancha, y tensada para que no tenga arruga, es ciertamente una vestidura. Así como pues todo el vestido de Cristo se llama la Iglesia en general, así son el indumento de la Iglesia las almas de cada uno, las cuales, convertidas del error, rodean a la misma Iglesia creyendo y adhiriéndose fielmente a ella. De las cuales dice el Señor a la misma Iglesia por el profeta: *Vivo yo, porque de todos estos como de un ornamento te vestirás* (Is. 49, 18). Pero cuando surge la tempestad de la cruel persecución, muchos de los fieles son separados de su amor, los que parecían adherirse a ella con diligencia. Diga pues: *Por la multitud de ellos se consume mi vestidura*, porque mientras son muchos los que atormentan, se destruyen muchísimos de los que se adherían a ella por la conexión del amor.

59. Los réprobos intentan extinguir en la Iglesia la vida de la fe y la voz de la predicación.---Pero bien se añade: *Y como con el cabezal de mi túnica me ciñeron*. Pues el cabezal de la túnica rodea el cuello del que la viste. Pero si el cuello se aprieta, se mata el uso de la voz y el aliento vital. Los réprobos, por tanto, constriñen a la santa Iglesia como con el cabezal de la túnica, porque en ella, con sus persecuciones, intentan extinguir la vida de la fe y la voz de la predicación. Esto suelen intentar especialmente sus perseguidores, para quitarle ante todo la palabra de la predicación.

Unde et hi qui sanctae fidei primordiis resistebant, caesis Apostolis denuntiabant, dicentes: Praecipiendo praecepimus vobis ne doceretis in nomine isto, et ecce replestis Jerusalem doctrina vestra (Act. V, 28). Corpus ergo sanctae Ecclesiae quasi capitio tunicae cinxerant, qui constrictis praedicatoribus, velut ejus collum prementes, in ea claudere iter vocis volebant. Sed electi quique persecutionis suae tempore paratiores sunt mori quam tacere. Qui dum in morte corporaliter corruunt, a stultis quibusque et carnalibus despecti ac viles aestimantur, quia cum videre reprobi nequeunt quae electi bona spiritaliter teneant, quos carnaliter exstingui conspiciunt, infelices arbitrantur. Unde et subditur:

CAPUT XXX.

VERS. 19.---Comparatus sum luto, et assimilatus sum favillae et cineri.

60. Hanc tanquam lutum, favillam et cinerem conculcant.---In reproborum quippe judicio, sancta electorum Ecclesia luto comparatur, quia temporaliter conculcata despicitur. Favillae assimilatur et cineri, quia dum bona ejus interiora non vident, ad sola hanc mala pervenisse aestimant, quae in ea exhiberi corporaliter vident. Fidelis autem electorum populus, cum multos ex se cadere conspicit, optat, si obtinere valeat, adversitatis suae tempora mutari. Hujus quia oratio differtur, gemitus augetur, Unde adhuc subditur:

Caput XXXI.

[Vet. XXIV].

VERS. 20.--- Clamabo ad te, et non exaudies; sto, et non respicis me.

61. Ecclesiae liberari postulantis oratio non continuo exauditur. Qua ratione.---Sancta quippe Ecclesia persecutionis suae tempore fide stat, desideriis clamat. Sed dolet se quasi non respici, dum sua videt in tribulationibus vota differri. Alto namque consilio omnipotens Deus, cum sancti ejus adversariorum persecutionibus comprimuntur, eumque assiduis ut liberentur interpellationibus clamant, differre solet voces petentium, ut merita patientium crescant, quatenus eo magis exaudiantur ad meritum, quo citius non exaudiuntur ad votum.

De donde también aquellos que resistían a los comienzos de la santa fe, azotados los Apóstoles, les denunciaban diciendo: *Mandando os mandamos que no enseñarais en este nombre, y he aquí que habéis llenado a Jerusalén con vuestra doctrina* (Hch. 5, 28). El cuerpo pues de la santa Iglesia lo habían ceñido como con el cabezal de la túnica los que, apretados los predicadores, como oprimiendo su cuello, querían cerrar en ella el camino de la voz. Pero los elegidos en el tiempo de su persecución están más dispuestos a morir que a callar. Los cuales, mientras caen corporalmente en la muerte, son estimados por los necios y carnales como despreciados y viles, porque cuando los réprobos no pueden ver qué bienes poseen los elegidos espiritualmente, juzgan infelices a los que ven extinguirse carnalmente. De donde también se añade:

CAPÍTULO XXX.

VERS. 19.---He sido comparado al lodo, y me he vuelto semejante a la brasa y a la ceniza.

60. A esta la pisotean como lodo, brasa y ceniza.---En el juicio de los réprobos, ciertamente, la santa Iglesia de los elegidos es comparada al lodo, porque, pisoteada temporalmente, es despreciada. Se asemeja a la brasa y a la ceniza, porque mientras no ven sus bienes interiores, estiman que ella ha llegado solo a aquellos males que ven exhibirse en ella corporalmente. Pero el pueblo fiel de los elegidos, cuando contempla que muchos de los suyos caen, desea, si pudiera obtenerlo, que los tiempos de su adversidad se cambien. Porque la oración de este pueblo se difiere, su gemido se aumenta. De donde todavía se añade:

Capítulo XXXI

[Vet. XXIV].

VERS. 20.---Clamaré a ti, y no me oirás; me presento, y no me miras.

61. La oración de la Iglesia que pide ser liberada no es oída continuamente. Por qué razón.---La santa Iglesia, ciertamente, en el tiempo de su persecución está en pie por la fe, clama por sus deseos. Pero le duele que no es mirada, mientras ve que sus votos en las tribulaciones son diferidos. Pues por un alto consejo el Dios omnipotente, cuando sus santos son oprimidos por las persecuciones de los adversarios, y claman a él con asiduas interpelaciones para que sean liberados, suele diferir las voces de los que piden, para que crezcan los méritos de los que padecen, a fin de que tanto más sean oídos para el mérito, cuanto más pronto no son oídos para el voto.

Unde alias scriptum est: Deus meus, clamabo per diem, nec exaudies, et nocte (Psal. XXI, 3). Atque ipsa utilitas de exaudiendi mora mox subditur, cum illic protinus subinfertur: Et non ad insipientiam mihi (Ibid.). Ad multiplicandam quippe sanctorum sapientiam proficit quod postulata tarde percipiunt, ut ex dilatione crescat desiderium, ex desiderio intellectus augeatur. Intellectus vero cum intenditur, ejus in Deum ardentior affectus aperitur. Affectus autem ad promerenda coelestia tanto fit capax, quanto fuerit exspectando longanimis. Sed tamen inter haec sanctorum patientiam dolor urget ad vocem, et cum dilati proficiunt, metuunt ne deficientibus viribus despecti reprobentur. Sequitur:

Caput XXXII

[Rec. XXIII].

VERS. 21.---Mutatus es mihi in crudelem, et in duritia manus tuae adversaris mihi.

62. De Deo nihil dignum dicere aut cogitare possumus.--- Longe ab hac sententia vetus translatio dissonat, quia quod in hac de Deo dicitur, hoc in illa de adversariis ac persecutoribus memoratur. Sed tamen quia haec nova translatio ex Hebraeo nobis Arabicoque eloquio cuncta verius transfudisse perhibetur, credendum est quidquid in ea dicitur, et oportet ut verba illius nostra expositio subtiliter rimetur. Ait ergo: Mutatus es mihi in crudelem, et in duritia manus tuae adversaris mihi. In Scriptura sancta cum de Deo aliquid indignum dicitur, movetur legentis animus, velut si aliquando de Deo aliquid dignum dicatur. Pene omne quippe quod de Deo dicitur, eo ipso jam indignum est, quo potuit dici. Nam cujus laudi non sufficit obstupescens conscientia, quando sufficiet loquens lingua? Sanctus autem Spiritus hoc ipsum hominibus intelligentibus insinuans, quam sint ineffabilia summa et divina, his etiam verbis nonnunquam de Deo utitur quae apud homines habentur in vitio, ut ex his quae indigna videntur hominibus, et tamen dicuntur de Deo, admoneantur scire homines quod nec illa jam Deo digna sint quae, dum digna habentur apud homines, digna putantur Deo.

63. Quo sensu dicatur zelari, irasci, poenitere, misereri, praescire. Deo nihil praeteritum est aut futurum. Res non ideo videntur a Deo quia sunt, sed ideo sunt quia videntur.--- Dicitur enim Deus zelans, sicut scriptum est: Dominus zelotes nomen ejus (Exod. XXXIV, 14). Dicitur iratus, unde scriptum est: Iratus est Dominus contra Israel (Num. XXXII, 13). Dicitur Deus poenitens, sicut scriptum est: Poenitet me fecisse hominem super terram (Genes. VI, 7). Et rursus: Poenitet me quod constituerim Saul regem in Israel (I Reg. XV, 11).

De donde en otro lugar está escrito: *Dios mío, clamaré de día y no oirás, y de noche* (Sal. 21, 3). Y la misma utilidad de la demora de ser oído pronto se añade, cuando pronto se infiere allí: *Y no para insipiencia mía* (Ibíd.). Pues aprovecha para multiplicar la sabiduría de los santos el que perciban tarde lo pedido, para que de la dilación crezca el deseo, y del deseo se aumente el intelecto. Pero cuando el intelecto se intensifica, se abre hacia Dios un afecto más ardiente. Pero el afecto se hace tanto más capaz para merecer lo celestial, cuanto haya sido longánimo esperando. Pero sin embargo, entre estas cosas, el dolor urge a la paciencia de los santos a la voz, y cuando diferidos progresan, temen que, desfalleciendo sus fuerzas, sean reprobados por despreciables. Sigue:

Capítulo XXXII

(Rec. XXIII).

VERS. 21. Te has vuelto cruel para conmigo, y en la dureza de tu mano me eres adversario.

62. Nada digno podemos decir o pensar de Dios.--- Mucho disuena de esta sentencia la vieja traducción, porque lo que en esta se dice de Dios, en aquella se menciona de los adversarios y perseguidores. Pero sin embargo, porque se afirma que esta nueva traducción nos ha trasfundido todo más verdaderamente desde la elocuencia hebrea y arábica, debe creerse lo que en ella se dice, y conviene que nuestra exposición escudriñe sutilmente sus palabras. Dice, pues: Te has vuelto cruel para conmigo, y en la dureza de tu mano me eres adversario. En la Sagrada Escritura, cuando se dice algo indigno de Dios, se mueve el ánimo del que lee, como si alguna vez se dijera de Dios algo digno. Pues casi todo lo que se dice de Dios, por eso mismo ya es indigno, por cuanto pudo ser dicho. Pues ¿para cuya alabanza no basta la conciencia estupefacta, cuándo bastará la lengua que habla? Pero el Espíritu Santo, insinuando esto mismo a los hombres que entienden —cuán inefables sean las cosas sumas y divinas—, usa a veces de Dios incluso estas palabras que entre los hombres se tienen por vicio, para que, de estas cosas que parecen indignas a los hombres y, sin embargo, se dicen de Dios, se amonesten los hombres a saber que tampoco aquellas son ya dignas de Dios las cuales, mientras se tienen por dignas entre los hombres, se piensan dignas de Dios.

63. En qué sentido se diga que tiene celos, que se aira, que se arrepiente, que tiene misericordia, que preconoce. Para Dios nada es pasado ni futuro. Las cosas no son vistas por Dios porque son, sino que son porque son vistas.--- Pues Dios es llamado celoso, como está escrito: El Señor, cuyo nombre es Celoso (Éxodo 34, 14). Es llamado airado, de donde está escrito: Se airó el Señor contra Israel (Números 32, 13). Se dice que Dios se arrepiente, como está escrito: Me arrepiento de haber hecho al hombre sobre la tierra (Génesis 6, 7). Y de nuevo: Me arrepiento de haber constituido a Saúl rey en Israel (1 Sam. 15, 11).

Dicitur misericors, sicut scriptum est: Misericors et miserator Dominus, patiens et multum misericors (Psal. LXXXV, 15). Dicitur praescius, sicut de illo ait Apostolus: Quos praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui (Rom. VIII, 29), dum nec zelus, nec ira, nec poenitenta, nec proprie misericordia, nec praescientia esse possit in Deo. Haec namque omnia ab humanis in illum qualitatibus tracta sunt, dum ad nostrae infirmitatis verba descenditur, ut, quasi quibusdam nobis gradibus factis, et juxta nos positis, per ea quae nobis vicina conspicimus ad summa ejus ascendere quandoque valeamus. Zelari enim dicitur qui cum cruciatu mentis castitatem custodit uxoris. Irasci dicitur qui fervore animi contra puniendum vitium accenditur. Poenitere dicitur cui id quod fecit displicet, et e contra mutando aliquid aliud facit. Misericors dicitur qui pietate ad proximum permovetur. Misericordia autem a misero corde vocata est, eo quod unusquisque intueatur quempiam miserum, atque ei compatiens, dum dolore animi tangitur, ipse cor miserum facit, ut eum a miseria liberet cui intendit. Praescire dicitur qui unamquamque rem antequam veniat videt, et id quod futurum est priusquam praesens fiat praevidet. Deus ergo quomodo zelans est, qui in custodienda castitate nostra nullo mentis cruciatu tangitur? Quomodo irascitur, qui in ulciscendis vitiis nostris nulla perturbatione animi commovetur? Quomodo est poenitens, qui id quod semel fecerit se fecisse nequaquam dolet? Quomodo habet misericordiam, qui cor nunquam miserum habet? Quomodo est praescius, dum nulla nisi quae futura sunt praesciantur? Et scimus quia Deo futurum nihil est, ante cujus oculos praeterita nulla sunt, praesentia non transeunt, futura non veniunt, quippe quia omne quod nobis fuit et erit, in ejus conspectu praesto est; et omne quod praesens est, scire potest potius quam praescire. Et tamen dicitur zelans, dicitur iratus, dicitur poenitens, dicitur misericors, dicitur praescius, ut quia castitatem animae uniuscujusque custodit, humano modo zelans vocetur, quamvis mentis cruciatu non tangatur. Et quia culpas percutit, dicitur irasci, quamvis nulla animi perturbatione moveatur. Et quia ipse immutabilis id quod voluerit mutat, poenitere dicitur quamvis rem mutet, consilium non mutet. Et cum miseriae nostrae subvenit, misericors vocatur, quamvis miseris subveniat, et cor miserum nunquam habeat.

Es llamado misericordioso, como está escrito: Misericordioso y clemente es el Señor, paciente y de mucha misericordia (Salmo 85, 15). Es llamado presciente, como de él dice el Apóstol: A los que conoció de antemano, también los predestinó a ser conformes a la imagen de su Hijo (Rom. 8, 29); cuando ni el celo, ni la ira, ni el arrepentimiento, ni propiamente la misericordia, ni la presciencia pueden estar en Dios. Pues todas estas cosas han sido tomadas para él de las cualidades humanas, mientras se desciende a las palabras de nuestra debilidad, para que, hechos para nosotros como ciertos escalones y puestos junto a nosotros, podamos alguna vez ascender a sus cosas supremas por aquellas que contemplamos cercanas a nosotros. Pues se dice que tiene celos el que con tormento de la mente custodia la castidad de su esposa. Se dice que se aira el que se enciende por el fervor del ánimo contra el vicio que debe ser castigado. Se dice que se arrepiente aquel a quien le disgusta lo que hizo y, por el contrario, cambiando algo hace otra cosa. Es llamado misericordioso el que se conmueve por piedad hacia el prójimo. Pero la misericordia fue llamada así por el corazón mísero (misericordia de misero corde), por cuanto cada uno contempla a alguien mísero y, compadeciéndose de él mientras es tocado por el dolor del ánimo, él mismo hace un corazón mísero para librar de la miseria a aquel a quien atiende. Se dice que preconoce el que ve cada cosa antes de que venga y prevé lo que es futuro antes de que se haga presente. ¿Cómo, pues, es Dios celoso, quien en la custodia de nuestra castidad no es tocado por ningún tormento de la mente? ¿Cómo se aira, quien en la venganza de nuestros vicios no se conmueve por ninguna perturbación del ánimo? ¿Cómo se arrepiente, quien de ningún modo se duele de haber hecho lo que una vez hizo? ¿Cómo tiene misericordia, quien nunca tiene un corazón mísero? ¿Cómo es presciente, cuando nada sino lo que es futuro es preconocido? Y sabemos que para Dios nada es futuro, ante cuyos ojos nada es pasado, lo presente no transcurre, lo futuro no viene, porque ciertamente todo lo que para nosotros fue y será, está presente en su acatamiento; y todo lo que es presente, puede conocerlo más bien que preconocerlo. Y sin embargo es llamado celoso, es llamado airado, es llamado arrepentido, es llamado misericordioso, es llamado presciente, para que, porque custodia la castidad del alma de cada uno, sea llamado celoso al modo humano, aunque no sea tocado por tormento de la mente. Y porque hiere las culpas, se dice que se aira, aunque no se mueva por ninguna perturbación del ánimo. Y porque él mismo inmutable cambia lo que quiso, se dice que se arrepiente, aunque cambie la cosa, no cambie el consejo. Y cuando socorre nuestra miseria, es llamado misericordioso, aunque socorra a los míseros y nunca tenga un corazón mísero.

Et quia ea quae nobis futura sunt videt, quae tamen ipsi semper praesto sunt, praescius dicitur, quamvis nequaquam futurum praevideat, quod praesens videt. Nam et quaeque sunt, non in aeternitate ejus ideo videntur quia sunt, sed ideo sunt, quia videntur. Dum ergo ad verba mutabilitatis nostrae descenditur, ex eis quibusdam gradibus factis ascendat qui potest ad incommutabilitatem Dei, ut videat sine zelo zelantem, sine ira irascentem, sine dolore et poenitentia poenitentem, sine misero corde misericordem, sine praevisionibus praescientem. In illo enim nec praeterita, nec futura reperiri queunt, sed cuncta mutabilia immutabiliter durant, et quae in scipsis simul existere non possunt, illi simul omnia assistunt, nihilque in illo praeterit quod transit, quia in aeternitate ejus modo quodam incomprehensibili, cuncta volumina saeculorum transeuntia manent, currentia stant.

[Vet. XXV.] 64. Deus crudelis videtur, quando, etsi juste feriendo, non parcit.--- Sicut ergo accipimus sine zelo zelantem, sine ira irascentem, ita a sancto viro etiam sine crudelitate dici potuit crudelis. Crudelis quippe dicitur qui districte feriendo non parcit, ut videlicet hoc loco crudelis districte feriens possit intelligi, et ulciscendae culpae non parcens. Unde Isaias quoque cum videret ultimi judicii diem non jam cum venia, sed cum districtione esse venturum, ait: Ecce dies Domini veniet crudelis, et indignationis plenus, et irae furorisque ejus, ad ponendam terram in solitudine, et peccatores ejus conterendos de ea (Isai. XIII, 9). Sanctus igitur vir ut hanc eamdem crudelitatem sibi potius assereret congruere posse, quam Deo, ait: Mutatus es mihi in crudelem. Ac si aperte dicat: Qui in teipso crudelitatis nihil habes, mihi quem respirare a percussione non sinis, crudelis videris. Ita enim Deo crudelis esse non potest, sicut nec mutari ullatenus potest. Sed quoniam in Deo nec crudelitas, nec mutabilitas unquam venit, dum mihi dicit, quod in semetipso Deum nec crudelem nec mutabilem sentiat ostendit. Nam dum circa nos quaedam prospera et adversa variantur, in eo quod nos mutamur quasi ejus circa nos mutatum animum suspicamur. Ipse vero in se incommutabilis permanens, aliter atque aliter in cogitatione sentitur hominum, pro qualitate meritorum. Nam et lux solis cum nequaquam est sibimetipsi dissimilis, infirmis aspera, sanis autem oculis lenis videtur, eorum videlicet immutatione, non sua. Unde, ut praediximus, dicens: Mutatus es, adjunxit, Mihi, ut ipsa haec crudelitas atque immutatio non sit in qualitate judicis, sed in mente patientis. Quod verbis quoque aliis retexit, dicens: Et in duritia 668 manus tuae adversaris mihi. Manus etenim Dei dura creditur cum, voluntati nostrae contraria, hoc quod ei in nobis displicet feriendo persequitur et flagella ingeminat cum dolentis anima clementiam exspectat.

Y porque ve aquellas cosas que para nosotros son futuras, las cuales sin embargo para él siempre están presentes, es llamado presciente, aunque de ningún modo prevea lo futuro, que ve como presente. Pues también las cosas que son, no son vistas en su eternidad porque son, sino que son porque son vistas. Mientras, pues, se desciende a las palabras de nuestra mutabilidad, ascienda por ellas quien pueda, hechos ciertos escalones, a la inmutabilidad de Dios, para que vea al que tiene celos sin celo, al que se aira sin ira, al que se arrepiente sin dolor ni arrepentimiento, al misericordioso sin corazón mísero, al presciente sin previsiones. Pues en él no pueden hallarse ni cosas pasadas ni futuras, sino que todas las cosas mudables duran inmutablemente, y las que en sí mismas no pueden existir a la vez, todas le asisten a él a la vez, y nada en él pasa de lo que transcurre, porque en su eternidad, de un modo cierto e incomprensible, todos los volúmenes de los siglos que transcurren permanecen, y los que corren están quietos.

[Vet. XXV.] 64. Dios parece cruel cuando, aunque hiriendo justamente, no perdona.--- Como, pues, lo aceptamos como celoso sin celo, como airado sin ira, así por el santo varón pudo ser llamado cruel incluso sin crueldad. Pues se llama cruel al que, hiriendo estrechamente, no perdona; de modo que, a saber, en este lugar puede entenderse por cruel al que hiere estrechamente y no perdona la culpa que debe ser vengada. De donde Isaías también, cuando veía que el día del último juicio vendría ya no con perdón, sino con estrechez, dice: He aquí que viene el día del Señor, cruel y lleno de indignación, y de ira y de furor, para poner la tierra en soledad y para triturar de ella a sus pecadores (Isaías 13, 9). El santo varón, pues, para afirmar que esta misma crueldad podía convenirle más bien a él que a Dios, dice: Te has vuelto cruel para conmigo. Como si dijera abiertamente: Tú, que en ti mismo nada tienes de crueldad, para mí, a quien no dejas respirar por la percusión, pareces cruel. Pues de tal modo Dios no puede ser cruel, como tampoco puede ser mudado en modo alguno. Pero puesto que en Dios nunca viene ni la crueldad ni la mutabilidad, al decir para conmigo, muestra que en sí mismo siente que Dios no es ni cruel ni mudable. Pues mientras en torno a nosotros se varían algunas cosas prósperas y adversas, en aquello en que nosotros somos mudados sospechamos como si su ánimo estuviera mudado en torno a nosotros. Pero él, permaneciendo inmutable en sí mismo, es sentido de un modo y de otro en el pensamiento de los hombres, según la calidad de sus méritos. Pues también la luz del sol, cuando de ningún modo es disímil a sí misma, parece áspera a los ojos débiles, pero suave a los sanos, a saber, por la mutación de ellos, no la suya. De donde, como ya dijimos, al decir: Te has vuelto, añadió para conmigo, para que esta misma crueldad y mutación no esté en la calidad del juez, sino en la mente del que padece. Lo cual también reveló con otras palabras, diciendo: Y en la dureza de tu mano me eres adversario. Pues la mano de Dios se cree dura cuando, contraria a nuestra voluntad, persigue hiriendo esto que le disgusta en nosotros y duplica los azotes cuando el alma del que duele espera clemencia.

Quae tamen juxta allegoriae mysterium bene sanctae Ecclesiae verbis congruunt ex vocibus infirmorum, qui plerumque se plus feriri aestimant quam mereri putant, et quasi crudelitatem arbitrantur judicis districtionem aequissimam sectionis, quia et cum vulnus aegri medicinali ferramento abscinditur, medicus crudelis vocatur, qui tamen per secantis manus duritiam adversatur vulneri, sed concordat saluti.

Sequitur:

Caput XXXIII

[Rec. XXIV].

VERS. 22.---Elevasti me, et quasi super ventum ponens, elisisti me valide.

65. Super ventum sedet, qui transitoriis successibus laetatur. Adversitas non dejicit, quem prosperitas non corrumpit.--- Quia praesentis vitae gloria quasi in alto cernitur, sed nulla stabilitate solidatur, velut elevatus super ventum ponitur, qui prosperitate transitoria laetatur, quoniam ad hoc solum hunc fugitivae felicitatis aura sublevat, ut repente deterius in infimis sternat. Quia enim sancta Ecclesia cunctis in honore est, infirmi quique in ea qui transitoriis successionibus laetantur, quo nisi super ventum positi videntur elevati? quia subsequente persecutionis tempore, dum prosperitatis aura pertransit, eorum protinus elevatio corruit, et repente cadentes discunt, quia elevati prius in ventum sederunt. Quae videlicet verba etiam sancti viri personae specialiter congruunt, non ad id quod erat, sed ad id quod esse videbatur. Neque enim mentem illius prosperitas fugitiva levaverat, quam inter tot rerum affluentias miro semper virtutis pondere premebat; sed juxta hoc quod videri exterius potuit, qui in suis humilis, in alienis oculis elevatus fuit, et quasi super ventum positus, elisus est valide, quia rebus exterioribus fultus, unde aestimabatur surgere, videbatur inde cecidisse. Quem videlicet casum sanctus vir in mente non pertulit, quia nulla adversitas dejicit, quem prosperitas nulla corrumpit. Qui enim veritati inhaeret, vanitati nullo modo succumbit, quia dum forti pede cogitationis intus intentionem fixerit, omne quod foras mutabiliter agitur, ad arcem mentis minime pertingit. Sequitur:

Caput XXXIV

[Vet. XXVI, Rec. XXV].

Las cuales cosas, sin embargo, según el misterio de la alegoría, convienen bien a las palabras de la santa Iglesia por las voces de los débiles, que frecuentemente consideran que son más heridos de lo que piensan que merecen, y consideran como crueldad, por así decir, la estrechez equitativísima de la sección del juez; porque también cuando la herida del enfermo es cercenada con el hierro medicinal, el médico es llamado cruel, el cual, sin embargo, por la dureza de la mano que corta, es adversario de la herida, pero concuerda con la salud.

Sigue:

Capítulo XXXIII

(Rec. XXIV).

VERS. 22. Me elevaste y, como poniéndome sobre el viento, me estrellaste fuertemente.

65. Sobre el viento se sienta el que se alegra con los éxitos transitorios. La adversidad no abate a quien la prosperidad no corrompe.--- Porque la gloria de la vida presente se percibe como en lo alto, pero no se consolida con ninguna estabilidad, como elevado sobre el viento es puesto el que se alegra con la prosperidad transitoria, puesto que el aura de la felicidad fugitiva lo subleva para esto solo: para que de repente lo derribe peor en lo más profundo. Pues porque la santa Iglesia es tenida en honor por todos, ¿quiénes en ella, sino los débiles que se alegran con las sucesiones transitorias, parecen elevados al ser puestos sobre el viento? porque, en el tiempo de persecución subsiguiente, mientras pasa el aura de la prosperidad, su elevación al punto se derrumba, y cayendo de repente aprenden que, elevados antes, se sentaron sobre el viento. Las cuales palabras, a saber, convienen especialmente incluso a la persona del santo varón, no en cuanto a lo que era, sino en cuanto a lo que parecía ser. Pues la prosperidad fugitiva no había elevado su mente, la cual entre tantas afluencias de cosas oprimía siempre con el admirable peso de la virtud; sino que, según esto que pudo verse exteriormente, el que era humilde en los suyos, fue elevado en los ojos ajenos, y como puesto sobre el viento, fue estrellado fuertemente, porque apoyado en las cosas exteriores, de donde se estimaba que se levantaba, se veía que de allí había caído. Caída la cual, a saber, el santo varón no la sufrió en la mente, porque ninguna adversidad abate a quien ninguna prosperidad corrompe. Pues el que se adhiere a la verdad, de ningún modo sucumbe a la vanidad, porque mientras haya fijado su intención dentro con el pie fuerte del pensamiento, todo lo que se hace mudablemente fuera, mínimamente llega al alcázar de la mente. Sigue:

Capítulo XXXIV

(Vet. XXVI, Rec. XXV).

VERS. 23.---Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi.

66. Nemo mortem effugit; pauci voluptatum foveam et interitum. Elias mortem distulit, non evasit.--- In superiori hujus operis parte (Supra, lib. XII, cap. 6, Edit. Gussanv. novae, n. 13) tractatum est quod ante adventum Domini ad inferni receptacula etiam justi descenderent, quamvis non in suppliciis, sed in requie servarentur. Quod nunc testimoniis edocere negligimus, quia in ea jam sufficienter probatum putamus. Hoc ergo quod dicitur: Scio quia morti trades me, ubi constituta domus est omni viventi, recte beato Job etiam juxta historiam congruit, dum nimirum constat quia ante Redemptoris gratiam ad inferni claustra etiam justi ducerentur. Ipsa quippe inferni receptio domus omnium viventium dicitur, quia nullus huc venit qui ante Mediatoris adventum non 669 illuc ipsa corruptionis suae conditione pertransiit, nullus huc venit qui ad carnis mortem ejusdem corruptionis suae gressibus non tetendit. De qua videlicet morte per Psalmistam dicitur: Quis est homo qui vivit, et non videbit mortem (Psal. LXXXVIII, 49)? Nam etsi ad coelum raptus Elias esse perhibetur, mortem tamen distulit, non evasit. De ipso quippe ore veritatis dicitur: Elias quidem venturus est, et restituet omnia (Matth. XVII, 11). Veniet enim restituturus omnia, quia ad hoc nimirum huic mundo restituitur, ut et praedicationis munera impleat, et carnis debitum solvat. Quae tamen sancti viri sententia juxta allegoriae mysterium sanctae Ecclesiae vocibus ex persona congruit infirmorum, qui fidem verbo tenus tenent, sed contra praecepta fidei suis desideriis famulantur. Ait etenim: Scio quia morti trades me, ubi constituta domus est omni viventi. Quia enim multos in se voluptatibus deditos conspicit, eorumque jam interitum praescit, pensat quod in via vitae praesentis suis quidem desideriis serviunt, sed tamen ad mortis domum perveniunt omnes qui in ea carnaliter vivunt. Sunt vero nonnulli qui in voluptatum suarum foveam corruunt, sed tamen per lamenta poenitentiae ab imis citius pedem reducunt, quos supernae percussionis verbera ad eruditionem potius quam ad exstinctionem secant. Ex quibus apte subjungitur:

CAPUT XXXV.

VERS. 24.---Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam et si corruerint, ipse salvabis.

VERS. 23. Sé que me entregarás a la muerte, donde está constituida la casa para todo viviente.

66. Nadie escapa a la muerte; pocos al hoyo de los placeres y al interito. Elías difirió la muerte, no la evadió.--- En la parte superior de esta obra (Libro XII, cap. 6) se trató que antes del advenimiento del Señor incluso los justos descendían a los receptáculos del infierno, aunque no fueran guardados en suplicios, sino en descanso. Lo cual ahora omitimos enseñar con testimonios, porque pensamos que ya ha sido suficientemente probado en aquella. Esto, pues, que se dice: Sé que me entregarás a la muerte, donde está constituida la casa para todo viviente, rectamente conviene al bienaventurado Job incluso según la historia, por cuanto consta sin duda que antes de la gracia del Redentor incluso los justos eran conducidos a los claustros del infierno. Pues la misma recepción del infierno es llamada casa de todos los vivientes, porque ninguno vino aquí que, antes del advenimiento del Mediador, no pasara por allí por la misma condición de su corrupción, ninguno vino aquí que no tendiera a la muerte de la carne por los pasos de esa misma corrupción suya. De la muerte la cual, a saber, se dice por el Salmista: ¿Quién es el hombre que vive y no verá la muerte? (Salmo 88, 49). Pues aunque se afirma que Elías fue arrebatado al cielo, sin embargo difirió la muerte, no la evadió. Pues de él se dice por la misma boca de la Verdad: Elías en verdad ha de venir y restaurará todas las cosas (Mateo 17, 11). Pues vendrá para restaurar todas las cosas, porque sin duda es restituido a este mundo para esto: para que cumpla los dones de la predicación y pague la deuda de la carne. Sentencia la cual del santo varón, sin embargo, según el misterio de la alegoría, conviene a las voces de la santa Iglesia por la persona de los débiles, que mantienen la fe solo de palabra, pero sirven a sus deseos contra los preceptos de la fe. Pues dice: Sé que me entregarás a la muerte, donde está constituida la casa para todo viviente. Pues porque contempla en ella a muchos entregados a los placeres, y ya preconoce el interito de ellos, piensa que en la vía de la vida presente sirven ciertamente a sus propios deseos, pero sin embargo llegan a la casa de la muerte todos los que en ella viven carnalmente. Pero hay algunos que caen en el hoyo de sus placeres, pero sin embargo por los lamentos de la penitencia retiran más pronto el pie de lo profundo, a los cuales los azotes de la percusión suprema cortan para la erudición más bien que para la extinción. De los cuales aptamente se subraya:

CAPÍTULO XXXV.

VERS. 24. Pero no extiendes tu mano para la consumación de ellos y, si cayeren, tú mismo los salvarás.

67. Nonnulli a Deo percussi ad eruditionem non ad exstinctionem a peccato liberantur.--- In quibus profecto verbis hoc solerter debet intelligi, quod beatus Job, dum sua narrat, in se alios transfigurat. Velut enim de se specialiter dicebat: Elevasti me, et quasi super ventum ponens elisisti me valide; scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi; et tamen non de se, sed de aliis adjugit: Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam. Dum enim de se loquens ratiocinando causas de aliis subdit, quam multorum personas in se significet ostendit. Manum itaque suam Dominus ad consumptionem peccantium non emittit, cum feriendo a peccatis corripit, et corruentes salvat, dum cadentes ad culpam in salutem corporis vulnerat, ut prostrati exterius, interius surgant, quatenus jacentes corpore ad interiorem statum redeant, qui stantes exterius a statu mentis jacebant. Sequitur:

Caput XXXVI

[Rec. XXVI].

VERS. 25.---Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.

68. Eleemosyna ex mentis affectu quo fit, potissimum aestimanda. Largitorem non faciat rerum abundantia, sed compassio.--- Quamvis vera compassio est passioni proximi ex largitate concurrere, nonnunquam tamen, cum exteriora quaeque abunde ad largiendum suppetunt, celerius dantis manus dationem invenit quam animus dolorem. Unde scire necesse est quia ille perfecte tribuit, qui cum eo quod afflicto porrigit afflicti quoque in se animum sumit, ut prius in se dolentis passionem transferat, et tunc contra dolorem illius per ministerium concurrat. Nam saepe, ut praediximus, largitorem muneris rerum facit abundantia, et non virtus compassionis. Qui enim afflicto perfecte compatitur, 670 plerumque et hoc indigenti tribuit, in quo ipse si dederit angustatur. Et tunc plena est cordis nostri compassio, cum malum inopiae pro proximo suscipere non metuimus, ut illum a passione liberemus.

69. Pietatis formam Christus nobis dedit, et docuit Paulus.--- Quam videlicet pietatis formam Mediator nobis Dei et hominum dedit. Qui cum posset nobis etiam non moriendo concurrere, subvenire tamen moriendo hominibus voluit, quia nos videlicet minus amasset, nisi et vulnera nostra susciperet; nec vim nobis suae dilectionis ostenderet, nisi hoc quod a nobis tolleret ad tempus ipse sustineret. Passibiles quippe mortalesque nos reperit, et qui nos existere fecit ex nihilo, revocare videlicet etiam sine sua morte potuit a passione.

67. Algunos, heridos por Dios para la erudición, no para la extinción, son librados del pecado.--- En las cuales palabras, por cierto, debe entenderse solícitamente esto: que el bienaventurado Job, mientras narra lo suyo, transfigura en sí a otros. Pues como decía especialmente de sí: Me elevaste y, como poniéndome sobre el viento, me estrellaste fuertemente; sé que me entregarás a la muerte, donde está constituida la casa para todo viviente; y sin embargo, no de sí, sino de otros añade: Pero no extiendes tu mano para la consumación de ellos. Pues mientras hablando de sí, razonando, añade las causas de otros, muestra a cuántas personas significa en sí mismo. Por tanto, el Señor no extiende su mano para la consumación de los pecadores cuando, hiriendo, corrige de los pecados, y salva a los que caen mientras hiere para la salud del cuerpo a los que caen en la culpa, para que, postrados exteriormente, surjan interiormente; a fin de que, yaciendo en el cuerpo, vuelvan al estado interior los que, estando de pie exteriormente, yacían del estado de la mente. Sigue:

Capítulo XXXVI

(Rec. XXVI).

VERS. 25. Lloraba yo en otro tiempo sobre el que estaba afligido, y mi alma se compadecía del pobre.

68. La limosna debe estimarse principalmente por el afecto de la mente con que se hace. No haga al dador la abundancia de cosas, sino la compasión.--- Aunque la verdadera compasión es concurrir con la pasión del prójimo por la largueza, a veces sin embargo, cuando todas las cosas exteriores están abundantemente a mano para dar, más pronto encuentra la mano del dador la dación que el ánimo el dolor. De donde es necesario saber que da perfectamente el que, con aquello que al afligido alarga, asume también en sí el ánimo del afligido, para que primero transfiera a sí la pasión del doliente, y entonces concurra por el ministerio contra el dolor de aquel. Pues a menudo, como ya dijimos, la abundancia de cosas hace al dador del don, y no la virtud de la compasión. Pues el que perfectamente se compadece del afligido, frecuentemente entrega al indigente incluso esto en lo cual él mismo, si lo diere, se ve angustiado. Y entonces es plena la compasión de nuestro corazón, cuando no tememos asumir para nosotros el mal de la penuria por el prójimo, para librarlo a él de la pasión.

69. Cristo nos dio la forma de la piedad, y Pablo la enseñó.--- Forma la cual de piedad, a saber, nos dio el Mediador entre Dios y los hombres. El cual, pudiendo concurrir para nosotros incluso no muriendo, quiso sin embargo subvenir a los hombres muriendo, porque sin duda nos habría amado menos si no asumiera también nuestras llagas; ni nos mostraría la fuerza de su dilección si él mismo no sostuviera por un tiempo esto que de nosotros quitaba. Pues nos halló pasibles y mortales y él, que nos hizo existir de la nada, pudo a saber revocarnos de la pasión incluso sin su muerte.

Sed ut quanta esset virtus compassionis ostenderet, fieri pro nobis dignatus est quod esse nos noluit, ut in semetipso temporaliter mortem susciperet, quam a nobis in perpetuum fugaret. An non in divinitatis suae divitiis nobis invisibilis permanens, miris nos potuit virtutibus ditare? [Vet. XXVII.] Sed ut ad internas divitias rediret homo, foras apparere dignatus est pauper Deus. Unde et praedicator egregius, ut ad largitatis gratiam viscera nostrae compassionis accenderet, dixit: Propter nos egenus factus est, cum dives esset (II Cor. VIII, 9). Qui sic etiam dicit: Non ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio (Ibid., 13). Haec procul dubio condescendendo infirmis intulit, quoniam quibusdam inopiam ferre non valentibus tolerabilius est minus tribuere quam post largitatem suam ex inopiae angustia murmurare. Nam ut ad magna largiendi studia audientium mentes accenderet, paulo post intulit, dicens: Hoc autem dico: Qui parce seminat, parce et metet (II Cor. IX, 6). Plus autem nonnunquam esse dicimus compati ex corde, quam dare, quia quisquis perfecte indigenti compatitur, minus aestimat omne quod dat. Nisi enim dantis manum bona voluntas vinceret, idem praedicator egregius discipulis non dixisset: Qui non solum facere, sed et velle coepistis ab anno priori (II Cor. VIII, 10). Facile quippe est in bono opere obedire etiam nolentem. Sed haec magna in discipulis virtus exstiterat, eos bonum quod illis praeceptum est et ante voluisse.

70. Exteriora largiens, aliquid de suo, compassionem impendens, aliquid dat de seipso.--- Quia itaque vir sanctus apud omnipotentem Deum aliquando majus datum noverat mentis esse quam muneris, dicat: Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi. Exteriora etenim largiens, rem extra semetipsum praebuit. Qui autem fletum et compassionem proximo tribuit, ei aliquid etiam de semetipso dedit. Idcirco autem plus compassionem quam datum dicimus, quia rem quamlibet plerumque dat etiam qui non compatitur, nunquam autem qui vere compatitur quod necessarium proximo conspicit negat.

Hinc per Paulum dicitur: Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum (II Cor. II, 14). Ut videlicet sollicite perpendamus quia et eos quos nunc inopes cernimus, abundantes quandoque videbimus; et qui abundantes aspicimur, si largiri negligimus quandoque inopes erimus. Qui itaque nunc temporale subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus, ut ita dicam, quasi ad frugem terram excolit, quae quod acceperit uberius reddit. Restat ergo ut nunquam elatio surgat ex munere quando videlicet dives ex eo quod pauperi tribuit agit ut in perpetuum pauper non sit. Beatus igitur Job ut diligenter ostenderet humilitas atque misericordia quanta in eo fuerit consideratione sociata ait: Si despexi praetereuntem, eo quod non habuerit indumentum, et absque operimento pauperem; si non benedixerunt mihi latera ejus, et de velleribus ovium mearum calefactus est. Ac si aperte diceret: In amore proximi uno eodemque ordine et superbiae vitium, et impietatis premens, praetereuntem quempiam et humiliter aspiciens non despexi, et misericorditer calefeci. Quisquis enim super eum cui aliquid tribuit fastu se elationis extollit, majorem culpam intrinsecus superbiendo peragit, quam extrinsecus largiendo, mercedem, fitque ipse bonis interioribus nudus, cum nudum despicit vestiens; eoque agit ut se ipso deterior fiat, quo se indigenti proximo meliorem putat. Minus quippe inops est qui vestem non habet quam qui humilitatem. Unde necesse est ut cum naturae nostrae consortes exteriora non habere conspicimus, quam multa nobis desint bona interiora pensemus; quatenus sese super inopes cogitatio non elevet, cum solerter videt quia nos tanto verius quanto et interius indigentes sumus.

31. Etiam incognitis erogetur eleemosyna. ---Et quia sunt nonnulli qui pietatis suae viscera tendere usque ad incognitos nesciunt, sed solis quos per assiduitatem notitiae didicerint miserentur, apud quos nimirum plus familiaritas quam natura valet, dum quibusdam necessaria non quia homines, sed quia noti sunt, largiuntur, bene nunc per beatum Job dicitur: Si despexi praetereuntem, eo quod non habuerit indumentum. Ignoto enim proximo misertum se indicat, quem praetereuntem vocat, quia videlicet apud piam mentem plus natura valet quam notitia. Nam et unusquisque qui indiget, eo ipso quo homo est, ei jam incognitus non est. Sequitur:

Caput XX

[Rec. XV].

VERS. 21.---Si levavi super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem.

De aquí por Pablo se dice: Vuestra abundancia la penuria de ellos supla, para que también la abundancia de ellos de vuestra penuria sea suplemento (2 Cor. 8, 14). Para que a saber solícitos perpendamos que también a los que ahora indigentes vemos, abundantes alguna vez veremos; y los que abundantes somos vistos, si otorgar descuidamos alguna vez indigentes seremos. El que por tanto ahora temporal subsidio al pobre tributa, de él después perpetuo a recibir, por así decirlo, como para el fruto la tierra cultiva, que lo que recibió más abundantemente devuelve. Resta por tanto que nunca la elación surja del don cuando a saber el rico de aquello que al pobre tributa hace que para siempre pobre no sea. El bienaventurado Job por tanto para que diligentemente mostrara la humildad y la misericordia cuánta en él haya sido en la consideración asociada dice: Si desprecié al que pasaba, por lo que no tuvo vestido, y sin cobertura al pobre; si no me bendijeron sus costados, y con los vellones de mis ovejas fue calentado. Como si abiertamente dijera: En el amor del prójimo por uno y el mismo orden tanto el vicio de la soberbia como de la impiedad oprimiendo, al que pasaba a cualquiera e humildemente mirando no desprecié, y misericordiosamente calenté. Pues cualquiera que sobre aquel a quien algo tributa con el fasto de la elación se ensalza, mayor culpa intrínsecamente soberbiando comete, que extrínsecamente otorgando, merced, y se hace él mismo de los bienes interiores desnudo, cuando al desnudo desprecia vistiendo; y con ello hace que se peor que sí mismo se haga, por lo que se al indigente prójimo mejor se piensa. Menos pues indigente es quien vestido no tiene que quien humildad. Por lo cual es necesario que cuando a los consortes de nuestra naturaleza las cosas exteriores no tener vemos, cuán muchos a nosotros nos falten bienes interiores pesemos; a fin de que sobre los indigentes la cogitación no se eleve, cuando solícitamente ve que nosotros tanto más verdaderamente cuanto e interiormente indigentes somos.

31. También a los incógnitos se erogue limosna. ---Y porque hay algunos que las vísceras de su piedad tender hasta los incógnitos no saben, sino a solos los que por la asiduidad de la noticia conocieron de ellos se apiadan, ante los cuales por cierto más la familiaridad que la naturaleza vale, mientras a algunos las cosas necesarias no porque hombres, sino porque conocidos son, otorgan, bien ahora por el bienaventurado Job se dice: Si desprecié al que pasaba, por lo que no tuvo vestido. Al incógnito pues prójimo compadecido se indica, a quien que pasaba llama, porque a saber ante la mente piadosa más la naturaleza vale que la noticia. Pues también cada uno que indige, por eso mismo que hombre es, para él ya incógnito no es. Sigue:

CAPÍTULO XX.

VERS. 21.---Si levanté sobre el huérfano mi mano, incluso cuando me veía en la puerta superior.

32. Sancti libenter injuriam patiuntur, et quae sibi debentur cavent districtius exigere. ---Mos apud veteres fuit ut ad portam seniores sederent, qui certantium jurgia judiciaria examinatione discernerent; quatenus urbem, in qua concorditer oporteret vivere, discordes minime intrarent. Unde et per prophetam Dominus dicit: Constituite in porta judicium. (Amos. V, 15). Hoc itaque loco quid portae nomine exprimitur nisi id quod agebatur in porta? Sicut enim pugnare castra dicimus, pro eo quod pugnatur ex castris; ita judicium, quod in porta agi consueverat, porta nominatur. In porta ergo se superiorem videt, qui se melioris partis esse in judicio aequitatis merito conspicit. Beatus igitur Job, quia nec tunc contra pupillum manum exeruit, cum se etiam per justitiae meritum potiorem vidit, nobis timoris regulam insinuans, dicit: Si levavi super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem. Ac si patenter dicat: Neque tunc utilitatis meae negotia virtute contra pupillum exsequi volui, quando me in judicio etiam ex justitia potiorem vidi. [Vet. XV.] Sancti etenim viri quando cum personis minoribus contentionum negotia subeunt, dum gravare vel in minimis timent, ipsi contra justitiam gravari nequaquam refugiunt. Sciunt quippe quia omnis humana justitia injustitia esse reprehenditur, si divinitus districte judicetur. Unde hoc quod sibi competit cavent vehementer exigere, ne eorum actus supernam rectitudinem contingat subtiliter examinare. Sed ut inveniri justi in divino examine valeant, plerumque apud humana judicia gravari se et injuste patiuntur. Beatus autem Job vitae suae celsitudinem narrans, et multa sunt et mira quae dixit. Sed quia plerumque humana mens renuit bona credere, quae nescit operari, maledicti sibi sententiam protinus subjicit, si qua horum quae dixerat opere non implevit, dicens:

Caput XXI

[Rec. XVI].

VERS. 22.---Humerus meus a junctura sua cadat, et brachium meum cum ossibus suis conteratur.

33. Concordia in societate, sine patientia perseverare non potest. ---Quia operatio corporea per humerum ac brachium agitur, bona quae ore protulit, si opere non implevit, cadere sibi humerum et conteri brachium exoptat. Ac si aperte dicat: Si ea quae dixi operari renui, ipsum quod mihi ad operandum datum est corporis membrum perdam, ut videlicet cadat a corpore, quod exercere nolui ad utilitatem. Si vero haec maledicti sententia ad spiritualem est intelligentiam referenda, liquet profecto quod brachium corpori per humerum jungitur.

32. Los santos de buena gana la injuria padecen, y lo que a sí se les debe evitan más estrechamente exigir. ---Costumbre entre los antiguos fue que a la puerta los ancianos se sentaran, que las rencillas de los contendientes con judicial examen discernieran; a fin de que la ciudad, en la cual convenientemente se debiera vivir concordemente, los discordes mínimamente entraran. Por lo cual también por el profeta el Señor dice: Constituid en la puerta el juicio (Amós 5, 15). En este lugar por tanto ¿qué por el nombre de puerta se expresa sino lo que se hacía en la puerta? Así como pues pelear al campamento decimos, por lo que se pelea desde el campamento; así el juicio, que en la puerta hacerse solía, puerta se nombra. En la puerta por tanto se ve superior, quien se de mejor parte ser en el juicio por el mérito de la equidad ve. El bienaventurado Job por tanto, porque ni entonces contra el huérfano la mano ejerció, cuando se incluso por el mérito de la justicia más potente vio, a nosotros la regla del temor insinuándonos, dice: Si levanté sobre el huérfano mi mano, incluso cuando me veía en la puerta superior. Como si patentemente diga: Ni entonces los negocios de mi utilidad con fuerza contra el huérfano ejecutar quise, cuando me en el juicio también por la justicia más potente vi. [Vet. XV.] Los varones santos pues cuando con personas menores negocios de contenciones emprenden, mientras gravar incluso en lo mínimo temen, ellos mismos contra la justicia ser gravados de ninguna manera huyen. Saben por cierto que toda humana justicia injusticia ser se reprende, si divinamente estrechamente sea juzgada. Por lo cual esto que a sí les compete evitan vehementemente exigir, no sea que sus actos a la suprema rectitud acontezca sutilmente examinar. Pero para que ser encontrados justos en el divino examen puedan, muchísimas veces ante los humanos juicios ser gravados y injustamente padecer se permiten. El bienaventurado Job en cambio la celsitud de su vida narrando, y muchas son y admirables las cosas que dijo. Pero porque muchísimas veces la mente humana rehúsa los bienes creer, que no sabe obrar, la sentencia de la maldición para sí al punto subjunta, si algo de esto que había dicho con la obra no cumplió, diciendo:

CAPÍTULO XXI.

VERS. 22.---Mi hombro de su juntura caiga, y mi brazo con sus huesos sea quebrantado.

33. La concordia en la sociedad, sin la paciencia perseverar no puede. ---Porque la operación corpórea por el hombro y el brazo se actúa, los bienes que con la boca profirió, si con la obra no cumplió, caer para sí el hombro y quebrantarse el brazo desea. Como si abiertamente diga: Si aquellas cosas que dije obrar rehusé, el mismo que para obrar dado me fue miembro del cuerpo pierda, para que a saber caiga del cuerpo, lo que ejercitar no quise para la utilidad. Si en cambio esta sentencia de la maldición a la espiritual inteligencia ha de ser referida, consta por cierto que el brazo al cuerpo por el hombro se une.

Unde propheta quoque intuens sanctos universalis Ecclesiae populos Deo concorditer servituros, ait: Et servient ei in humero uno (Sophon. III, 9). In eo ergo quod dicit: Si levavi super pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta superiorem, miram virtutem patientiae servasse se asserit, qui gravari se a personis minimis, nec contra hoc quod sibi juste competere poterat, declinavit. Quod tamen si minime fecerit, adjungit: Humerus meus a junctura sua cadat. Quia nimirum qui patientiam servare contemnit socialem vitam citius per impatientiam deserit. Et sicut per brachium bona operatio, ita per humerum socialis vitae conjunctio designatur. A junctura etenim humerus cadit, cum adversitatis aliquid ferre animus non valens, fraternam concordiam relinquit; et quasi membrum separatur a corpore, cum is qui operari bona poterat a bonorum omnium abscinditur universitate. Neque enim unquam servari concordia nisi per solam patientiam valet. Crebro namque in humana actione nascitur, unde mentes hominum vicissim a sua unitate ac dilectione separentur; et nisi ad adversa toleranda se animus praeparet, procul dubio humerus corpori non inhaeret. Hinc etenim Paulus ait: Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi (Galat. VI, 2). Hinc per semetipsam Veritas dicit: In patientia vestra possidebitis animas vestras (Luc. XXI, 19).

[Vet. XVI.] 34. Sine patientia charitati conjuncta bona opera pereunt. ---Recte autem, humero cadente, subjungitur: Et brachium meum cum ossibus suis conteratur: quia nimirum cuncta nostra operatio, cum quibuslibet videatur esse virtutibus, solvitur, nisi per charitatis vinculum patientia conservetur. Sua enim bona perdit operari qui aliena mala renuit perpeti. Fervore quippe iracundi spiritus laesus quisque a dilectione resilit, et cum se exterius gravari non tolerat, intus se per amissum lumen charitatis obscurat; nec videt jam quo tendat pedem boni operis, qui oculum perdidit dilectionis. Sed sancti viri humerus a junctura sua non cadit, quia videlicet ejus dilectio a socialis vitae concordia per impatientiam non recedit. Ejusque brachium minime frangitur, quia omnis ejus operatio in conjunctione humeri, id est in charitatis connexione custoditur, Sed qua consideratione bona haec tanta egerit, atque a malis omnibus sese abstinuerit, adjungit dicens.

Caput XXII

[Rec. XVII].

VERS. 23.---Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, et pondus ejus ferre non potui.

Por lo cual el profeta también intuyendo los santos pueblos de la Iglesia universal a Dios concordemente servidores, dice: Y le servirán en un solo hombro (Sof. 3, 9). En aquello pues que dice: Si levanté sobre el huérfano mi mano, incluso cuando me veía en la puerta superior, admirable virtud de paciencia haber guardado aserta, quien ser gravado por personas mínimas, ni contra esto que a sí justamente competir podía, declinó. Lo cual sin embargo si mínimamente hizo, añade: Mi hombro de su juntura caiga. Porque de cierto quien la paciencia guardar contemne la vida social más pronto por la impaciencia deserta. Y así como por el brazo la buena operación, así por el hombro la conjunción de la vida social se designa. De la juntura pues el hombro cae, cuando algo de adversidad llevar el ánimo no pudiendo, la concordia fraterna relincha; y como un miembro se separa del cuerpo, cuando aquel que obrar bienes podía de la universalidad de todos los bienes es abscindido. Ni nunca guardarse la concordia sino por sola la paciencia puede. Frecuentemente pues en la acción humana nace, de donde las mentes de los hombres recíprocamente de su unidad y dilección se separen; y si para las cosas adversas tolerar el ánimo no se prepara, sin duda el hombro al cuerpo no es inherente. De aquí pues Pablo dice: Llevad los unos las cargas de los otros, y así cumpliréis la ley de Cristo (Gál. 6, 2). De aquí por sí misma la Verdad dice: En vuestra paciencia poseeréis vuestras almas (Luc. 21, 19).

[Vet. XVI.] 34. Sin la paciencia a la caridad conjunta los buenos trabajos perecen. ---Rectamente en cambio, cayendo el hombro, se subjunta: Y mi brazo con sus huesos sea quebrantado: porque de cierto toda nuestra operación, aunque con cualesquiera se vea ser virtudes, se disuelve, si no por el vínculo de la caridad la paciencia se conserva. Pues sus bienes pierde de obrar quien los ajenos males rehúsa perpetrar. Por el fervor pues del airado espíritu herido cada cual de la dilección resalta, y cuando se exteriormente ser gravado no tolera, dentro se por la perdida luz de la caridad oscurece; ni ve ya a dónde tienda el pie de la buena obra, quien el ojo perdió de la dilección. Pero de un varón santo el hombro de su juntura no cae, porque a saber su dilección de la concordia de la vida social por la impaciencia no recede. Y su brazo mínimamente se rompe, porque toda su operación en la conjunción del hombro, esto es en la conexión de la caridad se custodia. Pero con qué consideración estos bienes tan grandes hizo, y de todos los males se abstuvo, añade diciendo.

CAPÍTULO XXII.

VERS. 23.---Siempre pues como hinchadas sobre mí olas temí a Dios, y su peso llevar no pude.

35. Timoris Dei quanta vis ad omnium contemptum persuadendum. Extremi judicii signa praevia. ---A pavore tantae similitudinis pensemus, si possumus, quanta in sancto viro fuerit vis timoris. Fluctus etenim cum tumentes desuper imminent, cumque eam quam deferunt mortem minantur, nulla tunc navigantibus rerum cura temporalium, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur; ea ipsa quoque ex navi projiciunt, pro quibus longa navigia sumpserunt; cunctae res in despectum mentis veniunt, amore vivendi. Quasi ergo tumentes super se fluctus Deum metuit, qui dum veram vitam desiderat, omnia despicit quae hic possidens portat. Nam velut tempestate deprehensi pondus navis abjicimus, quando ab oppressa mente desideria terrena removemus. Fitque ut sublevata navis enatet, quae mergebatur onerata, quia nimirum curae quae in hac vita deprimunt mentem in profundum trahunt. Quae videlicet mens tanto altius inter tentationum fluctus attollitur, quanto sollicitius ab hujus saeculi cogitatione vacuatur. Est vero et aliud quod de maris concussione debeat solerter intueri. Tempestas quippe cum oritur, prius lenes undae, et postmodum volumina majora concitantur; ad extremum fluctus se in alta erigunt, et navigantes quosque ipsa sua altitudine subvertunt. Sic sic nimirum extrema illa properat, quae universum mundum subruat tempestas animarum. Nunc enim bellis et cladibus quasi quibusdam undis sua nobis exordia ostendit, et quanto ad finem quotidie propinquiores efficimur, tanto graviora irruere tribulationum volumina videmus. Ad extremum vero commotis omnibus elementis, supernus judex veniens finem omnium apportat, quia videlicet tunc tempestas fluctus in coelum levat. Unde et dicitur: Adhuc modicum, et ego movebo non solum terram, sed etiam coelum (Aggae. II, 7). Quam scilicet tempestatem quia sancti viri vigilanter aspiciunt quasi tumentes super se quotidie fluctus expavescunt, atque ex his tribulationibus quae mundum feriunt praevident quae sequantur.

36. Judicium extremum sancti formidant; quanto magis expavescere debent peccatores. Bene autem subditur: Et pondus ejus ferre non potui, quoniam qui extremi judicii adventum intenta mente considerat, profecto videt quia tantus pavor imminet, quantum non solum tunc videre, sed se etiam nunc praevidere pertimescat. Consideratione namque tanti terroris metu animus palpitat, et intentionis suae oculos declinans, intueri quod praevidet recusat.

35. Cuánta es la fuerza del temor de Dios para persuadir al desprecio de todo. Signos previos del juicio extremo. ---Por el pavor de tan gran similitud pesemos, si podemos, cuánta en el varón santo haya sido la fuerza del temor. Las olas pues cuando hinchadas desde arriba inminentes están, y cuando la muerte que traen amenazan, ninguna entonces para los navegantes preocupación de las cosas temporales, ninguna delectación de la carne a la mente se reduce; esas mismas cosas también de la nave proyectan, por las cuales largos viajes emprendieron; todas las cosas vienen al desprecio de la mente, por el amor de vivir. Como si por tanto hinchadas sobre sí olas temió a Dios, quien mientras la verdadera vida desea, todo desprecia lo que aquí poseyendo lleva. Pues como si por la tempestad sorprendidos el peso de la nave arrojamos, cuando de la oprimida mente los deseos terrenos removemos. Y se hace que la aliviada nave flote, que se sumergía cargada, porque de cierto las preocupaciones que en esta vida deprimen la mente a lo profundo arrastran. Cuya mente a saber tanto más alto entre las olas de las tentaciones se levanta, cuanto más solícitamente de la cogitación de este siglo se vacía. Hay en cambio también otro que de la concusión del mar deba solícitamente intuirse. La tempestad pues cuando nace, primero leves ondas, y después volúmenes mayores se concitan; al extremo las olas se en lo alto erigen, y a los navegantes a cualesquiera por su misma altura subvierten. Así así de cierto aquella extrema se apresura, que al universo mundo subvierta tempestad de las almas. Ahora pues con guerras y matanzas como por algunas ondas sus exordios nos muestra, y cuanto al fin diariamente más próximos somos hechos, tanto más graves irrumpir volúmenes de tribulaciones vemos. Al extremo en cambio conmovidos todos los elementos, el juez supremo viniendo el fin de todos aporta, porque a saber entonces la tempestad las olas al cielo levanta. Por lo cual también se dice: Aún un poco, y yo moveré no sólo la tierra, sino también el cielo (Ageo 2, 7). Cuya tempestad porque los varones santos vigilantemente miran como hinchadas sobre sí diariamente olas expavescen, y por estas tribulaciones que al mundo hieren prevén las que siguen.

36. El juicio extremo los santos formidan; cuánto más expavescer deben los pecadores. Bien en cambio se subjunta: Y su peso llevar no pude, por cuanto quien del juicio extremo el advenimiento con intenta mente considera, de cierto ve que tanto pavor inminente está, cuanto no sólo entonces ver, sino se también ahora prever pertimesca. Por la consideración pues de tanto terror con miedo el ánimo palpita, y de su intención los ojos declinando, intuir lo que prevé rehúsa.

Bene ergo dicitur: Et pondus ejus ferre non potui, quia cum supernae majestatis vim ad judicium venientis terroremque tanti examinis considerando animus conatur exquirere, mox ad semetipsum refugiens, sese expavescit invenisse. Sed inter haec pensandum est quia beatus Job ista de se loquitur laudatus et flagellatus. Si igitur saltem ad meritorum profectum ita percussus est qui sic timuit, quomodo feriendus est qui contemnit? Quomodo depressura sunt Dei judicia eos qui se elevant, si et illos ad tempus deprimunt qui haec semper in humilitate formidant? Quomodo pondus Dei poterit ferre qui despicit, si hoc et ille in verbere pertulit qui per timorem praevidit? Unde summopere formidandum nobis est illud tantae districtionis examen. Constat autem quia in hac vita cum percutit, si percussionem correctio sequitur, disciplina patris est, non ira judicis; amor corrigentis est, non districtio punientis. Ex ipso ergo praesenti verbere judicia aeterna pensanda sunt. Hinc etenim perpendere summopere debemus quomodo feratur illa quae reprobat, si ferri modo vix valet ejus ira quae purgat.

Bien por tanto se dice: Y su peso llevar no pude, porque cuando de la suprema majestad la fuerza al juicio viniendo y el terror de tanto examen considerando el ánimo se esfuerza por inquirir, al punto a sí mismo refugiándose, se expavesce haber encontrado. Pero entre esto se ha de pensar que el bienaventurado Job esto de sí lo habla laudado y flagelado. Si por tanto al menos al provecho de los méritos así percutido es quien así temió, ¿cómo ha de ser herido quien contemne? ¿Cómo deprimirán los juicios de Dios a quienes se elevan, si incluso a ellos por un tiempo deprimen quienes esto siempre en la humildad formidan? ¿Cómo el peso de Dios podrá llevar quien desprecia, si esto también aquel en el azote sobrellevó quien por el temor previo? Por lo cual sumamente formidando por nosotros es aquel de tanta estrechez examen. Consta en cambio que en esta vida cuando hiere, si a la percusión la corrección sigue, disciplina de padre es, no ira de juez; amor del que corrige es, no estrechez del que castiga. Por el mismo pues presente azote los juicios eternos han de ser pesados. De aquí pues perpendear sumamente debemos cómo se lleve aquella que reprueba, si llevarse apenas puede ahora su ira que purga.

LIBER VI

GESIMUS SECUNDUS.

Quod supererat capitis XXXI libri Job explicatur, commendanturque praesertim animi demissio et moderatio, patientia, charitas, et erga subditos sollicitudo.

CAPUT PRIMUM.

1. Ad cavendam desperationem, licet recte a se gestorum recordari. Quod a me saepe jam dictum est, hoc me crebro repetere onerosum non est, quia et praedicator egregius dicit: Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium (Phil. III, 1). Beatus Job idcirco gestas virtutes narrat, quia inter increpationis verba et percussionis verbera deprehensus, a spei fiducia mentem suam labefactari considerat. Multa quippe et egisse se mala ab increpantibus amicis audierat, et ne verbis pariter et flagellis pressa in desperationem mens corruat, hanc per suarum virtutum memoriam ad spem reformat, ut nequaquam se debeat in calamitate dejicere, quae tranquillitatis suae tempore se meminerat tam sublimia egisse. Quia igitur intentionis ejus causam diximus, restat ut auditas virtutes illius subtiliter perpendamus.

2. Una virtus sine aliis, aut nulla est, aut minima. Hoc autem primum sciendum est, quia quisquis virtute aliqua pollere creditur, tunc veraciter pollet, cum vitiis ex alia parte non subjacet. Nam si ex alio vitiis subditur, nec hoc est solidum, ubi stare putabatur. Unaquaeque enim virtus tanto minor est, quanto desunt caeterae: Nam saepe quosdam pudicos quidem vidisse nos contigit, sed non humiles; quosdam vero quasi humiles, sed non misericordes; quosdam quasi misericordes, sed nequaquam justos; quosdam vero quasi justos, sed in se potius quam in Domino confidentes. Et certum est quia nec castitas in ejus corde vera est, cui humilitas deest, quippe quia superbia se intrinsecus corrumpente fornicatur, si semetipsum diligens, a divino recedit amore. Nec humilitas vera est cui misericordia juncta non est, quia nec debet humilitas dici, quae ad compassionem fraternae miseriae nescit inclinari. Nec misericordia vera est quae a rectitudine justitiae existit aliena, quia quae potest per injustitiam pollui, nescit procul dubio sibimetipsi misereri.

Libro VI

GÉSIMO SEGUNDO.

Lo que restaba del capítulo XXXI del libro de Job se explica, y se encomiendan sobre todo la humillación y moderación del ánimo, la paciencia, la caridad, y hacia los súbditos la solicitud.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Para evitar la desesperación, es lícito recordar lo que se ha hecho rectamente. Lo que ya he dicho a menudo, no me es gravoso repetirlo con frecuencia, porque también el egregio predicador dice: Escribiros lo mismo a mí ciertamente no me es pesado, y para vosotros es necesario (Filip. III, 1). El bienaventurado Job narra por eso las virtudes realizadas, porque hallado entre las palabras de reprensión y los azotes de la percusión, considera que su mente se debilita en la confianza de la esperanza. Pues había oído de los amigos que lo reprendían que había hecho muchos males, y para que la mente, oprimida igualmente por las palabras y los flagelos, no caiga en la desesperación, la reforma hacia la esperanza por la memoria de sus virtudes, para que de ninguna manera deba abatirse en la calamidad la que recordaba haber hecho cosas tan sublimes en el tiempo de su tranquilidad. Puesto que, por lo tanto, hemos dicho la causa de su intención, resta que ponderemos sutilmente las virtudes oídas de aquel.

2. Una virtud sin las otras, o no es nada, o es mínima. Esto, sin embargo, debe saberse primero, que quienquiera que se cree aventajado en alguna virtud, entonces aventaja verazmente cuando no está sujeto a los vicios por otra parte. Pues si por otra parte está sometido a los vicios, ni esto es sólido donde se pensaba estar de pie. Pues cada virtud es tanto menor cuanto faltan las demás: Pues a menudo nos aconteció haber visto a algunos ciertamente púdicos, pero no humildes; a algunos verdaderamente como humildes, pero no misericordiosos; a algunos como misericordiosos, pero de ninguna manera justos; a algunos verdaderamente como justos, pero confiando en sí mismos más bien que en el Señor. Y es cierto que ni la castidad en su corazón es verdadera a quien falta la humildad, ya que la soberbia, corrompiéndose intrínsecamente, fornica si, amándose a sí mismo, se aparta del amor divino. Ni la humildad es verdadera a la que no está unida la misericordia, porque ni debe llamarse humildad la que no sabe inclinarse a la compasión de la miseria fraterna. Ni la misericordia es verdadera la que existe ajena a la rectitud de la justicia, porque la que puede ser manchada por la injusticia, no sabe sin duda tener misericordia de sí misma.

Nec justitia vera est quae fiduciam suam non in conditore omnium, sed in se fortasse, aut in rebus conditis ponit, quia dum a creatore spem subtrahit, ipse sibi principalis justitiae ordinem pervertit. Una itaque virtus sine aliis, aut omnino nulla est, aut imperfecta. Ut enim, sicut quibusdam visum est, de primis quatuor virtutibus loquar, prudentia, temperantia, fortitudine, atque justitia; tanto perfectae sunt singulae, quanto vicissim sibimet conjunctae. Disjunctae autem perfectae esse nequaquam possunt, quia nec prudentia vera est quae justa, temperans et fortis non est, nec perfecta temperantia quae fortis, justa et prudens non est, nec fortitudo integra quae prudens, temperans et justa non est, nec vera justitia quae prudens, fortis et temperans non est.

3. Omnes in Job convenerunt. Beatus itaque Job, quod non unam sine alia, sed conjunctas in se virtutes habuerit, enumerando singulas innotescit. Nam bona pudicitiae insinuans, dicit: Si deceptum est cor meum super mulierem (Cap. XXXI, 9). Atque ut eidem pudicitiae demonstraret humilitatis gratiam nullatenus defuisse, post caetera subjungit: Si contempsi subire judicium cum servo meo (Vers. 13). Qui ut humilitati suae ostenderet misericordiam fuisse conjunctam, paulo post dicit: Si negavi quod volebant pauperibus (Vers. 16). Atque ut misericordiam suam ostenderet de justitiae radice descendere, paulo superius praemisit, dicens: Si ambulavi in vanitate, et festinavit in dolo pes meus (Vers. 5). Atque ut monstraretur quam fuerit ad cuncta pavidus, et ad omnia circumspectus inferius asserit, dicens: Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Dominum (Vers. 25). Qui scilicet in prosperis positus, atque abundantia rerum fultus, si spem aut in suis actibus aut in circumfluentibus rebus poneret, profecto justus non esset. Sed quando iste vir sanctus in se spem posuit, qui aperte dicit: Ecce non est auxilium mihi in me (Job. VI, 13)? Quid ergo nunc superest, nisi ut ipsas quoque divitias qua mente possederit innotescat? Ait enim:

CAPUT II.

4. Non in labentibus divitiis, sed in Deo solo confidendum. Obryzum dicimus obrude aurum. Sanctus ergo vir nec aurum robur, nec sibi esse obryzum, id est rudis auri molem fiduciam credidit, quia spem atque delectationem suam in solius gratia conditoris figens, neque de quantitate auri, neque de specie peccavit. De creatore quippe desperasse fuerat, spem in creatura posuisse. In rebus autem dubiis spem fixerat dives ille, qui dicebat: Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.

Ni la justicia es verdadera la que pone su confianza no en el creador de todos, sino tal vez en sí mismo o en las cosas creadas, porque mientras sustrae la esperanza del creador, él mismo pervierte para sí el orden de la principal justicia. Así pues, una virtud sin las otras, o es totalmente nada, o es imperfecta. Pues para que, como pareció a algunos, hable de las cuatro primeras virtudes, prudencia, templanza, fortaleza y justicia; tanto son perfectas cada una, cuanto recíprocamente están unidas entre sí. Disociadas, sin embargo, de ninguna manera pueden ser perfectas, porque ni la prudencia es verdadera la que no es justa, templada y fuerte, ni es perfecta la templanza que no es fuerte, justa y prudente, ni la fortaleza es íntegra la que no es prudente, templada y justa, ni verdadera justicia la que no es prudente, fuerte y templada.

3. Todas concurrieron en Job. El bienaventurado Job, pues, se da a conocer enumerando cada una, de que no tuvo una sin la otra, sino las virtudes unidas en sí. Pues insinuando los bienes de la pudicicia, dice: Si fue engañado mi corazón sobre mujer (Cap. XXXI, 9). Y para demostrar que a la misma pudicicia de ninguna manera faltó la gracia de la humildad, añade después de lo demás: Si desprecié entrar en juicio con mi siervo (Vers. 13). El cual, para mostrar que a su humildad estuvo unida la misericordia, dice poco después: Si negué lo que querían a los pobres (Vers. 16). Y para mostrar que su misericordia descendía de la raíz de la justicia, puso antes un poco más arriba, diciendo: Si caminé en vanidad, y mi pie se apresuró en el dolo (Vers. 5). Y para que se mostrara cuán temeroso fue para todo, y para todo circunspecto, afirma más abajo, diciendo: Pues siempre temí al Señor como olas que se hinchan sobre mí (Vers. 25). El cual, a saber, puesto en las cosas prósperas, y apoyado por la abundancia de las cosas, si pusiera la esperanza o en sus actos o en las cosas que fluyen alrededor, ciertamente no sería justo. Pero ¿cuándo este varón santo puso la esperanza en sí, el que dice abiertamente: He aquí que no hay auxilio para mí en mí (Job VI, 13)? ¿Qué resta, pues, ahora, sino que se dé a conocer también con qué mente poseyó las mismas riquezas? Pues dice:

CAPÍTULO II.

4. No debe confiarse en las riquezas que se deslizan, sino solo en Dios. Llamamos oro puro (obryzum) al oro muy puro (obrude). El varón santo, pues, ni creyó que el oro era su fortaleza, ni que el oro puro fuera para él, es decir, la mole de oro bruto, su confianza, porque fijando su esperanza y su deleite en la sola gracia del Creador, ni pecó por la cantidad del oro, ni por su apariencia. Pues haber puesto la esperanza en la criatura hubiera sido desesperar del Creador. En cosas dudosas, en cambio, había fijado la esperanza aquel rico que decía: Alma, tienes muchos bienes guardados para muchísimos años, descansa, come, bebe, banquetea.

Sed hunc superna vox increpat, dicens: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te; quae autem parasti, cujus erunt (Luc. XII, 19, 20)? Eadem enim nocte sublatus est, qui in rerum sibi abundantia multa tempora fuerat praestolatus, ut scilicet qui in longum sibi subsidia colligendo prospiceret, subsequentem diem vel unum minime videret. Quasi in aquis enim defluentibus fundamentum ponere est in rebus labentibus spei fiduciam velle solidare. Stante enim in perpetuum Deo, transeunt omnia. Quid ergo a stante fugere est, nisi transeuntibus rebus inhaerere? Quis namque unquam decurrentium fluminum tumidis vorticibus raptus manere ipse fixus potuit, deorsum unda defluente? Quisquis ergo defluere devitat, superest ut quod defluit fugiat, ne per hoc quod amat in hoc cogatur pervenire quod vitat. Qui enim rebus labentibus inhaeret, illo videlicet trahitur, quo tendit quod tenet. Prius itaque curandum est ne quis temporalia diligat, ac deinde ne in eisdem temporalibus quae non ad delectationem sibi, sed ad usum retinet, fiduciam ponat, quoniam conjunctus decurrentibus mox statum suum animus perdit. Nam vitae praesentis fluctus trahit quem levat, et valde demens est qui in unda volvitur, et plantam figere conatur. Sed sunt plerique qui etsi in rebus transeuntibus fiduciam nequaquam ponunt, cum tamen sibimet ad usus necessarios abunde adsunt, mente tacita laetantur. Qua in re dubium non est, quia tanto quisque minus dolet quod desint aeterna, quanto magis gaudet quod adsint temporalia; et qui minus dolet quod desint temporalia, certius exspectat ut adsint aeterna. Hoc itaque de terrenis rebus gaudium beatus Job non se habuisse testificans, subjungit dicens:

Caput III

[Vet. III].

VERS. 25.---Si laetatus sum super multis divitiis meis, et quia plurima reperit manus mea.

5. Sancti bonorum temporalium onus aut largiendo partiuntur, aut contemnendo totum deponunt. Sancti quippe viri in hujus peregrinationis aerumna, quoniam eam quam appetunt adhuc creatoris sui speciem contemplari minime sinuntur, omnem praesentis vitae copiam inopiam deputant, quia videlicet nil extra Deum sufficit menti quae veraciter Deum quaerit; et plerumque eis ipsa sua abundantia fit vehementer onerosa, quia hoc ipsum graviter tolerant, quod festinantes ad patriam in itinere multa portant.

Pero a este lo increpa la voz suprema, diciendo: Necio, esta noche te reclaman el alma; lo que has preparado, ¿de quién será? (Luc. XII, 19, 20). Pues en esa misma noche fue quitado el que en la abundancia de las cosas para sí había esperado mucho tiempo, para que a saber, quien proveyera para largo tiempo recogiendo subsidios para sí, no viera mínimamente ni un solo día siguiente. Pues es como poner el fundamento en aguas que fluyen querer consolidar la confianza de la esperanza en cosas que se deslizan. Pues estando Dios para siempre, todas las cosas pasan. ¿Qué es, pues, huir del que está de pie, sino adherirse a las cosas que pasan? Pues ¿quién arrebatado alguna vez por los hinchados vórtices de los ríos que corren pudo permanecer él mismo fijo, fluyendo la onda hacia abajo? Quienquiera, pues, que evita deslizarse, resta que huya de lo que se desliza, para que por esto que ama no se vea obligado a llegar a esto que evita. Pues quien se adhiere a las cosas que se deslizan, a saber, es arrastrado hacia aquello a donde tiende lo que sostiene. Así pues, primero debe cuidarse que nadie ame las cosas temporales, y luego que en las mismas cosas temporales que retiene no para su deleite, sino para el uso, no ponga la confianza, porque el ánimo unido a las cosas que corren pronto pierde su estado. Pues el flujo de la vida presente arrastra a quien eleva, y es muy demente quien se revuelve en la onda e intenta fijar la planta. Pero hay muchísimos que, aunque de ninguna manera ponen la confianza en las cosas que pasan, sin embargo, cuando abundan para sí para los usos necesarios, se alegran con mente tácita. En lo cual no hay duda de que cada uno tanto menos se duele de que falten las cosas eternas, cuanto más se goza de que estén presentes las temporales; y quien menos se duele de que falten las temporales, más ciertamente espera que estén presentes las eternas. Atestiguando, pues, el bienaventurado Job que no tuvo este gozo de las cosas terrenas, añade diciendo:

Capítulo III

[Vet. III].

VERS. 25.---Si me he alegrado sobre mis muchas riquezas, y porque mi mano halló muchísimas cosas.

5. Los santos o parten la carga de los bienes temporales repartiéndolos, o la deponen toda despreciándola. Pues los varones santos, en la tribulación de esta peregrinación, puesto que de ninguna manera se les permite contemplar todavía aquella especie de su Creador que desean, consideran toda la abundancia de la vida presente como penuria (inopiam), porque a saber, nada fuera de Dios basta a la mente que verazmente busca a Dios; y muchísimas veces su misma abundancia se les hace vehementemente onerosa, porque toleran esto mismo con pesadez, que apresurándose a la patria lleven muchas cosas en el camino.

Unde fit ut haec cum indigentibus proximis devote partiantur, quatenus dum sumit iste quod non habet, deponat ille quod amplius habebat; nec conviator vacuus ambulet, nec eum quem retardare in via poterat nimium onus gravet. Electi ergo de multa abundantia minime laetantur, quam videlicet pro amore coelestis patrimonii aut largiendo dispergunt, aut despiciendo deserunt. Sequitur:

CAPUT IV.

VERS. 26-28.---Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incedentem clare; et laetatum est in abscondito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo, quae est iniquitas maxima, et negatio contra Deum altissimum.

6. Sensus coercent, et continuo studio intra mentem suam se colligunt. Incertum non est quod utraque haec luminaria humanis ministeriis deputata, coeli militiae vocantur. In quorum cultum multos novimus, scriptura teste, cecidisse, sicut scriptum est: Adoraverunt universam militiam coeli (IV Reg. XVII, 16). Et quia sol et luna aliter videntur ad usum, aliter ad venerationem, eo more quo a cultoribus suis venerari solent, solem et lunam beatus Job nequaquam vidisse se perhibet, nec laetatum fuisse cor suum, nec osculatum manum ore suo. In qua videlicet osculatione, quid aliud quam gratia venerationis exprimitur? Quod si fecisset unquam, hoc iniquitatem maximam et Dei negationem vocat. Sed postquam tanta de se locis superioribus virtutum culmina narravit, quid nunc mirum memorat, si solem ac lunam non se adorasse manifestat? Unde pensandum est quod postquam in auro non habuisse fiduciam, nec in multis divitiis laetatum se fuisse testatur, adhuc ad sublimiora ducitur, ut tanto nos magis erudiat, quanto de se aliqua subtilius narrat. Ait enim: Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incedentem clare, et laetatum est in abscondito cor meum. Quid hoc in loco videre dicitur, nisi desideranter intueri? Unde Psalmista ait: Iniquitatem si conspexi in corde meo, non exaudiat Deus (Psal. LXV, 18). Quae nimirum iniquitas in ore exprimi non posset, si non conspiceretur in corde. Sed aliud est videre per judicium, aliud per appetitum. Beatus ergo Job fulgentem solem, et clare incedentem lunam nequaquam vidisse se perhibet, ut se demonstret praesentis lucis speciem non appetisse.

De donde resulta que parten devotamente estas cosas con los prójimos necesitados, para que mientras este toma lo que no tiene, aquel deponga lo que tenía de más; y ni el compañero de camino ande vacío, ni la excesiva carga grave a aquel a quien podía retardar en la vía. Los electos, pues, mínimamente se alegran de la mucha abundancia, la cual a saber, por amor del patrimonio celestial, o la dispersan repartiéndola, o la abandonan despreciándola. Sigue:

CAPÍTULO IV.

VERS. 26-28.---Si vi al sol cuando brillaba, y a la luna que caminaba claramente; y se alegró en lo escondido mi corazón, y besé mi mano con mi boca, lo cual es iniquidad máxima, y negación contra el Dios altísimo.

6. Coercen los sentidos, y con continuo estudio se recogen dentro de su mente. No es incierto que ambas lumbreras, diputadas para los ministerios humanos, son llamadas milicia del cielo (coeli militiae). En cuyo culto sabemos que muchos cayeron, atestiguándolo la Escritura, como está escrito: Adoraron a toda la milicia del cielo (IV Rey. XVII, 16). Y porque el sol y la luna de un modo se ven para el uso, y de otro para la veneración, según aquel modo por el cual suelen ser venerados por sus cultivadores, el bienaventurado Job de ninguna manera afirma haber visto al sol y a la luna, ni que su corazón se haya alegrado, ni haber besado su mano con su boca. En cuyo beso, a saber, ¿qué otra cosa sino la gracia de la veneración se expresa? Lo cual si hubiera hecho alguna vez, lo llama iniquidad máxima y negación de Dios. Pero después de que narró de sí en los lugares superiores tan grandes cumbres de virtudes, ¿qué cosa admirable menciona ahora, si manifiesta que no adoró al sol y a la luna? Por lo cual debe considerarse que después de que testifica no haber tenido confianza en el oro, ni haberse alegrado en las muchas riquezas, todavía es llevado a cosas más sublimes, para que tanto más nos instruya cuanto narra algunas cosas de sí más sutilmente. Pues dice: Si vi al sol cuando brillaba, y a la luna que caminaba claramente, y se alegró en lo escondido mi corazón. ¿Qué se dice ver en este lugar, sino mirar deseosamente? De donde el Salmista dice: Si he contemplado la iniquidad en mi corazón, que no me escuche Dios (Sal. LXV, 18). La cual iniquidad ciertamente no podría expresarse en la boca, si no se contemplara en el corazón. Pero una cosa es ver por juicio, otra por apetito. El bienaventurado Job, pues, de ninguna manera afirma haber visto al sol fulgente y a la luna que camina claramente, para demostrar que no deseó la especie de la luz presente.

Ac si post despectum terrenae suae abundantiae patenter insinuet: Quid dicam, quia nequaquam in auro laetatus sum, qui in ipsa quoque luce corporea delectatus non sum? Sancti etenim viri postquam omnia praesentis vitae oblectamenta despiciunt, prae illius lucis internae dulcedine, ab hac exteriori animum luce quasi a tenebris avertunt: multumque secum intrinsecus contendunt, ne hujus lucis, quae fulget extrinsecus, delectatione rapiantur. Lux quippe visibilis si incaute diligitur, a luce invisibili cor caecatur, quia quanto extra se inhians animus funditur, tanto amplius in internis obtutibus reverberatur. Unde solertes quique ne corporeis sensibus nimis ad exteriora dilabantur, continuo studio intra mentem suam occulta custodiae disciplina se colligunt, ut tanto magis inveniantur interius integri, quanto minus sunt exterius fusi. Hoc enim vigore disciplinae intra mentis suae se arcana constrinxerat, qui exterioris vitae appetitum fugiens, dicebat: Diem hominis non concupivi, tu scis (Jerem. XVII, 16). Quod ergo apud prophetam dicitur: Diem hominis non concupivi, tu scis, hoc de semetipso beatus Job verbis aliis asserit, quia fulgentem solem et lunam incedentem clare non viderit, atque ex his in cordis abditis laetatus non sit, quia nimirum gaudere non poterat de his quae per delectationis desiderium non videbat.

[Vet. IV.] 7. Cavent ne suae prudentiae innitantur.---Si vero cuncta haec quae juxta historiam tractando discurrimus per allegoriae quoque mysteria perscrutemur, quid hoc in loco aurum accipimus, nisi praeclari intellectus ingenium; quid obryzum, nisi mentem? quae dum igne amoris excoquitur, semper in se servat claritatem pulchritudinis quotidiana innovatione fervoris. Nescit enim mens per torporem veterascere, quae studet per desiderium semper inchoare. Hinc namque per Paulum dicitur: Renovamini spiritu mentis vestrae (Ephes. IV, 23). Hinc Psalmista, qui ad perfectionis jam culmen pervenerat, quasi inchoans dicebat: Dixi, nunc coepi (Psal LXXVI, 11), quia videlicet si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, valde necesse est ut inchoare nos quotidie credamus. Nec abhorret a rationis ordine quod auro dicimus ingenium designari, quia sicut in ornamento aurum supponitur, ut gemmarum desuper ordo disponatur, ita clara sanctorum ingenia divinis muneribus humiliter substernuntur, et distincta super se gratiarum dona percipiunt.

Como si después del desprecio de su abundancia terrena insinuara patentemente: ¿Qué diré, que de ninguna manera me alegré en el oro, yo que ni en la misma luz corpórea me deleité? Pues los varones santos, después de que desprecian todos los deleites de la vida presente, por la dulzura de aquella luz interna, apartan el ánimo de esta luz exterior como de las tinieblas; y luchan mucho consigo mismos intrínsecamente, para no ser arrebatados por el deleite de esta luz que brilla exteriormente. Pues si la luz visible se ama incautamente, el corazón se ciega por la luz invisible, porque cuanto más el ánimo, anhelando fuera de sí, se derrama, tanto más es rechazado en las miradas internas. De donde todos los solícitos, para que no se deslicen demasiado hacia lo exterior por los sentidos corpóreos, con continuo estudio se recogen dentro de su mente con la oculta disciplina de la custodia, para que tanto más se encuentren íntegros interiormente, cuanto menos están derramados exteriormente. Pues con este vigor de la disciplina se había constreñido dentro de los arcanos de su mente el que, huyendo del apetito de la vida exterior, decía: El día del hombre no he deseado, tú lo sabes (Jer. XVII, 16). Lo que pues se dice en el profeta: El día del hombre no he deseado, tú lo sabes, esto afirma el bienaventurado Job con otras palabras de sí mismo, que no vio al sol fulgente y a la luna que camina claramente, y por estas cosas no se alegró en lo recóndito del corazón, porque a saber no podía gozar de aquellas cosas que no veía por el deseo del deleite.

[Vet. IV.] 7. Se cuidan de no apoyarse en su propia prudencia.---Pero si escrutamos también a través de los misterios de la alegoría todas estas cosas que hemos recorrido tratando según la historia, ¿qué entendemos en este lugar por oro, sino el ingenio de un preclaro intelecto; qué por oro puro (obryzum), sino la mente? la cual, mientras se acrisola por el fuego del amor, siempre conserva en sí la claridad de la hermosura por una cotidiana innovación del fervor. Pues no sabe la mente envejecer por el torpor, ella que estudia siempre comenzar por el deseo. Pues de aquí se dice por Pablo: Renovaos en el espíritu de vuestra mente (Ef. IV, 23). De aquí el Salmista, que ya había llegado a la cumbre de la perfección, como empezando decía: Dije, ahora he comenzado (Sal. LXXVI, 11), porque a saber, si no queremos desfallecer de los bienes comenzados, es muy necesario que creamos que comenzamos diariamente. Ni aborrece del orden de la razón que digamos que por el oro se designa el ingenio, porque así como en el ornamento se pone debajo el oro, para que arriba se disponga el orden de las gemas, así los claros ingenios de los santos se extienden humildemente bajo los dones divinos, y perciben sobre sí distintos dones de las gracias.

Et nisi quid simile aurum cum sapientia haberet, quidam sapiens minime dixisset: Sapientia absconsa, et thesaurus invisus, quae utilitas in utriusque (Eccli. XX, 32; XLI, 17)? Sancti autem viri robur suum aurum non deputant, quia quantolibet ingenio fulgeant, nihil se esse ex suis viribus pensant. Et cum sentire omnia valenter possunt, prius intelligere semetipsos cupiunt, quatenus lumen ingenii more solis prius illustret locum in quo oritur, et postmodum caetera, ad quae procedendo dilatatur, ne si intendendo cognoscendis aliis semetipsos nesciant, ibi solis radius ubi oritur obtenebrescat. Ingenii itaque virtutem ad cognoscendam propriam infirmitatem dirigunt, atque ex infirmitatis suae melius cognitione convalescunt. Aurum ergo robur non creditur, si in accepto ingenio fiducia non habetur. Quod bene Salomon admonens, ait: Habe fiduciam in Domino in toto corde tuo, et ne innitaris prudentiae tuae (Prov. III, 3). Dicat ergo: Si putavi aurum robur meum, et obryzo dixi, fiducia mea. Ac si aperte fateatur, dicens: Nec quae veraciter intellexi, meo ingenio tribui, nec menti propriae, si qua egisse me bona contigit, haec principaliter deputavi. Qui adhuc subtilius humilitatem nobis sui cordis insinuans, adjungit dicens:

Caput V

[Rec. III].

VERS 25.---Si laetatus sum super multis divitiis meis, et quia plurima reperit manus mea.

8. Multa in sacris litteris intelligere periculosum, nisi intellecta custodiantur.--- Quid multas divitias appellatas per significationem credimus, nisi abundantia acumina consiliorum? Quae quaerentis manus invenit, cum haec cogitatio tractantis gignit. Has etenim Salomon sapientiae divitias contemplatus ait: Corona sapientium divitiae eorum (Prov. XIV, 24). Qui quia divitias non metalla terrena, sed prudentiam nominat, illico per contrarietatem subdit: Fatuitas stultorum imprudentia (Ibid., 24). Si enim coronam sapientium terrenas divitias diceret, procul dubio fatuitatem stultorum paupertatem potius quam imprudentiam fateretur. Sed dum fatuitatem stultorum imprudentiam subdidit, sapientum divitias quia prudentiam dixerit, indicavit. Has in se Paulus scientiae divitias contemplatus, et contemplationem suam consideratione humanae fragilitatis humilians, ait: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus (II Cor. IV, 7).

Y a menos que el oro tuviera algo semejante con la sabiduría, un cierto sabio de ninguna manera hubiera dicho: Sabiduría escondida, y tesoro no visto, ¿qué utilidad hay en ambos (Ecli. XX, 32; XLI, 17)? Pero los varones santos no reputan su fortaleza como oro, porque por más que brillen con cualquier ingenio, consideran que nada son por sus propias fuerzas. Y cuando pueden sentir todas las cosas valientemente, primero desean entenderse a sí mismos, a fin de que la luz del ingenio, al modo del sol, ilustre primero el lugar en que nace, y después las demás cosas, a las cuales se dilata procediendo, no sea que si atendiendo a conocer a los otros no se conocen a sí mismos, allí el rayo del sol se oscurezca donde nace. Así pues, dirigen la virtud del ingenio a conocer la propia flaqueza, y de la mejor cognición de su flaqueza convalecen. El oro, pues, no se cree fortaleza, si no se tiene confianza en el ingenio recibido. Lo cual amonestando bien Salomón, dice: Ten confianza en el Señor con todo tu corazón, y no te apoyes en tu prudencia (Prov. III, 3). Diga pues: Si pensé que el oro era mi fortaleza, y dije al oro puro, mi confianza. Como si confesara abiertamente, diciendo: Ni las cosas que verdaderamente entendí, las atribuí a mi ingenio, ni a la propia mente, si aconteció que hice algunos bienes, las imputé principalmente a ella. El cual todavía más sutilmente insinuándonos la humildad de su corazón, añade diciendo:

Capítulo V

[Rec. III].

VERS. 25.---Si me alegré sobre mis muchas riquezas, y porque mi mano encontró muchísimas cosas.

8. Es peligroso entender muchas cosas en las sagradas letras, si no se guardan las cosas entendidas.---¿Qué creemos que son llamadas "muchas riquezas" por significación, sino la abundancia de las agudezas de los consejos? Las cuales encuentra la mano del que busca, cuando el pensamiento del que trata las produce. Pues Salomón, contemplando estas riquezas de la sabiduría, dice: La corona de los sabios son sus riquezas (Prov. XIV, 24). El cual, porque nombra la prudencia como riquezas, y no los metales terrenos, al punto añade por contrariedad: La fatuidad de los necios es la imprudencia (Ibid., 24). Pues si llamara corona de los sabios a las riquezas terrenas, sin duda alguna confesaría que la fatuidad de los necios es la pobreza antes que la imprudencia. Pero mientras añadió que la fatuidad de los necios es la imprudencia, indicó que había llamado riquezas de los sabios a la prudencia. Pablo, contemplando en sí estas riquezas de la ciencia, y humillando su contemplación por la consideración de la fragilidad humana, dice: Tenemos este tesoro en vasos de barro (II Cor. IV, 7).

Multas itaque apud nos divitias reperimus, cum dona abundantis intelligentiae, sacra eloquia investigando percipimus, atque in his plura, nec tamen sibimet diversa sentimus. Non est autem secura laetitia in divinis paginis vel fortia, vel multa cognoscere, sed cognita custodire. Nam qui bene intelligit, quid intelligendo debeat agnoscit. Quanto enim intellectu latius extenditur, tanto ad explenda opera enixius ligatur. Unde in Evangelio Veritas dicit: Cui multum datum est, multum quaeretur ab eo; et cui commendaverunt multum, plus repetent ab eo (Luc. XII, 48).

[Vet. V.] 9. Intelligentia data, est quasi pecunia mutuo accepta, cum fenore reddenda.---Deputemus igitur intelligentiam datam quasi pecuniam mutuam, quia quo plus nobis creditur ex benignitate, eo debitores amplius tenemur in opere; et plerumque eadem intelligentiae accepta pecunia, cum ad usuras auditoribus datur, amittitur, nisi caute tribuatur. Neque enim negligenter intuendum est in Regum volumine, quod prophetarum filii cum in Jordane ligna caederent, uni eorum securis ex manubrio in profundum lapsa disparuit (IV Reg. VI). Ferrum quippe in manubrio est donum intellectus in corde. Ligna vero per hoc caedere est prave agentes increpare. Quod nonnunquam dum fluxe agitur, dum lapsus vanae gloriae in accepta eadem scientia non vitatur, ferrum in aqua perditur, quia ex dissoluto opere intelligentia fatuatur. Quam profecto intelligentiam ad hoc novimus dari, ut ante dantis oculos ex bona debeat actione restitui. Unde recte is qui ferrum amiserat clamabat: Heu! heu! heu! domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam (IV Reg. VI, 5). Habent enim hoc electi proprium, ut si quando eis in sua scientia furtiva vanae gloriae culpa subrepit, ad cor velociter redeant, et quidquid in se ante districti judicis oculos damnabile inveniunt, lacrymis insequantur. Qui flentes non solum caute inspiciunt mala quae commiserunt, sed ex accepto munere quae reddere etiam bona debuerunt, quia nimirum tanto se amplius peccatores sentiunt, quanto ex neglectis bonis quae agere poterant debitores tenentur. Recte ergo qui ferrum perdidit, clamabat: Heu! heu! heu! et hoc ipsum mutuo acceperam. Ac si dicat: Illud per dissolutionem negligentiae perdidi, quod ut per bona opera redderem ex gratia creditoris accepi. Sed nunquam Deus mentem deserit quae in peccatis se veraciter agnoosicit. Unde et mox Elisaeus veniens, lignum deorsum mittit, et ferrum in superficiem attollit, quia videlicet Redemptor noster pie nos respiciens, cor peccatoris humiliat, et ei quam amiserat intelligentiam reformat, lignum mergit, et ferrum relevat, quia cor affligit, et scientiam reparat. Unde bene in alia translatione dicitur quod confregit lignum atque jactavit, et sic ferrum sustulit.

Encontramos, pues, muchas riquezas con nosotros, cuando percibimos los dones de la abundante inteligencia investigando las sagradas elocuencias, y en estas sentimos muchas cosas, pero no diversas entre sí. Pero no es una alegría segura conocer cosas fuertes o muchas en las páginas divinas, sino guardar las cosas conocidas. Pues el que entiende bien, reconoce qué debe por el entendimiento. Pues cuanto más ampliamente se extiende por el intelecto, tanto más empeñadamente se liga a cumplir las obras. De donde en el Evangelio la Verdad dice: A quien mucho se le dio, mucho se le buscará; y a quien encomendaron mucho, más le pedirán (Lc. XII, 48).

[Vet. V.] 9. La inteligencia dada es como dinero recibido en préstamo, para ser devuelto con intereses.---Reputemos, pues, la inteligencia dada como dinero prestado, porque cuanto más se nos acredita por benignidad, tanto más deudores nos sentimos en la obra; y muchísimas veces esa misma moneda de la inteligencia recibida, cuando se da a los oyentes por usura, se pierde, a menos que se atribuya cautamente. Pues no debe mirarse negligentemente en el volumen de los Reyes, que cuando los hijos de los profetas cortaban maderas en el Jordán, a uno de ellos se le resbaló el hacha del mango y desapareció en lo profundo (IV Rey. VI). Pues el hierro en el mango es el don del intelecto en el corazón. Y cortar maderas por esto es increpar a los que obran depravadamente. Lo cual a veces, mientras se hace flojamente, mientras no se evita el desliz de la vana gloria en esa misma ciencia recibida, el hierro se pierde en el agua, porque por la obra disuelta la inteligencia se entorpece. La cual inteligencia por cierto sabemos que es dada para esto, para que deba ser restituida por la buena acción ante los ojos de quien la da. De donde rectamente aquel que había perdido el hierro clamaba: ¡Ay! ¡ay! ¡ay! señor mío, y esto mismo lo había recibido prestado (IV Rey. VI, 5). Pues tienen los electos esto propio, que si alguna vez les sobreviene en su ciencia la culpa furtiva de la vana gloria, vuelven velozmente al corazón, y cualquier cosa que encuentran damnable en sí ante los ojos del Juez estrecho, la persiguen con lágrimas. Los cuales, llorando, no sólo miran cautamente los males que cometieron, sino también, por el don recibido, los bienes que debieron devolver, porque a saber, tanto más pecadores se sienten, cuanto por los bienes descuidados que pudieron hacer se sienten deudores. Rectamente pues, el que perdió el hierro, clamaba: ¡Ay! ¡ay! ¡ay! y esto mismo lo había recibido prestado. Como si dijera: Perdí por la disolución de la negligencia aquello que recibí por la gracia del acreedor para que lo devolviera por las buenas obras. Pero nunca Dios desampara a la mente que se reconoce verdaderamente en los pecados. De donde también pronto viniendo Eliseo, mete la madera hacia abajo, y levanta el hierro a la superficie, porque a saber, nuestro Redentor mirándonos piadosamente, humilla el corazón del pecador, y le reforma la inteligencia que había perdido; sumerge la madera, y eleva el hierro, porque aflige el corazón, y repara la ciencia. Por lo cual bien se dice en otra traducción que quebró la madera y la arrojó, y así levantó el hierro.

Lignum namque confringere est cor ab elatione conterere. Lignum ad ima jactare est elatum cor in cognitione, ut diximus, propriae infirmitatis humiliare. Atque illico ferrum ad superficiem redit, quia ad usum exercitationis pristinae intelligentia recurrit.

10. Hinc de dono sibi credito justi plus timent quam gaudeant.---Igitur quoniam donum intellectus quod accipitur vix cum tot difficultatibus custoditur (curandum quippe est ne otio torpeat, curandum ne in exercitatione operis vitio elationis evanescat), sancti viri, minime exsultant cum cognoscunt quae faciant, sed cum faciunt quae cognoverant; et si intelligendo congaudent muneri largitoris, moerentes tamen considerant debitum operis, ut videlicet actione persolvant quod eis praerogatum est in cognitione. Stultus namque est debitor qui gaudens pecunias mutuas accipit, et tempus quo reddere debeat non attendit. Moderatur autem laetitia accipiendi, quando solerti providentia etiam constitutum tempus reddendi cogitatur. Quia igitur viri justi in his quae vigilanter intelligunt secura laetitia non extolluntur, dicatur recte: Si laetatus sum super multis divitiis meis, et quia plurima reperit manus mea. Ac si aperte diceretur: Nequaquam me in eo locupletem ex justitia credidi, quo recta quae agere debui etiam multa cognovi, nec intelligentia cor extulit, quia illud consideratio debitae operationis pressit.

[Vet. VI.] Sciendum vero est, quod plerumque contingit, ut cum intelligentiae altitudo percipitur, circa semetipsum animus valde sollicitus ab elationis lapsu teneatur. Sed cum mira quae intelligit etiam operari coeperit, eo ipso nonnunquam quo foras ostenditur labitur, atque in suis actibus se caeteros praeire gloriatur. Beatum igitur Job sicut intelligentiae aurum non extulit, nec lumen quoque ante humanos oculos mirae operationis elevavit. Unde et apte subjungit:

Caput VI

[Rec. IV].

VERS. 26.---Si vidi solem cum fulgeret.

41. Ad bonorum operum suorum fulgorem non exsultant. Non absolvitur debitor qui multa reddit, sed qui omnia.---Sol quippe in fulgore est bonum opus in manifestatione. Scriptum namque est: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in coelis est (Matth. V, 16). Et rursum: Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes (Luc. XII, 33). Quod enim hoc in loco fulgente sole, id in Evangelio lucernis ardentibus designatur.

Pues quebrar la madera es contristar el corazón de la elación. Arrojar la madera a lo profundo es humillar el corazón elado en el conocimiento, como dijimos, de su propia flaqueza. Y al punto el hierro vuelve a la superficie, porque la inteligencia recurre al uso del ejercicio prístino.

10. Por esto los justos temen más de lo que se alegran por el don que se les ha confiado.---Por tanto, puesto que el don del intelecto que se recibe apenas se custodia con tantas dificultades (pues hay que cuidar que no se entorpezca por el ocio, hay que cuidar que no se desvanezca por el vicio de la elación en el ejercicio de la obra), los varones santos de ninguna manera se exultan cuando conocen lo que deben hacer, sino cuando hacen lo que habían conocido; y si alegrándose juntos por el entendimiento gozan del don del Dador, sin embargo, afligidos consideran la deuda de la obra, para que a saber, paguen con la acción lo que se les ha anticipado en el conocimiento. Pues necio es el deudor que alegre recibe dinero prestado, y no atiende al tiempo en que debe devolverlo. Pero se modera la alegría de recibir, cuando por solícita providencia se piensa también en el tiempo constituido para devolver. Porque, pues, los varones justos no se elevan por una alegría segura en aquellas cosas que vigilantes entienden, dígase rectamente: Si me alegré sobre mis muchas riquezas, y porque mi mano encontró muchísimas cosas. Como si se dijera abiertamente: De ninguna manera me creí rico por la justicia en aquello en que conocí también muchas cosas rectas que debí hacer, ni la inteligencia elevó el corazón, porque lo oprimió la consideración de la debida operación.

[Vet. VI.] Pero debe saberse que muchísimas veces acontece que, cuando se percibe la altura de la inteligencia, el ánimo muy solícito acerca de sí mismo se mantiene del desliz de la elación. Pero cuando comenzó a obrar también las cosas admirables que entiende, por eso mismo por lo cual se muestra fuera a veces se desliza, y se gloria de preceder a los demás en sus actos. Al bienaventurado Job, pues, no lo elevó el oro de la inteligencia, ni la luz de la admirable operación lo ensalzó ante los ojos humanos. Por lo cual también aptamente añade:

Capítulo VI

[Rec. IV].

VERS. 26.---Si vi al sol cuando brillaba.

41. No se exultan por el brillo de sus buenas obras. No es absuelto el deudor que devuelve muchas cosas, sino el que todas.---Pues el sol en su brillo es la buena obra en la manifestación. Pues está escrito: Brille vuestra luz ante los hombres, para que vean vuestras buenas obras, y glorifiquen a vuestro Padre que está en los cielos (Mt. V, 16). Y de nuevo: Estén vuestros lomos ceñidos, y las lámparas encendidas (Lc. XII, 33). Pues lo que en este lugar se designa por el sol brillante, eso en el Evangelio se designa por las lámparas encendidas.

Bonum quippe opus cum in medio perfidorum lucet, lucerna ardet in nocte; cum vero in Ecclesia resplendet, sol fulget in die. Bonum opus si adhuc tale est, quod soli mali mirantur, lucerna videlicet in nocte est; si autem ita proficit, ut mirari a bonis ac perfectioribus possit, nimirum sol est in die. Bonum opus cum per activam vitam corporis lucet, quasi lucernae more, lumen ex testa resplendet. Cum vero per solam virtutem mentis in contemplatione attollitur, quasi more solis de coelo veniens lux videtur. Quia igitur multa beatus Job hospitalitatis ac misericordiae de se bona narraverat, quae profecto tanto adhuc minima, quanto et corporaliter noverat gesta, ad virtutum spiritalium culmen mentis oculum revocans, perfectionis suae meminit, et lucem exemplorum, quam de se aliis tribuit, solem vocavit. [Reg. V.] Sunt vero nonnulli qui cum bona aliqua faciunt, iniquitatum suarum protinus obliviscuntur, et cordis oculum in consideratione bonorum operum quae exhibent figunt; atque eo se jam sanctos existimant, quo inter bona quae agunt malorum suorum, in quibus et fortasse adhuc implicati sunt, memoriam declinant. Qui scilicet si districtionem judicis vigilanter attenderent, plus de malis suis metuerent quam de imperfectis bonis exsultarent, plus inspicerent quod de his quae adhuc eis agenda sunt debitores tenentur, quam quod operantes quaedam jam debiti partem solvunt. Neque enim absolutus est debitor qui multa reddit, sed qui omnia; nec ad bravium victoriae pervenit qui in magna parte spectaculi velociter currit, si juxta metas veniens in hoc quod est reliquum deficit. Nec ad quaelibet destinata loca pergentibus inchoando prodest longum iter carpere, si non etiam totum valeant consummare. Qui ergo aeternam vitam quaerimus, qui aliud quam quaedam itinera agimus, per quae ad patriam festinamus? Sed quid prodest quod carpimus tam multa, si ea quae ad perveniendum restant, negligimus reliqua?

12. Non quid itineris jam peractum sit, consideremus, sed quid supersit peragendum.---More itaque viatorum, nequaquam debemus aspicere quantum jam iter egimus, sed quantum superest ut peragamus, ut paulisper fiat praeteritum quod indesinenter et timide adhuc attenditur futurum. Amplius igitur debemus inspicere quae bona necdum fecimus, quam ea quae jam nos fecisse gaudemus. Sed habet hoc humana infirmitas proprium, ut plus ei intueri libeat quod sibi in se placet quam quod sibi in se displicet. Aeger quippe oculus cordis, dum laborare in consideratione sua metuit, quasi quoddam stratum delectationis in animo, ubi molliter jaceat, requirit; atque idcirco quae commoda de peractis bonis sit assecutus intelligit, sed quae damna de neglectis patitur nescit. Plerumque enim hoc vitio tentantur etiam electi. Plerumque eorum cordi suggeritur ut bona quaeque quae fecerunt ad animum revocent, et securitatis jam laetitia exsultent.

Pues la buena obra, cuando brilla en medio de los pérfidos, es una lámpara que arde en la noche; pero cuando resplandece en la Iglesia, es el sol que brilla en el día. Si la buena obra es todavía tal que sólo los malos se admiran, es a saber, una lámpara en la noche; pero si aprovecha de tal modo que pueda ser admirada por los buenos y más perfectos, es ciertamente el sol en el día. La buena obra, cuando brilla por la vida activa del cuerpo, como al modo de una lámpara, la luz resplandece desde una testa. Pero cuando se eleva en la contemplación por la sola virtud de la mente, como al modo del sol, se ve la luz viniendo del cielo. Porque, pues, el bienaventurado Job había narrado de sí muchas cosas buenas de hospitalidad y de misericordia, las cuales por cierto eran todavía mínimas en cuanto las había conocido como gestas corporalmente, revocando el ojo de la mente a la cumbre de las virtudes espirituales, se acordó de su perfección, y llamó sol a la luz de los ejemplos que de sí dio a los otros. [Reg. V.] Pero hay algunos que, cuando hacen algunas cosas buenas, al punto se olvidan de sus iniquidades, y fijan el ojo del corazón en la consideración de las buenas obras que exhiben; y ya se consideran santos por aquello por lo cual declinan la memoria de sus males, en los cuales tal vez todavía están implicados, entre las cosas buenas que hacen. Los cuales, por cierto, si atendieran vigilantes a la estrechez del Juez, más temerían por sus males que lo que se exultarían por sus bienes imperfectos; más mirarían aquello por lo cual se sienten deudores de las cosas que todavía deben hacer, que aquello por lo cual, operando algunas cosas, ya pagan parte de la deuda. Pues no es absuelto el deudor que devuelve muchas cosas, sino el que todas; ni llega al premio de la victoria el que corre velozmente en gran parte del espectáculo, si llegando cerca de las metas desfallece en lo que resta. Ni a los que van a cualesquiera lugares destinados les aprovecha haber emprendido un largo camino al comenzar, si no pueden también consumarlo todo. ¿Quiénes pues, buscamos la vida eterna, sino que hacemos algunos caminos, por los cuales nos apresuramos a la patria? Pero ¿qué aprovecha que recorramos tantos, si descuidamos los restantes que quedan para llegar?

12. No consideremos qué parte del camino ya se ha recorrido, sino qué queda por recorrer.---A modo pues de los viajeros, de ninguna manera debemos mirar cuánto camino ya hemos hecho, sino cuánto queda para que lo recorramos, para que por un poco se haga pasado lo que incesante y temerosamente todavía se atiende como futuro. Más debemos pues inspeccionar qué bienes aún no hemos hecho, que aquellos que ya nos alegramos de haber hecho. Pero tiene la flaqueza humana esto propio, que le agrada más contemplar lo que le place en sí misma que lo que le displace en sí misma. Pues el ojo enfermo del corazón, mientras teme trabajar en su propia consideración, busca como un cierto lecho de deleite en el ánimo, donde yazca blandamente; y por eso entiende qué ventajas ha alcanzado de los bienes realizados, pero no sabe qué daños padece de los descuidados. Pues muchísimas veces incluso los electos son tentados por este vicio. Muchísimas veces se les sugiere al corazón que revoquen al ánimo cualesquiera bienes que han hecho, y se exulten ya con la alegría de la seguridad.

Sed si vere electi sunt, ab eo in quo sibi placent mentis oculos divertunt, omnem in se de peractis bonis laetitiam deprimunt, et de his quae se minus egisse intelligunt tristitiam requirunt, indignos se aestimant, et pene soli bona sua non vident, quae in se videnda omnibus ad exemplum praebent. Hinc est quod Paulus, dum expleta in se bona postponeret, et sola adhuc reliqua quae essent explenda cogitaret, dixit: Ego me non arbitror apprehendisse (Philip. III, 13). Hinc est quod ut posset se de bonis quae agebat humiliare, studebat ad animum praeterita mala reducere, dicens: Qui prius fui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus (I Tim. I, 13).

[Vet. VII.] 13. Quando bona a se facta in memoriam revocari, aut narrare liceat.---Qui et si aliquando dixit: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi (II Tim. IV, 7)? Intuendum summopere est quia illud eo tempore intulit quo jam ex corpore discessurum se esse cognovit. Ibi quippe praemisit dicens: Ego enim jam delibor, et tempus meae resolutionis instat (Ibid., 6). Tunc ergo ad memoriam perfectionem reduxit operis, cum jam praevidit ad largitatis spatium minime subesse tempus operationis. Sicut enim, dum vivimus, debemus bona nostra a memoria repellere, ne extollant, ita appropinquante exitu, plerumque ea ad memoriam iterum revocamus, ut videlicet fiduciam praebeant, et desperatum timorem premant. Qui etsi Corinthiis bona sua enumerando narravit, illos confirmare studuit, non se ostendere. Nam quia eadem bona non in se attenderet, patefacta tribulatione propriae tentationis edocuit qua expressa subjunxit: Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis (II Cor. XII, 10). Ut ergo discipulos instrueret, de se summa referebat; ut vero se in humilitate custodiret, considerationis oculum non in virtutibus suis, sed in infirmitatibus fixerat. Habent itaque proprium sancti viri, ut bona quidem quae agunt videant; et tamen cum peregerint, ab eorum memoria oculos avertant. Unde recte per beatum Job dicitur: Si vidi solem cum fulgeret. Ac si aperte diceret: Opus meum etiam cum aliis exemplorum lucem tribueret, ad praesumptionis gratiam non attendi, quia dum de eo extolli timui, ab intuendo eo oculos averti. Sequitur:

CAPUT VII.

IBID.---Et lunam incedentem clare.

Pero si son verdaderamente electos, apartan los ojos de la mente de aquello en que se placen a sí mismos, reprimen en sí toda alegría por los bienes realizados, y buscan la tristeza por aquellas cosas que entienden haber hecho menos; se estiman indignos, y casi solos no ven sus propios bienes, que presentan en sí para ser vistos por todos como ejemplo. De aquí es que Pablo, mientras posponía los bienes cumplidos en sí mismo, y pensaba sólo en los restantes que debían cumplirse, dijo: Yo no juzgo haberlo alcanzado (Fil. III, 13). De aquí es que para poder humillarse por los bienes que hacía, estudiaba traer al ánimo los males pasados, diciendo: Que antes fui blasfemo, y perseguidor, e injurioso (I Tim. I, 13).

[Vet. VII.] 13. Cuándo sea lícito traer a la memoria o narrar los bienes hechos por uno mismo.---¿El cual también si alguna vez dijo: He combatido el buen combate, he consumado la carrera, he guardado la fe (II Tim. IV, 7)? Debe mirarse sumamente que aquello lo introdujo en aquel tiempo en que ya conoció que iba a partir del cuerpo. Pues allí antepuso diciendo: Pues yo ya soy sacrificado, y el tiempo de mi resolución insta (Ibid., 6). Entonces pues, trajo a la memoria la perfección de la obra, cuando ya previó que de ninguna manera subyacía tiempo de operación para el espacio de la largueza. Pues así como, mientras vivimos, debemos repeler nuestros bienes de la memoria, para que no nos eleven, así al acercarse el fin, muchísimas veces los revocamos de nuevo a la memoria, para que a saber, proporcionen confianza y repriman el temor desesperado. El cual, aunque narró sus bienes enumerándolos a los Corintios, estudió confirmarlos a ellos, no mostrarse a sí mismo. Pues porque no atendería a ese mismos bienes en sí mismo, enseñó por la manifiesta tribulación de su propia tentación, la cual expresada añadió: Por lo cual me complazco en mis flaquezas (II Cor. XII, 10). Para que pues instruyera a los discípulos, refería de sí cosas sumas; pero para guardarse en la humildad, había fijado el ojo de la consideración no en sus virtudes, sino en sus flaquezas. Tienen pues los varones santos esto propio, que ven ciertamente los bienes que hacen; y sin embargo, cuando los han realizado, apartan los ojos de su memoria. De donde rectamente se dice por el bienaventurado Job: Si vi al sol cuando brillaba. Como si dijera abiertamente: Aun cuando mi obra diera luz de ejemplos a otros, no atendí a ella por la gracia de la presunción, porque mientras temí ser elevado por ella, aparté los ojos de contemplarla. Sigue:

CAPÍTULO VII.

IBID.---Y a la luna que caminaba claramente.

14. Fama ex bonis operibus non aucupanda.---Post praemissum solem, apte quoque incedentem clare lunam subdidit, quia videlicet post opus bonum, fama laudabilis sequitur, per quam celebre nomen in hac praesentis vitae nocte possidetur. Si autem verum est quod quidam putant, illustrationem lunam per occultum circulum a radio solis accipere, ut possit lucem nocturnis cursibus exhibere, ab hujus significationis ordine haec quoque suspicio non abhorret. Fama quippe a bono opere vires accipit, et favoris gratiam quasi claritatem luminis aspergit. Est et aliud in luna quod per similitudinem bona spargenti famae conveniat. Lux namque ejus etiam in tenebrarum tempore iter ambulantibus ostendit, quia et dum de aliena vita lux laudis emicat, alios ad exercitium boni operis illustrat; cumque illius opinio clara cognoscitur, huic quasi pergenti in itinere exempli lumen praebetur. Sed nonnunquam opus quod ab aliena opinione sumitur minus mundo desiderio in animo formatur. Nam infirmae mentes cum bona de aliis audiunt, aliquando se ad operationem rectam non amore virtutis, sed delectatione laudis accendunt. Et profecto liquet quia sicut natura solis est ut quaeque attigerit accendat et siccet, ita lunaris ignis est proprium ut quidquid contigerit exurat quidem, sed exurendo humidum reddat. Ad vitam igitur bonam alios pro amore Dei affectus recti operis, alios vero amor laudis inflammat. Sed cum recti operis affectu accendimur, quasi per ignem solis a vitiorum humore siccamur. Eum vero quem ad opus bonum laudis amor provocat, concupita fama, quasi luna, attingit, quia videlicet ejus animum et accendit et resolvit. Accendit scilicet ad exercitium operis, resolvit vero ad concupiscentiam favoris. Plerumque tamen ad exercenda bona opera aliena nos utiliter exempla persuadent. Et cum mente humili opinionis alienae bona suscipimus, nostra vel ad melius bona producimus, vel ad bonum mala permutamus. Cumque nos de vita proximi famae splendor irradiat, mens nostra, ut praediximus, quae ad obtinendum virtutis iter se dirigit, quasi in lunae lumine gressus ponit. Sed sicut ex aliena opinione proficimus, sic plerumque, si famae nostrae laudibus intendimus, a virtute vacuamur, quia cum delectatur animus in hoc quod de se extrinsecus haberi considerat, illud obliviscitur ad quod introrsus anhelabat.

14. No se debe cazar la fama a partir de las buenas obras.---Después del sol antepuesto, aptamente también añadió a la luna que caminaba claramente, porque a saber, tras la buena obra, sigue la fama laudable, por la cual se posee un nombre célebre en esta noche de la vida presente. Pero si es verdad lo que algunos piensan, que la luna recibe la ilustración por un círculo oculto desde el rayo del sol, para poder exhibir luz en los cursos nocturnos, de la orden de esta significación no aborrece tampoco esta sospecha. Pues la fama recibe fuerzas de la buena obra, y esparce la gracia del favor como la claridad de la luz. Hay también otra cosa en la luna que por semejanza convenga a la fama que esparce bienes. Pues su luz muestra el camino a los que andan incluso en el tiempo de las tinieblas, porque aun cuando de la vida ajena emana la luz de la alabanza, ilustra a otros para el ejercicio de la buena obra; y cuando la opinión de aquel se conoce clara, a este, como quien va de camino, se le ofrece la luz del ejemplo. Pero a veces la obra que se toma de la opinión ajena se forma en el ánimo con un deseo menos puro. Pues las mentes enfermas, cuando oyen cosas buenas de otros, a veces se encienden para la operación recta no por amor a la virtud, sino por el deleite de la alabanza. Y por cierto es evidente que, así como es naturaleza del sol encender y secar cuanto tocare, así es propio del fuego lunar que abrase ciertamente cuanto tocare, pero abrasando lo vuelva húmedo. A la buena vida, pues, a unos los inflama el afecto de la obra recta por amor a Dios, pero a otros el amor a la alabanza. Pero cuando nos encendemos con el afecto de la obra recta, nos secamos del humor de los vicios como por el fuego del sol. Pero a aquel a quien el amor a la alabanza provoca a la buena obra, la fama codiciada, como la luna, lo toca, porque a saber, su ánimo lo enciende y lo disuelve. Lo enciende ciertamente para el ejercicio de la obra, pero lo disuelve para la concupiscencia del favor. Muchísimas veces, sin embargo, los ejemplos ajenos nos persuaden útilmente para ejercitar buenas obras. Y cuando con mente humilde recibimos los bienes de la opinión ajena, o producimos nuestros bienes para algo mejor, o mudamos los males en bien. Y cuando nos irradia el esplendor de la fama de la vida del prójimo, nuestra mente, que como dijimos antes se dirige a obtener el camino de la virtud, pone sus pasos como en la luz de la luna. Pero así como aprovechamos de la opinión ajena, así muchísimas veces, si atendemos a las alabanzas de nuestra propia fama, nos vaciamos de la virtud, porque cuando se deleita el ánimo en aquello que considera que se tiene de sí desde fuera, olvida aquello por lo que anhelaba por dentro.

[Vet. VIII.] 15. Intelligentia, bona opera, laudes, humilitati Job (quod raro accidit) nihil nocuerunt.---Quia igitur sanctum virum intelligentia scientiae non corrupit, de multis divitiis gaudere despexit. Quia vero eum magnitudo operis non inflavit, solem fulgentem non vidit. Quia autem illum nec fama laudis extulit, clare incedentem lunam minime attendit. Sunt enim nonnulli qui eo in elationem corruunt, quo per subtilem intelligentiam vel quae non faciunt bona cognoscunt. Hi nimirum super multis divitiis laetantur, cum quaelibet summa intelligendo reperiunt, atque in elatione ipsis inventionibus corrumpuntur. Sunt vero nonnulli quos intelligentia quidem non elevat, sed exhibita operatio exaltat. Qui dum actiones suas respiciunt, apud mentem suam sibi caeteros dedignando postponunt. Hi videlicet etsi in multis divitiis non gaudent, solem tamen fulgentem vident quia de sola boni operis magnitudine quasi alios despiciendo tument. Et sunt nonnulli quos nec operatio propria extollit; sed cum laudari ab hominibus pro hac eadem bona operatione coeperint, ipsis hominum favoribus devicti, quasi magnos se quosdam in sua cogitatione conspiciunt, atque a cordis custodia dissolvuntur. Hi profecto etsi fulgentem solem videre noluerunt, lunam tamen clare incedentem respiciunt, quia inter hujus vitae tenebras dum in opinionis suae claritate animum defigunt, humilitatis gratiam quasi ex nocturno lumine amittunt; atque intuentes lunam, se non vident, qui semetipsos nescire incipiunt, dum mentis oculos in transitorium favorem defigunt.

16. Varii ad virtutem progressus et gradus. Quid in uno quoque metuendum.---Sic autem profectus est hominum, sicut incrementa esse conspicimus arbustorum. Vis quippe futurae arboris prius in semine est, postmodum in ortu, atque ad extremum producitur in ramos. Sic nimirum sic uniuscujusque virtus succrescit operantis. Seminatur namque in intelligentia, oritur in operatione, atque ad ultimum convalescit usque ad profectus magni latitudinem. Sed cum quemlibet sua intelligentia extollit, arbor quae oriri poterat in semine putrescit. Cum autem post operationem bonam elationis peste corrumpitur, quasi jam orta siccatur. Cum vero neque intelligentia, neque operatio corrumpit, sed excrescente magnitudine, dum favor laudantium sequitur, atque a statu suo bene operantis animum evertit, linguarum ventos arbor pertulit, et omne quod in ea robustum creverat tempestas famae radicitus evulsit. Quo enim arbor altius ad superiora surrexerit, eo ventorum vim vehementius sentit, quia quo plus quisque in bonis operibus attollitur, eo ampliori ab ore laudantium flatu fatigatur.

[Vet. VIII.] 15. La inteligencia, las buenas obras, las alabanzas, nada dañaron a la humildad de Job (lo cual raramente acontece).---Porque, pues, la inteligencia de la ciencia no corrompió al varón santo, despreció alegrarse sobre las muchas riquezas. Porque, pues, la magnitud de la obra no lo infló, no vio al sol fulgente. Porque, pues, ni la fama de la alabanza lo elevó, de ninguna manera atendió a la luna que caminaba claramente. Pues hay algunos que caen en la elación por esto, porque por la sutil inteligencia conocen incluso los bienes que no hacen. Estos, a saber, se alegran sobre las muchas riquezas, cuando encuentran cualesquiera cosas sumas entendiendo, y por esas mismas invenciones se corrompen en la elación. Pero hay algunos a quienes la inteligencia por cierto no los eleva, pero la operación exhibida los ensalza. Los cuales, mientras miran sus propias acciones, ante su propia mente se posponen a los otros desdeñándolos. Estos, a saber, aunque no se alegren en las muchas riquezas, sin embargo ven al sol fulgente porque se hinchan por la sola magnitud de la buena obra como despreciando a los otros. Y hay algunos a quienes ni la propia operación los eleva; pero cuando comenzaron a ser alabados por los hombres por esta misma buena operación, vencidos por esos mismos favores de los hombres, se ven en su pensamiento como unos grandes personajes, y se disuelven de la custodia del corazón. Estos, por cierto, aunque no quisieron ver al sol fulgente, sin embargo miran a la luna que camina claramente, porque entre las tinieblas de esta vida, mientras fijan el ánimo en la claridad de su propia opinión, pierden la gracia de la humildad como por una luz nocturna; y contemplando a la luna, no se ven a sí mismos, que comienzan a no conocerse, mientras fijan los ojos de la mente en el favor transitorio.

16. Varios progresos y grados hacia la virtud. Qué se debe temer en cada uno.---Pero el progreso de los hombres es tal como vemos que son los incrementos de los arbustos. Pues la potencia del futuro árbol primero está en la semilla, después en el nacimiento, y al fin se produce en ramas. Así ciertamente crece la virtud de cada uno que obra. Pues se siembra en la inteligencia, nace en la operación, y al último convalece hasta la latitud del gran progreso. Pero cuando a cualquiera lo eleva su inteligencia, el árbol que podía nacer se pudre en la semilla. Pero cuando después de la buena operación se corrompe por la peste de la elación, se seca como si ya hubiera nacido. Pero cuando ni la inteligencia ni la operación corrompen, sino que creciendo la magnitud, mientras sigue el favor de los que alaban, y aparta de su estado el ánimo del que obra bien, el árbol sufrió los vientos de las lenguas, y la tempestad de la fama arrancó de raíz todo lo que en él había crecido robusto. Pues cuanto más alto se eleve el árbol hacia lo superior, tanto más vehementemente siente la fuerza de los vientos, porque cuanto más se ensalza uno en las buenas obras, tanto más se fatiga por el soplo más pleno de la boca de los que alaban.

Si itaque adhuc arbor in semine est, metuendum est ne ipsa scientiae cognitione putrefiat. Si jam ad virgultum prodiit, curandum est ne hanc manus elationis tangat, atque a viriditate suae actionis arefaciat. Si autem valenti robore jam ad alta se sublevat, valde formidandum est, ne hanc admotae laudis ventus gravior radicitus evellat.

[Vet. IX.] 17. Periculo ex fama et humanis laudibus, Deus permittit opponi detractiones.---Sed inter haec sciendum est quia ne immoderatis laudibus eruamur, plerumque miro rectoris nostri moderamine etiam detractionibus lacerari permittimur, ut cum nos vox laudantis elevat, lingua detrahentis humiliet, quia et arbor saepe quae unius venti impulsu ita impellitur, ut pene jam erui posse videatur, alterius e diverso venientis flatu erigitur, et quae hac ex parte inflexionem pertulit, ab alia ad statum redit. Unde et illa arbor alte radicata quasi inter adversantes ventos fixa steterat, quae dicebat: Per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam (II Cor. VI, 8). Saepe enim laus bene agentis auribus insolenter admota, dum foris sermonibus perstrepit, intus quamdam menti per tacitum, elationis tempestatem gignit: fitque ut hoc, quod animus de humanis favoribus gaudet, non facile exterius ostendat, sed tamen corruptionis vim non tenuiter interius sentiat. Et sunt nonnulli quos ita laus inflat, ut usque ad verba elationis pertrahat. Quidam vero, ut praediximus, hoc ipsum patefacere quod elevantur erubescunt, atque auditis suis praeconiis extolluntur; sed tamen usque ad elationis verba non exeunt, et gaudere se in talibus non ostendunt. Unde beatus Job, quia noverat arrogantem se non solum nullo modo in verbis, sed etiam in cogitatione quoque tacita minime fuisse, postquam dixit: Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incedentem clare, illico subdidit:

CAPUT VIII.

VERS. 27.---Et laetatum est in abscondito cor meum.

18. De suis laudibus vel tacite laetari vetitum.---Qua videlicet attestatione quid nobis innuitur, nisi quod magno metu et circumspectione opus est, ne mens nostra unquam de suis laudibus vel tacita laetetur? Quisquis enim quasi claritatem lunae famae suae magnitudinem conspicit, sibique in occulto mentis gaudium facit, cui iste nisi auctori se praetulit, cujus dono ut bene operaretur percepit, et tamen in ejus munere de gratia suae laudis hilarescit? Despecto enim honore conditoris, semetipsum plus amare convincitur, cujus praeconiis laetatur.

Si pues todavía el árbol está en la semilla, debe temerse que se pudra por el mismo conocimiento de la ciencia. Si ya brotó en arbusto, debe cuidarse que no lo toque la mano de la elación, y lo seque del verdor de su acción. Pero si con fuerza potente ya se eleva a lo alto, es muy de temer que el viento más grave de la alabanza aplicada lo arranque de raíz.

[Vet. IX.] 17. Por el peligro de la fama y las alabanzas humanas, Dios permite que se opongan las detraciones.---Pero entre estas cosas debe saberse que, para que no seamos arrancados por las alabanzas inmoderadas, muchísimas veces por una admirable moderación de nuestro Rector permitimos incluso ser lacerados por detraciones, para que cuando nos eleva la voz del que alaba, nos humille la lengua del que detrae, porque también el árbol que a menudo es impulsado por el impulso de un viento de tal modo que parece ya casi poder ser arrancado, se yergue por el soplo de otro que viene del lado opuesto, y lo que sufrió una inflexión por esta parte, vuelve a su estado por la otra. De donde también aquel árbol profundamente enraizado había permanecido fijo como entre vientos adversos, el cual decía: Por gloria e ignominia, por infamia y buena fama (II Cor. VI, 8). Pues a menudo la alabanza aplicada insolentemente a los oídos del que obra bien, mientras resuena fuera con sermones, engendra dentro para la mente una cierta tempestad silenciosa de elación: y sucede que esto, de que el ánimo goza por los favores humanos, no lo muestra fácilmente fuera, pero sin embargo siente no tenuemente dentro la fuerza de la corrupción. Y hay algunos a quienes la alabanza infla de tal modo que los arrastra hasta las palabras de la elación. Pero algunos, como dijimos antes, se avergüenzan de manifestar esto mismo de que son elevados, y se ensalzan al oír sus propios pregones; pero sin embargo no salen hasta las palabras de la elación, y no muestran gozarse en tales cosas. Por lo cual el bienaventurado Job, porque se conocía a sí mismo no haber sido arrogante de ninguna manera sólo en las palabras, sino también en el pensamiento silencioso, después de que dijo: Si vi al sol cuando brillaba, y a la luna que caminaba claramente, al punto añadió:

CAPÍTULO VIII.

VERS. 27.---Y se alegró en lo escondido mi corazón.

18. Se prohíbe alegrarse incluso tácitamente por las propias alabanzas.---Por cuya atestación, a saber, ¿qué se nos insinúa, sino que hay necesidad de gran temor y circunspección, para que nuestra mente nunca se alegre ni siquiera tácitamente por sus propias alabanzas? Pues quienquiera que contempla la magnitud de su propia fama como la claridad de la luna, y se fabrica para sí un gozo en lo oculto de la mente, ¿a quién se prefirió este sino al Autor, de cuyo don recibió el que obrara bien, y sin embargo en el don de Él se alegra por la gracia de su propia alabanza? Pues despreciado el honor del Creador, se convence de amarse más a sí mismo, en cuyos pregones se alegra.

Quamvis nonnunquam etiam sancti viri de bona sua opinione gaudeant; sed cum per hanc ad meliora proficere audientes pensant, non jam de opinione sua, sed de proximorum gaudent utilitate quia aliud est favores quaerere, et aliud de profectibus exsultare. Qua in re necesse est ut cum audientium utilitati non proficit, mentem nostram fama laudabilis non elevet, sed fatiget. Cum enim humanae linguae attestatione laudamur, occulta pulsatione requirimur quid de nobisipsis sentiamus. Superba etenim mens etiam cum de se falsa bona dicuntur exsultat, quia non apud Deum qualiter vivat, sed apud homines qualiter innotescat, excogitat. Judicium enim de se omnipotentis Dei despiciens, et solummodo hominum quaerens, inter auditas laudes extollitur, et quae hoc solum quaesierat, quasi de bravio operis laetatur. At contra, si cor veraciter humile est, bona quae de se audit, aut minime recognoscit, et quia falsa dicuntur metuit; aut certe si adesse ea sibi veraciter scit, eo ipso formidat ne ab aeterna Dei retributione sint perdita, quo haec considerat hominibus divulgata, pavetque vehementer ne spes futuri muneris in mercedem permutetur transitorii favoris.

19. Sancti suis laudibus cruciantur.---Qua ex re agitur ut electorum animus magno laudum suarum igne crucietur, atque ab omni torporis sui rubigine moerore cogitationis excoquatur. Cauta enim consideratione trepidat, ne aut de his in quibus laudatur et non sunt majus Dei judicium inveniat, aut de his in quibus laudatur et sunt competens praemium perdat. Unde plerumque fit ut sicut injustus ex laude sua polluitur, ita vir justus audita sua laude purgetur. Nam dum bona quae egit ab hominibus proferri cognoscit, subtile contra se, ut dictum est, extremi judicii examen metuit, ac trepidus ad conscientiam recurrit, et quidquid illic inest reprehensibile corrigit. Dum enim bona sua innotuisse formidat, subtilitatem secuturi examinis pertimescens, si qua in se mala occulta sunt amputat. Pavet namque si saltem talis Deo non ostenditur qualis ab hominibus putatur, et neque contentus est ut in quo potuit innotescere, in hoc debeat remanere. Jam enim de bonis suis quasi retributionem sibi factam aestimat, nisi eis et alia quae ab hominibus nesciuntur adjungat. Unde bene per Salomonem dicitur: Sicut probatur in conflatorio argentum, et in fornace aurum, ita probatur homo ore laudantis (Prov. XXVII, 21). Argentum quippe vel aurum, si reprobum est, igne consumitur; si probum vero, igne declaratur. Sic nimirum est et sensus operantis. Nam qualis sit, in eo quod laudatur ostenditur. Si enim se auditis suis laudibus extollit, quid iste aliud quam aurum vel argentum reprobum fuit, quem videlicet fornax linguae consumpsit?

Aunque a veces también los varones santos se alegren de su buena opinión; pero cuando consideran que por esta los oyentes aprovechan para cosas mejores, ya no se alegran por su propia opinión, sino por la utilidad de los prójimos, porque una cosa es buscar favores, y otra exultar por los progresos. En la cual cosa es necesario que, cuando no aprovecha a la utilidad de los oyentes, la fama laudable no eleve nuestra mente, sino que la fatigue. Pues cuando somos alabados por la atestación de la lengua humana, se nos requiere por una oculta pulsación qué sentimos de nosotros mismos. Pues la mente soberbia se exulta incluso cuando se dicen de ella bienes falsos, porque no piensa cómo vive ante Dios, sino cómo se da a conocer ante los hombres. Pues despreciando el juicio de Dios omnipotente sobre sí, y buscando solamente el de los hombres, se ensalza entre las alabanzas oídas, y porque sólo esto había buscado, se alegra como por el premio de la obra. Pero por el contrario, si el corazón es verdaderamente humilde, o de ninguna manera reconoce los bienes que oye de sí, y teme porque se dicen cosas falsas; o ciertamente si sabe que están verdaderamente en él, por eso mismo teme que se pierdan de la eterna retribución de Dios, por lo cual considera estas cosas divulgadas a los hombres, y tiembla vehementemente no sea que la esperanza del don futuro se mude en merced de favor transitorio.

19. Los santos son atormentados por sus propias alabanzas.---Por cuya razón sucede que el ánimo de los electos es atormentado por el gran fuego de sus propias alabanzas, y es acrisolado de todo el orín de su torpor por el lamento del pensamiento. Pues por una cauta consideración trepida, no sea que o bien por aquellas cosas en que es alabado y no son encuentre un mayor juicio de Dios, o bien por aquellas en que es alabado y son pierda el premio competente. De donde muchísimas veces sucede que, así como el injusto por su propia alabanza se contamina, así el varón justo por su propia alabanza oída se purifique. Pues mientras conoce que los bienes que hizo son proferidos por los hombres, teme el sutil examen del juicio final contra sí, como se ha dicho, y trepidando recurre a la conciencia, y corrige cualquier cosa que allí hay de reprensible. Pues mientras teme que sus bienes se hayan dado a conocer, temiendo sumamente la sutileza del examen que ha de seguir, amputa cualesquiera males ocultos que hay en él. Pues pavor tiene si al menos no se muestra a Dios tal como es pensado por los hombres, y no está contento con que en aquello en que pudo darse a conocer, en eso deba permanecer. Pues ya juzga sobre sus bienes como si se le hubiera hecho una retribución, a menos que a ellos añada también otras cosas que son ignoradas por los hombres. De donde bien se dice por Salomón: Como se prueba en el crisol la plata, y en el horno el oro, así se prueba el hombre por la boca del que lo alaba (Prov. XXVII, 21). Pues la plata o el oro, si es réprobo, se consume por el fuego; pero si es probo, por el fuego se declara. Así ciertamente es también el sentido del que obra. Pues qué tal sea, se muestra en aquello en que es alabado. Pues si se ensalza al oír sus propias alabanzas, ¿qué fue este sino oro o plata réproba, a quien a saber consumió el horno de la lengua?

Si autem favores suos audiens, ad superni judicii considerationem redit, ac ne de his apud occultum arbitrum gravetur metuit, quasi expurgationis igne ad magnitudinem claritatis excrescit, et unde incendium trepidationis sustinet, inde clarius fulget. Beatus igitur Job, quia nequaquam de operatione se praetulit, fidenter dicit: Si vidi solem cum fulgeret. Quia vero hunc a judicii interioris intuitu fama laudabilis non divertit, adjungit: Et lunam incedentem clare. Quia autem opinionis suae gratia animum devinci, nec tacita cogitatione permisit, protinus subdidit: Et si laetatum est in abscondito cor meum.

[Vet. X.] Et quia plerumque inconsiderata mens, dum transitorio favori non renititur, ad hoc usque pertrahitur, ut laudet ipsa quod facit, conditioni quae praemissa est quasi congrue subinfertur:

CAPUT IX.

IBID.---Et osculatus sum manum meam ore meo.

20. Deo, non sibi, sua bona opera tribuunt. Gratia praeveniens.---Per manum quippe operatio, per os autem locutio designatur; sicut per Salomonem dicitur: Abscondit piger manum suam sub axilla sua, et laborat si ad os suum porrigat eam (Prov. XIX, 24). Pigro labor est manum suam ad os porrigere, quia desidiosus quisque praedicator nec hoc vult operari quod dicit. Manum quippe ad os porrigere est voci suae opere concordare. Manum ergo suam osculatur ore suo, qui laudat quod facit, et testimonio propriae locutionis sibi virtutem tribuit operis. Qua in re quis despicitur, nisi is qui ipsa operandi munera largitur? Unde bene per egregium praedicatorem dicitur: Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis (I Cor. IV, 7)? Sancti autem viri sciunt post primi parentis lapsum de corruptibili stirpe se editos, et non virtute propria, sed praeveniente superna gratia ad meliora se vota vel opera commutatos; et quidquid sibi mali inesse cognoscunt, de mortali propagine sentiunt meritum; quidquid vero in se boni inspiciunt, immortalis gratiae cognoscunt donum, eique de accepto munere debitores fiunt, qui et praeveniendo dedit eis bonum velle quod noluerunt, et subsequendo concessit bonum posse quod volunt. Unde bene per Joannem dicitur: Adoraverunt viventem in saecula saeculorum, mittentes coronas suas ante thronum Domini (Apoc. IV, 10).

Pero si oyendo sus favores, vuelve a la consideración del juicio supremo, y teme no sea que por estas cosas sea gravado ante el árbitro oculto, crece hasta la magnitud de la claridad como por el fuego de la expurgación, y de donde sostiene el incendio de la trepidación, de allí brilla más claramente. El bienaventurado Job, pues, porque de ninguna manera se prefirió por la operación, dice fidentemente: Si vi al sol cuando brillaba. Porque, pues, la fama laudable no lo desvió de la mirada del juicio interior, añade: Y a la luna que caminaba claramente. Porque, pues, ni en el pensamiento silencioso permitió que su ánimo fuera vencido por la gracia de su propia opinión, al punto añadió: Y si se alegró en lo escondido mi corazón.

[Vet. X.] Y porque muchísimas veces la mente inconsiderada, mientras no se resiste al favor transitorio, es arrastrada hasta esto, a que ella misma alabe lo que hace, a la condición que se antepuso se añade como congruentemente:

CAPÍTULO IX

IBID.---Y he besado mi mano con mi boca.

20. Atribuyen sus buenas obras a Dios, no a sí mismos. Gracia preveniente.--- Pues por la mano se designa la operación, pero por la boca la locución; como se dice por Salomón: El perezoso esconde su mano bajo su axila, y se fatiga si la lleva a su boca (Prov. 19, 24). Para el perezoso es un trabajo llevar su mano a la boca, porque cualquier predicador desidioso ni siquiera quiere obrar lo que dice. Pues llevar la mano a la boca es concordar con la propia voz en la obra. Besa, pues, su mano con su boca aquel que alaba lo que hace, y por el testimonio de su propia locución se atribuye a sí mismo la virtud de la obra. En lo cual, ¿quién es despreciado, sino aquel que otorga los mismos dones de obrar? De donde bien se dice por el egregio predicador: ¿Qué tienes tú que no hayas recibido? Y si lo recibiste, ¿por qué te glorías como si no lo hubieras recibido? (1 Cor. 4, 7). Pero los varones santos saben que después de la caída del primer padre fueron engendrados de una estirpe corruptible, y que no por virtud propia, sino por la gracia suprema preveniente, fueron cambiados hacia mejores votos u obras; y cualquier cosa mala que reconocen que hay en ellos, sienten que es mérito de la descendencia mortal; pero cualquier bien que contemplan en sí mismos, lo reconocen como don de la gracia inmortal, y se hacen deudores de Él por el don recibido, quien tanto previniendo les dio el querer el bien que no querían, como subsiguiendo les concedió el poder el bien que quieren. De donde bien se dice por Juan: Adoraron al que vive por los siglos de los siglos, arrojando sus coronas ante el trono del Señor (Apoc. 4, 10).

Coronas namque suas ante thronum Domini mittere est certaminum suorum victorias non sibi tribuere, sed auctori, ut ad illum referant gloriam laudis, a quo se sciunt vires accepisse certaminis. Beatus ergo Job, quia sic bona quae operatus est narrat, ut tamen haec suae operationi non tribuat, sed ad auctoris laudem recurrat, manum suam ore suo osculatum fuisse se denegat. Ac si patenter dicat: Ego mea opera tanquam mea non profero, quia auctoris sui gratiam negare convincitur, quisquis sibi tribuit quod operatur. Unde et protinus subdit:

CAPUT X.

VERS. 28.---Quae est iniquitas maxima, et negatio contra Deum altissimum.

21. Deum negat qui de viribus suis praesumit.---Liquet etenim quia illum negat, cujus despecta gratia, sibi vires boni operis arrogat. Quod recte quoque et iniquitas maxima vocatur, quoniam omne peccatum quod ex infirmitate est spem nequaquam perdit, quia a superno judice veniam requirit. Praesumptio autem virtutis propriae tanto gravius in desperatione est, quanto longius ab humilitate. Cumque vires sibi tribuit operis, ad adjutorium non recurrit auctoris; fitque ut eo gravius peccator pereat, quo et ipsum hoc, quia est peccator, ignorat. Sequitur:

Caput XI

[Rec. VI].

VERS. 29.---Si gavisus sum ad ruinam ejus qui me oderat, et exsultavi quod invenisset eum malum.

22. Dei discipulos nos facit sola charitas. Charitatis argumenta et signa.---Omnipotentis Dei nos esse discipulos, sola custodia charitatis probat. Hinc est enim quod per semetipsam Veritas dicit: In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem (Joan. XIII, 35). Quae nimirum dilectio si cor nostrum veraciter replet, duobus modis ostendi solet, scilicet si et amicos in Deo, et inimicos diligimus propter Deum. Sed sciendum est quia inimici dilectio tunc veraciter custoditur, cum nec de profectu addicimur, nec de ruina illius laetamur.

Pues arrojar sus coronas ante el trono del Señor es no atribuirse a sí mismos las victorias de sus combates, sino al autor, para que refieran la gloria de la alabanza a aquel de quien saben que han recibido las fuerzas del combate. El bienaventurado Job, por tanto, porque de tal modo narra los bienes que ha obrado que, sin embargo, no los atribuye a su propia operación, sino que recurre a la alabanza del autor, niega haber besado su mano con su boca. Como si dijera patentemente: Yo no presento mis obras como mías, porque se convence de negar la gracia de su autor quienquiera que se atribuye lo que obra. De donde también al punto añade:

CAPÍTULO X

VERS. 28.---Que es la iniquidad máxima, y una negación contra el Dios altísimo.

21. Niega a Dios quien presume de sus propias fuerzas.---Pues está claro que lo niega aquel cuya gracia, habiendo sido despreciada, se arroga para sí las fuerzas de la buena obra. Lo cual rectamente también se llama iniquidad máxima, ya que todo pecado que es por flaqueza de ninguna manera pierde la esperanza, porque busca el perdón del juez supremo. Pero la presunción de la virtud propia es tanto más grave en la desesperación, cuanto más lejos está de la humildad. Y cuando se atribuye a sí mismo las fuerzas de la obra, no recurre al auxilio del autor; y sucede que el pecador perece tanto más gravemente, cuanto que ignora incluso esto mismo, que es pecador. Sigue:

Capítulo XI

[Rec. VI]

VERS. 29.---Si me he alegrado por la ruina de aquel que me odiaba, y he exultado de que el mal lo hubiera encontrado.

22. Sólo la caridad nos hace discípulos de Dios. Argumentos y signos de la caridad.---Que somos discípulos del Dios omnipotente, sólo lo prueba la custodia de la caridad. Pues de aquí es que por sí misma la Verdad dice: En esto conocerán todos que sois mis discípulos, si tuviereis amor los unos para con los otros (Juan 13, 35). La cual dilección, por cierto, si llena verazmente nuestro corazón, suele mostrarse de dos modos, a saber, si amamos tanto a los amigos en Dios, como a los enemigos por causa de Dios. Pero debe saberse que la dilección del enemigo se custodia verazmente entonces, cuando ni nos afligimos por su provecho, ni nos alegramos por su ruina.

Nam saepe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur, seque hunc diligere aestimat, si ejus vitae contrarius non existat. Sed dilectionis vim occulte et veraciter aut profectus inimici, aut casus interrogat. Hac etenim de re ad plenum semetipsam mens hominis nescit, nisi eum quem sibi adversarium credit in defectu vel profectu mutasse modum sui status invenerit. Si enim de prosperitate addicitur, et de calamitate se odientis laetatur, constat quia non amat quem non vult esse meliorem, eumque etiam stantem voto persequitur, quem cecidisse gratulatur.

23. Qui possumus illaesa charitate de inimici ruina laetari, aut de ejus gloria dolere. Quid hac in re cavendum.---Sed inter haec sciendum est quia evenire plerumque solet ut non amissa charitate et inimici nos ruina laetificet, et rursum ejus gloria sine invidiae culpa contristet, cum et ruente eo quosdam bene erigi credimus, et proficiente illo plerosque injuste opprimi formidamus. Qua in re mentem nostram nec ejus jam defectus erigit, nec ejus profectus addicit, si recta nostra cogitatio non quid in ipso, sed quid de ipso circa alios agatur attendit. Sed ad haec servanda valde est necessarium subtilissimae discretionis examen, ne cum nostra odia exsequimur, fallamur sub specie utilitatis alienae. Si enim de inimici morte gaudendum omnino non esset, Psalmista non diceret: Laetabitur justus, cum viderit vindictam impiorum (Psal. LVII, 11). Sed aliud est impium, aliud vero inimicum perpeti. Nam sunt plerique inimici qui non sunt impii; et sunt nonnulli impii, qui nobis specialiter non videntur inimici. Humana autem mens omnem quem inimicum tolerat, etiam impium et iniquum putat, quia ejus culpas apud cogitationem suam livor accusator exaggerat. Quibuslibet vero flagitiis prematur, minus iniquus creditur, si adversarius minime sentitur. Qua in re discernendum est aliud esse quod nobis, aliud vero quod sibi et caeteris noster inimicus nocet. Nam si aliis bonus est, sine nostra forsitan culpa esse non potest nobis malus; nec omnino jam de ejus ruina gaudendum est, cujus nos solos certum est adversa tolerasse. Cum vero noster ac multorum hostis perimitur, de ereptione proximorum potius quam de inimici interitu necesse est ut animus laetetur.

Pues a menudo el ánimo se engaña en la imagen de la dilección hacia el enemigo, y estima que lo ama, si no existe como contrario a su vida. Pero o bien el provecho del enemigo, o su caída, interroga la fuerza de la dilección oculta y verazmente. Pues sobre esta cosa la mente del hombre no se conoce a sí misma plenamente, a menos que encuentre que aquel a quien cree su adversario ha cambiado el modo de su estado en el defecto o en el provecho. Pues si se aflige por su prosperidad, y se alegra por la calamidad del que lo odia, consta que no ama a quien no quiere que sea mejor, y persigue con el deseo incluso al que está en pie, de cuya caída se felicita.

23. Cómo podemos alegrarnos de la ruina del enemigo sin dañar la caridad, o dolernos de su gloria. Qué debe evitarse en esta cosa.---Pero entre estas cosas debe saberse que suele ocurrir muchísimas veces que, sin haber perdido la caridad, tanto la ruina del enemigo nos alegre, como de nuevo su gloria nos contriste sin culpa de envidia, cuando, al caer él, creemos que algunos son bien levantados, y al prosperar aquel, tememos que muchos sean injustamente oprimidos. En la cual cosa nuestra mente ni se eleva por su defecto, ni se aflige por su provecho, si nuestro recto pensamiento no atiende a qué hay en él, sino a qué se hace de él en torno a otros. Pero para guardar estas cosas es muy necesario el examen de una discretísima sutileza, no sea que cuando ejecutamos nuestros odios, seamos engañados bajo la especie de la utilidad ajena. Pues si de ninguna manera hubiera que alegrarse por la muerte del enemigo, el Salmista no diría: Se alegrará el justo cuando viere la vindicta de los impíos (Sal. 57, 11). Pero una cosa es padecer al impío, y otra al enemigo. Pues hay muchísimos enemigos que no son impíos; y hay algunos impíos que no nos parecen especialmente enemigos. Pero la mente humana a todo aquel a quien tolera como enemigo, lo juzga también impío e inicuo, porque el livor como acusador exagera sus culpas ante su pensamiento. Pero por cualesquiera crímenes que sea oprimido, se cree menos inicuo si de ninguna manera se siente como adversario. En lo cual debe discernirse que es una cosa lo que nuestro enemigo nos daña a nosotros, y otra lo que se daña a sí mismo y a los demás. Pues si es bueno para otros, tal vez no puede ser sin nuestra culpa que sea malo para nosotros; ni debe ya alegrarse de ninguna manera por la ruina de aquel de quien consta que sólo nosotros hemos tolerado adversidades. Cuando el hostil a nosotros y a muchos es aniquilado, es necesario que el ánimo se alegre por la liberación de los prójimos más que por el exterminio del enemigo.

24. Condolendum est miseriae pereuntis, et congaudendum justitiae judicis.---Oportet namque ut pereunte adversario subtiliter pensare debeamus, et quid debemus ruinae peccatoris, et quid justitiae ferientis. Nam cum perversum quemque Omnipotens percutit, et condolendum est miseriae pereuntis, et congaudendum justitiae judicis, ut nobis et in luctu sit poena morientis proximi, et rursus in gaudium veniat exhibita aequitas judicantis Dei, quatenus nec pereunti homini existamus adversarii, nec judicanti Deo inveniamur ingrati. Beatus igitur Job, quia cuncta in adversitate odia perfecte calcavit, dicat: Si gavisus sum ad ruinam ejus qui me oderat, et exsultavi quod invenisset eum malum; qui videlicet et inimicum diligens, dum adversario ruenti condoluit, in malis illius ipse ad bonum crevit, ut inde iste ad benignitatem cresceret, unde illum mala quae merebatur invenissent.

Quia vero saepe nonnulli eos quos sibi adversarios aestimant maledictione feriunt, quoniam virtute nequaquam possunt; in quibus patenter apparet quae mala si possent facerent, qui ea quae facere nequeunt imprecari minime desistunt; beatus Job ostendens se a culpa etiam maledictionis alienum, secutus adjunxit:

CAPUT XII.

VERS. 30.---Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam ejus.

25. A maledictis abstinendum.---Peccaret quippe si hoc optaret a Deo fieri, quod ipse facere, vel omnino non posset, vel, si posset, minime deceret. Nam qui maledictionibus inimicum impetunt, quid aliud in illo facere Deum volunt, nisi quod ipsi facere aut nequeunt, aut erubescunt? Mortem namque adversario exoptant, quam et si possunt inferre metuunt, ne aut perpetrati homicidii rei teneantur, aut iniqui appareant etiam cum sint. Quid est ergo Deo dicere: Occide quem odi, nisi apertis ei vocibus clamare: Hoc fac meo adversario, quod me in illum facere nec peccatorem decet? In quibus profecto verbis pensandum nobis est, ubi iste vir legerat: Diligite inimicos vestros (Luc. VI, 27, 35); ubi legerat: Benedicite, et nolite maledicere (Rom. XII, 14); et rursum: Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto (I Petr. III, 9). Sed exterius non audita supernae gratiae praecepta servabat, quia haec in mente illius sancti Spiritus afflatus scribebat. Cui tamen minus esset quod positos extra diligeret, nisi et interius viventes secumque quotidie conversantes etiam familiares adversarios toleraret. Unde subjungit:

24. Se debe condoler de la miseria del que perece, y conmoverse por la justicia del juez.---Conviene pues que, al perecer el adversario, debamos sopesar sutilmente tanto qué debemos a la ruina del pecador, como qué a la justicia del que hiere. Pues cuando el Omnipotente hiere a cualquier perverso, tanto debe condolerse uno de la miseria del que perece, como alegrarse por la justicia del juez, para que tengamos tanto en el luto la pena del prójimo que muere, como de nuevo venga al gozo la equidad exhibida del Dios que juzga, de modo que ni existamos como adversarios para el hombre que perece, ni seamos encontrados ingratos para con el Dios que juzga. El bienaventurado Job, por tanto, porque holló perfectamente todos los odios en la adversidad, diga: Si me he alegrado por la ruina de aquel que me odiaba, y he exultado de que el mal lo hubiera encontrado; quien a saber, amando también al enemigo, mientras se condolió del adversario que caía, creció él mismo hacia el bien en los males de aquel, para que de allí creciera hacia la benignidad, de donde a aquel lo habían encontrado los males que merecía.

Porque, pues, a menudo algunos hieren con la maldición a aquellos que juzgan como adversarios para sí, ya que de ninguna manera pueden por la fuerza; en los cuales aparece patentemente qué males harían si pudieran, quienes de ninguna manera desisten de imprecar los que no pueden hacer; el bienaventurado Job, mostrando que él era ajeno incluso a la culpa de la maldición, añadió a continuación:

CAPÍTULO XII

VERS. 30.---Pues no di al pecado mi garganta, para pedir maldiciendo su alma.

25. Se debe abstener de las maldiciones.---Pecaría, por cierto, si deseara que Dios hiciera aquello que él mismo o bien no podría hacer de ningún modo, o, si pudiera, de ninguna manera le convendría. Pues los que atacan al enemigo con maldiciones, ¿qué otra cosa quieren que Dios haga en él, sino lo que ellos mismos o no pueden hacer, o se avergüenzan de hacer? Pues desean la muerte para el adversario, la cual, aun si pueden inferirla, temen, no sea que o sean tenidos por reos de homicidio perpetrado, o parezcan inicuos incluso cuando lo son. ¿Qué es, pues, decir a Dios: Mata a quien odio, sino clamarle con abiertas voces: Haz esto a mi adversario, lo cual ni a un pecador le conviene hacer contra aquel? En cuyas palabras debemos ciertamente considerar dónde había leído este varón: Amad a vuestros enemigos (Luc. 6, 27. 35); dónde había leído: Bendecid, y no maldigáis (Rom. 12, 14); y de nuevo: No devolviendo mal por mal, ni maldición por maldición (1 Ped. 3, 9). Pero exteriormente guardaba los preceptos de la gracia suprema no oídos, porque el soplo del Espíritu Santo escribía estos en la mente de aquel hombre. Para quien, sin embargo, sería menos que amara a los puestos fuera, a menos que también tolerara dentro a los adversarios familiares que vivían y conversaban con él diariamente. De donde añade:

Caput XIII

[Rec. VII].

VERS. 31.---Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus ejus, ut saturemur?

26. Domesticos et familiares nobis adversantes patienter tolerare debemus. Altaris sacrificium. Adversa patienda sunt exterius fortiter, et interius clementer.---Quae nimirum sententia potest quoque per mysterium ex voce Redemptoris intelligi. Viri quippe ejus tabernaculi de carnibus illius saturari cupierunt, vel Judaei scilicet persequentes, vel gentiles credentes, quia et illi moliti sunt corpus illius, quasi consumendo, exstinguere, et isti esurientem mentem suam desiderant per quotidianum immolationis sacrificium de ejus carnibus satiare. [Vet. XII.] Sed nunc solius historiae virtutem sequentes, pensemus quanta fortitudine sancti viri animus extra intraque sollicitus ad omnia partitur. Qui si injuste agentibus aut unquam per silentium cederet, aut per rectitudinem non contrairet, profecto adversarios non habuisset. Sed in eo quod vias vitae tenuit, exoptatores suae mortis invenit. Foris patentes adversarios pertulit, intus latentes. Minor est autem virtus certaminis foris quempiam videre mala quae superet, et intus quod toleret non habere. Perfectae autem magnitudinis laus est adversa perpeti ei exterius fortiter, et interius clementer. Nam sunt nonnulla quae in ipsa quoque familiarium conversatione corrigi nequeunt sine culpa corrigentis; atque ideo cum vel corrigentem inquinant, vel non omnino haec agentem gravant, magna magisterii arte dissimulanda sunt, ipsaque hac dissimulatione toleranda. Quae contra nos illata citius a corde laxamus, si nostra circa proximos errata cognoscimus. Unde bene quoque per Salomonem dicitur: Cunctis sermonibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum, ne forte audias servum tuum maledicentem tibi. Scit enim tua conscientia, quia et tu crebro maledixisti aliis (Eccle. VII, 22, 23). Dum enim pensamus quales erga alios fuimus, esse circa nos tales alios minus dolemus, quia aliena injustitia in nobis vindicat quod in se juste nostra conscientia accusat. Sequitur:

Caput XIV

[Rec. VIII].

VERS. 32.---Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.

Capítulo XIII

[Rec. VII]

VERS. 31.---Si no dijeron los varones de mi tabernáculo: ¿Quién dé de sus carnes para que nos saciemos?

26. Debemos tolerar pacientemente a los domésticos y familiares que se nos oponen. El sacrificio del altar. Las adversidades han de ser sufridas exteriormente con fortaleza, e interiormente con clemencia.---La cual sentencia, por cierto, puede también entenderse por el misterio desde la voz del Redentor. Pues los varones de su tabernáculo desearon saciarse de sus carnes, o bien a saber los Judíos que lo perseguían, o los gentiles que creían, porque tanto aquellos se esforzaron por extinguir su cuerpo, como consumiéndolo, como estos desean saciar su mente hambrienta por el cotidiano sacrificio de la inmolación con sus carnes. [Vet. XII.] Pero ahora, siguiendo sólo la fuerza de la historia, consideremos con cuánta fortaleza el ánimo del varón santo, solicitado fuera y dentro, se divide ante todas las cosas. El cual, si alguna vez cediera por el silencio a los que actúan injustamente, o no se les opusiera por la rectitud, seguramente no habría tenido adversarios. Pero en aquello en que mantuvo las vías de la vida, encontró a los que deseaban su muerte. Sufrió adversarios patentes fuera, y latentes dentro. Pero es menor virtud del combate el que alguien vea fuera los males que supere, y no tenga dentro qué tolerar. Pero es alabanza de perfecta magnitud sufrir las adversidades exteriormente con fortaleza, e interiormente con clemencia. Pues hay algunas cosas que incluso en la misma conversación de los familiares no pueden corregirse sin culpa del que corrige; y por tanto, cuando o bien manchan al que corrige, o gravan al que de ninguna manera hace estas cosas, deben ser disimuladas con gran arte de magisterio, y ser toleradas por este mismo disimulo. Las cuales cosas, inferidas contra nosotros, las soltamos más rápido del corazón si conocemos nuestros errores en torno a los prójimos. De donde bien se dice también por Salomón: A todas las palabras que se dicen no acomodes tu corazón, no sea que tal vez oigas a tu siervo maldiciéndote. Pues sabe tu conciencia que también tú frecuentemente has maldecido a otros (Ecl. 7, 22. 23). Pues mientras consideramos qué tales hemos sido para con otros, nos duele menos que otros sean tales para con nosotros, porque la injusticia ajena en nosotros venga lo que en sí justamente nuestra conciencia acusa. Sigue:

Capítulo XIV

[Rec. VIII]

VERS. 32.---Fuera no permaneció el peregrino, mi puerta estuvo abierta al viajero.

27. Misericordiae in parcendo succedat misericordia in largiendo.---Quia, teste Paulo, charitas patiens et benigna describitur (I Cor. XIII, 4), per patientiam aliena mala aequanimiter tolerat, per benignitatem quoque bona misericorditer impendit sua. Unde beatus Job et patienter domesticos maledicentes pertulit, et viatores atque peregrinos apud se benigne suscepit: illis morum exempla tribuens, istis exteriorum ope concurrens; illis per mansuetudinem non concitus ad irascendum, istis per misericordiam ad subveniendum paratus. Vir enim sanctus Redemptorem generis humani per prophetiae spiritum intuens, praedicamenta quoque illius in opere servabat, quibus nos admonet, dicens: Dimittite, et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis (Luc. VI, 37). Dare namque nostrum ad res pertinet quas exterius habemus, dimittere autem ad relaxandum dolorem quem interius ex aliena culpa contraximus. Sed sciendum est quia qui dimittit, et non dat, etsi non plene operatus est, meliorem tamen partem misericordiae tenuit. Qui autem dat, et minime dimittit, omnino misericordiam nullam facit, quia ab omnipotente Deo munus ex manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur.

28. Eleemosynae meritoriae conditiones.---Mundari etenim debet prius animus qui eleemosynam praebet, quia omne quod datur Deo ex dantis mente pensatur. Cuncta itaque malitiae macula ab interiori nostro homine cogitationis immutatione tergenda est, quia iram judicis placare nescit oblatio, nisi ex munditia placeat offerentis. Unde scriptum est: Respexit Deus ad Abel et ad munera ejus, ad Cain autem et ad munera ejus non respexit (Genes. IV, 4, 5). Neque etenim sacrum eloquium dicit: Respexit ad munera Abel, et ad Cain munera non respexit; sed prius ait quia respexit ad Abel, ac deinde subjunxit, Et ad munera ejus. Et rursum dicit quia non respexit ad Cain, ac deinde subdidit, Nec ad munera ejus. Ex dantis quippe corde id quod datur accipitur. Idcirco non Abel ex muneribus, sed ex Abel munera oblata placuerunt. Prius namque ad eum legitur Dominus respexisse qui dabat, quam ad illa quae dabat. Unde bene beatus Job dicturus nobis in hospitalitatis gratia largitatem suam, prius circa adversarios protulit patientiam et benignitatem suam: quod de ruina non exsultavit inimici, quod verbis maledicis persecutores suos non impetiit, quod saevientes intrinsecus aequanimiter toleravit, et tunc demum hospitalitatis suae munificentiam protulit; ut audito scilicet narrationis ejus ordine, discamus quia exteriora munera ex interna cordis munditia condiuntur, ut virtutum ejus contextio lectorem doceat qualis apud se esse debeat, cum exteriora bona aliis subministrat.

27. A la misericordia en el perdonar suceda la misericordia en el otorgar.---Porque, según testimonio de Pablo, la caridad se describe como paciente y benigna (1 Cor. 13, 4), por la paciencia tolera los males ajenos con ecuanimidad, y por la benignidad también otorga misericordiosamente sus propios bienes. De donde el bienaventurado Job tanto toleró pacientemente a los domésticos que lo maldecían, como recibió benignamente en su casa a los viajeros y peregrinos: otorgándoles a aquellos ejemplos de costumbres, y concurriendo con el auxilio de las cosas exteriores para estos; para con aquellos no excitado a la ira por la mansedumbre, para con estos listo para socorrer por la misericordia. Pues el varón santo, contemplando al Redentor del género humano por el espíritu de profecía, guardaba también sus predicamentos en la obra, con los cuales nos amonesta diciendo: Perdonad, y se os perdonará; dad, y se os dará (Luc. 6, 37). Pues nuestro dar pertenece a las cosas que tenemos exteriormente, pero el perdonar a relajar el dolor que contrajimos interiormente por la culpa ajena. Pero debe saberse que quien perdona y no da, aunque no haya obrado plenamente, mantuvo sin embargo la mejor parte de la misericordia. Pero quien da y mínimamente perdona, de ninguna manera hace misericordia alguna, porque por el Dios omnipotente no se acepta el don de la mano que se presenta con el corazón ligado en la malicia.

28. Condiciones de la limosna meritoria.---Debe limpiarse, en efecto, primero el ánimo que ofrece la limosna, porque todo lo que se da a Dios se pondera desde la mente del que da. Por tanto, toda mancha de malicia debe ser limpiada de nuestro hombre interior del pensamiento por la mutación del pensamiento, porque la oblación no sabe aplacar la ira del juez, a menos que plazca por la limpieza del que ofrece. De donde está escrito: Miró Dios a Abel y a sus dones, pero a Caín y a sus dones no miró (Gén. 4, 4. 5). Ni en efecto la sagrada elocuencia dice: Miró a los dones de Abel, y a los dones de Caín no miró; sino que primero dice que miró a Abel, y después añadió: Y a sus dones. Y de nuevo dice que no miró a Caín, y después añadió: Ni a sus dones. Pues desde el corazón del que da se acepta lo que se da. Por eso no Abel por los dones, sino los dones ofrecidos por Abel pluguieron. Pues se lee que el Señor miró primero a aquel que daba, antes que a aquellas cosas que daba. De donde bien el bienaventurado Job, habiendo de decirnos su largueza en la gracia de la hospitalidad, primero presentó su paciencia y benignidad en torno a los adversarios: que no se exultó de la ruina del enemigo, que no atacó con palabras maldicientes a sus perseguidores, que toleró con ecuanimidad a los que se embravecían intrínsecamente, y entonces por fin presentó la munificencia de su hospitalidad; para que, a saber, oído el orden de su narración, aprendamos que los dones exteriores se sazonan desde la limpieza interna del corazón, para que la trabazón de sus virtudes enseñe al lector qué tal debe ser en sí mismo cuando suministra bienes exteriores a otros.

29. In bonis operibus cavenda elatio.---Sed quis se inter tanta virtutum culmina sanctum esse non crederet? Quis non utcunque ipsis tot meritis tentaretur, ut si quando ut homo delinqueret, delictum suum hominibus nollet innotesci; et leve esse crederet, si quid in minimis peccaret; culpamque suam mallet silentio tegere quam voce confessionis aperire? Saepe namque contingit ut elatus virtutibus animus, dum multa bona in aestimatione proximorum de se spargi cognoverit, agnosci non velit si quid est quod reprehensibiliter facit. Quas videlicet erroris tenebras idcirco mens tolerat, quia cordis oculum tumor gravat. Unde beatus Job inter tot eximia facta virtutum, qui tam summus exstitit in operatione, ut demonstraret quam humilis fuerit in mente, protinus adjunxit:

Caput XV

[Vet. XIII, Rec. IX].

VERS. 33.---Si abscondi quasi homo peccatum meum, et celavi in sinu meo iniquitatem meam.

30. Humilitatis argumentum est culpam suam confiteri; superbiae, excusare. Peccata excusando, graviora reddimus.---Haec sunt namque verae humilitatis testimonia, et iniquitatem suam quemque cognoscere, et cognitam voce confessionis aperire. At contra, usitatum humani generis vitium est, et latendo peccatum committere, et commissum negando abscondere, et convictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis haec augmenta nequitiae ducimus, ex quo ipsam radicem traximus culpae. Sic namque ille dum lignum vetitum contigisset, abscondit se a facie Domini inter ligna paradisi. In qua absconsione, scilicet quia Deum latere non poterat, non latendi effectus describitur, sed affectus notatur. Qui cum argueretur a Domino, quod de ligno vetito contigisset, illico respondit: Mulier quam dedisti mihi sociam ipsa mihi dedit de ligno, et comedi (Genes. III, 12). Ipsa quoque mulier inquisita respondit, dicens: Serpens decepit me, et comedi (Ibid., 13). Ad hoc quippe requisiti fuerant, ut peccatum quod transgrediendo commiserant confitendo delerent. Unde et serpens ille persuasor, qui non erat revocandus ad veniam, non est de culpa requisitus. Interrogatus itaque homo est ubi esset, ut perpetratam culpam respiceret, et confitendo cognosceret quam longe a conditoris sui facie abesset. Sed adhibere sibimet utrique defensionis solatia quam confessionis elegerunt. Cumque excusare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per serpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati sunt: oblique Adam Dominum tangens, quod ipse peccati eorum auctor exstiterit, qui mulierem fecit; et Eva culpam ad Dominum referens, qui serpentem in paradiso posuisset.

29. Se debe evitar la elación en las buenas obras.---Pero, ¿quién no se creería santo entre tan grandes cumbres de virtudes? ¿Quién no sería tentado de algún modo por esos mismos tantos méritos, de modo que si alguna vez como hombre delinquiera, no quisiera que su delito llegara a conocimiento de los hombres; y creyera que es leve si pecara en lo mínimo; y prefiriera cubrir su culpa con el silencio que abrirla con la voz de la confesión? Pues a menudo ocurre que el ánimo elado por las virtudes, mientras conoce que muchos bienes se esparcen de sí en la estimación de los prójimos, no quiere que se reconozca si hay algo que hace reprensiblemente. Las cuales tinieblas de error, a saber, la mente las tolera por esto, porque el tumor del corazón grava el ojo. De donde el bienaventurado Job, entre tantos hechos eximios de virtudes, el cual existió tan sumo en la operación, para demostrar cuán humilde fue en la mente, añadió a continuación:

Capítulo XV

[Vet. XIII, Rec. IX]

VERS. 33.---Si escondí como hombre mi pecado, y celé en mi seno mi iniquidad.

30. Argumento de humildad es confesar la propia culpa; de soberbia, excusarla. Excusando los pecados, los hacemos más graves.---Pues estos son los testimonios de la verdadera humildad: tanto que cada uno conozca su iniquidad, como abrir la conocida con la voz de la confesión. Pero por el contrario, es vicio usual del género humano tanto cometer el pecado ocultándolo, como esconder el cometido negándolo, y multiplicar el convicto defendiéndolo. De aquella caída del primer hombre, por cierto, traemos estos aumentos de maldad, de la cual trajimos la raíz misma de la culpa. Pues así aquel, cuando hubo tocado el leño prohibido, se escondió de la faz del Señor entre los leños del paraíso. En cuya ocultación, a saber, porque no podía ocultarse de Dios, no se describe el efecto de ocultarse, sino que se nota el afecto. El cual, cuando era reprendido por el Señor por haber tocado el leño prohibido, respondió al punto: Mulier quam dedisti mihi sociam ipsa mihi dedit de ligno, et comedi (Gén. 3, 12). También la mujer, interrogada, respondió diciendo: Serpens decepit me, et comedi (Ibid., 13). Para esto, por cierto, habían sido requeridos, para que borraran confesando el pecado que habían cometido transgrediendo. De donde también aquella serpiente persuasora, que no debía ser revocada al perdón, no fue requerida sobre la culpa. Fue interrogado, pues, el hombre dónde estaba, para que considerara la culpa perpetrada, y por la confesión conociera cuán lejos estaba de la faz de su creador. Pero eligieron aplicarse a sí mismos los consuelos de la defensa más que de la confesión. Y cuando el varón quiso excusar el pecado por la mujer, la mujer por la serpiente, aumentaron la culpa que intentaron proteger: Adán tocando oblicuamente al Señor, de que Él mismo existió como autor de su pecado, quien hizo a la mujer; y Eva refiriendo la culpa al Señor, que había puesto a la serpiente en el paraíso.

Qui enim ore diaboli fallentis audierant: Eritis sicut dii (Ibid., 5), quia Deo esse similes in divinitate nequiverunt, ad erroris sui cumulum Deum sibi facere similem in culpa conati sunt. Sic ergo reatum suum dum defendere moliuntur, addiderunt ut culpa eorum atrocior discussa fieret quam fuerat perpetrata.

31. Multi Adamum imitantur, velut arborum foliis peccatum abscondere cogitantem. Peccator e sepulcro exit per confessionem.---Unde nunc quoque humani generis rami ex hac adhuc radice amaritudinem trahunt, ut cum de vitio suo quisque arguitur, sub defensionum verba quasi sub quaedam se arborum folia abscondat, et velut ad quaedam excusationis suae opaca secreta faciem conditoris fugiat, dum non vult cognosci quod fecit. In qua videlicet occultatione non se Domino, sed Dominum abscondit sibi. Agit quippe ne omnia videntem videat, non autem ne ipse videatur. Quo contra cuique peccatori jam exordium illuminationis est humilitas confessionis, quia sibimetipsi jam parcere renuit, qui malum non erubescit confiteri quod fecit; et qui defendendo accusari potuit, accusando se celerrime defendit. Unde et mortuo Lazaro, qui mole magna premebatur, nequaquam dicitur: Revivisce, sed: Veni foras (Joan. XI, 43). Ex qua scilicet resurrectione, quae gesta in illius est corpore, signatur qualiter nos resuscitemur in corde, cum videlicet mortuo dicitur: Veni foras, ut nimirum homo in peccato suo mortuus, et per molem malae consuetudinis jam sepultus, quia intra conscientiam suam absconsus jacet per nequitiam, a semetipso foras exeat per confessionem. Mortuo enim Veni foras dicitur, ut ab excusatione atque occultatione peccati ad accusationem suam ore proprio exire provocetur. Unde David propheta, ab illa tanti morte facinoris reviviscens, ad vocem Domini quasi foras exiit, dum, per Nathan correptus, quod fecerat accusavit (II Reg. XII, 13).

32. Occultandi peccati culpa vehementer excrevit.---Quia igitur haec occultationis culpa in humano genere vehementer excrevit, bene beatus Job cum diceret: Si abscondi peccatum meum, interposuit: quasi homo. Hominis quippe esse proprium conspicit, quod ex parentis veteris imitatione descendit. Ubi apte subditur: Et celavi in sinu meo iniquitatem meam. [Vet. XIV, rec. X.] Scriptura etenim sacra plerumque sinum ponere pro mente consuevit, sicut voce Ecclesiae de persecutoribus nostris, qui nobis natura quidem conjuncti sunt, sed vita disjuncti, per Psalmistam dicitur: Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum (Psal. LXXVIII, 12). Ac si aperte diceret: In mente sua recipiant hoc quod in nostris corporibus saevientes operantur, ut dum nos exterius ex parte puniunt, ipsi interius perfecte puniantur.

Pues los que por la boca del diablo que los engañaba habían oído: Seréis como dioses (Ibid., 5), ya que no pudieron ser semejantes a Dios en la divinidad, intentaron hacerse a Dios semejante a sí mismos en la culpa, para colmo de su error. Así pues, mientras se esfuerzan por defender su reato, añadieron que su culpa se hiciera más atroz al ser discutida de lo que había sido al ser perpetrada.

31. Muchos imitan a Adán, pensando ocultar el pecado como con hojas de árboles. El pecador sale del sepulcro por la confesión.---De donde ahora también las ramas del género humano traen la amargura de esta raíz todavía, de modo que cuando cada uno es reprendido por su vicio, se esconde bajo las palabras de las defensas como bajo ciertas hojas de árboles, y como hacia ciertos secretos opacos de su propia excusa huye de la faz de su creador, mientras no quiere que se conozca lo que hizo. En la cual ocultación, a saber, no se oculta del Señor, sino que oculta al Señor para sí mismo. Hace, en efecto, que el que todo lo ve no lo vea a él, pero no que él mismo no sea visto. Por el contrario, para todo pecador ya el exordio de la iluminación es la humildad de la confesión, porque ya rehúsa perdonarse a sí mismo, quien no se avergüenza de confesar el mal que hizo; y quien defendiendo pudo ser acusado, acusándose a sí mismo se defiende rapidísimamente. De donde también al muerto Lázaro, que era oprimido por una gran mole, de ninguna manera se le dice: Revive, sino: Sal fuera (Juan 11, 43). De cuya resurrección, a saber, la cual fue hecha en su cuerpo, se señala cómo seamos nosotros resucitados en el corazón, cuando a saber se le dice al muerto: Sal fuera, para que a saber el hombre muerto en su pecado, y por la mole de la mala costumbre ya sepultado, porque yace oculto dentro de su conciencia por la maldad, por la confesión salga fuera de sí mismo. Pues al muerto se le dice: Sal fuera, para que desde la excusa y la ocultación del pecado sea provocado a salir con la propia boca a su propia acusación. De donde David el profeta, reviviendo de aquella tan grande muerte de su crimen, salió como hacia fuera a la voz del Señor, mientras, reprendido por Natán, acusó lo que había hecho (2 Sam. 12, 13).

32. La culpa de ocultar el pecado ha crecido vehementemente.---Porque, por tanto, esta culpa de la ocultación ha crecido vehementemente en el género humano, bien el bienaventurado Job, cuando decía: Si escondí mi pecado, interpuso: como hombre. Pues considera que es propio del hombre lo que desciende de la imitación del antiguo padre. Donde aptamente se añade: Y celé en mi seno mi iniquidad. [Vet. XIV, rec. X.] Pues la sagrada Escritura muchísimas veces acostumbró poner el seno por la mente, como por la voz de la Iglesia sobre nuestros perseguidores, que nos están unidos ciertamente por la naturaleza, pero disjuntos por la vida, se dice por el Salmista: Devuelve a nuestros vecinos el séptuplo en su seno (Sal. 78, 12). Como si dijera abiertamente: En su mente reciban esto que operan embraveciéndose en nuestros cuerpos, para que mientras nos castigan exteriormente en parte, ellos mismos sean castigados interiormente de forma perfecta.

Quia igitur sinus secretum mentis accipitur, in sinu iniquitatem celare est hanc in conscientiae latibulis occultare, nec per confessionem detegere, sed per defensionem velare. Quo contra Jacobus dicit: Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem, ut salvemini (Jac. V, 16). Salomon quoque ait: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, et dereliquerit ea, misericordiam consequetur (Prov. XXVIII, 13).

33. Ficta est peccati confessio sine humilitate. Sincerae confessionis indicia.---Sed inter haec sciendum est quod plerumque homines et culpas confitentur, et humiles non sunt. Nam multos novimus qui arguente nullo peccatores se esse confitentur; cum vero de culpa sua fuerint fortasse correpti, defensionis patrocinium quaerunt, ne peccatores esse videantur. Qui si tunc cum id sponte dicunt peccatores se esse veraci humilitate cognoscerent, cum arguuntur ab aliis, esse se quod confessi fuerant non negarent. Qua in re indicia verae confessionis sunt, si cum quisque se peccatorem dicit, id de se dicenti etiam alteri non contradicit. Nam quia scriptum est: Justus in principio accusator est sui (Prov. XVIII, 17), non magis peccator, sed justus videri appetit, cum peccatorem se quisque nullo arguente confitetur, sed confessionis veritatem probat, cum alter malum quod fecimus increpat. Quod si superbe defendimus, liquet quia peccatores nos ex nobis ficte dicebamus. Unde summopere curandum est ut mala quae fecimus, et sponte fateamur, et haec aliis arguentibus non negemus. Superbiae quippe vitium est ut quod de se fateri quisque quasi sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab aliis dedignetur

34. Job in peccati confessione humilitas. Saepe gravioris certaminis est peccata confiteri quam vitare.---Beatus itaque Job quantae fuerit humilitatis ostendit, qui se et inter adversarios noverat vivere, et tamen non verebatur culpas voce confessionis aperire. Sed notandum quod superius virtutes suas loquitur, inferius peccatum fatetur. Hinc enim liquido demonstrat quam vera de bonis suis dixerat, qui noluit tacere de malis. Modo virtutes suas indicat, modo culpam, quia et perpetraverit peccatum, et non tacuerit, manifestat. Unde certissime apparet quantae munditiae in omnipotentis Dei oculis fuerit, qui et vitavit mala, ne committeret, et tamen quae eum committere contigit, hominibus non abscondit, quatenus ei et justitiae sit gloria declinasse peccatum, et justitiae custodia quod non potuit declinare prodidisse. Videatur vir iste cuilibet magnus in virtutibus suis, mihi certe sublimis apparet etiam in peccatis suis.

Porque, pues, el seno se toma por el secreto de la mente, celar la iniquidad en el seno es ocultar esta en los escondrijos de la conciencia, ni detectarla por la confesión, sino velarla por la defensa. Por el contrario, Santiago dice: Confesaos los unos a los otros vuestros pecados, y orad los unos por los otros para que seáis salvos (Sant. 5, 16). Salomón también dice: Quien esconde sus crímenes no será enderezado; pero quien los hubiere confesado y abandonado, conseguirá misericordia (Prov. 28, 13).

33. Es fingida la confesión del pecado sin humildad. Indicios de la confesión sincera.---Pero entre estas cosas debe saberse que muchísimas veces los hombres tanto confiesan las culpas, como no son humildes. Pues conocemos a muchos que, sin que nadie los reprenda, confiesan que son pecadores; pero cuando tal vez fueron corregidos por su culpa, buscan el patrocinio de la defensa, para que no parezca que son pecadores. Los cuales, si entonces cuando dicen eso espontáneamente se reconocieran con veraz humildad como pecadores, cuando son reprendidos por otros, no negarían ser lo que habían confesado. En la cual cosa los indicios de la verdadera confesión son, si cuando cada uno se dice pecador, no contradice al que también dice eso de él. Porque, pues, está escrito: El justo al principio es acusador de sí mismo (Prov. 18, 17), no apetece más parecer pecador, sino justo, cuando cada uno se confiesa pecador sin que nadie lo reprenda, pero prueba la verdad de la confesión cuando otro reprende el mal que hicimos. Lo cual si defendemos soberbiamente, está claro que nos decíamos pecadores desde nosotros mismos de forma fingida. Por lo cual debe cuidarse sumamente que los males que hicimos, tanto los confesemos espontáneamente, como no los neguemos cuando otros los reprendan. Pues es vicio de la soberbia que lo que cada uno se digna confesar de sí mismo como por su propia voluntad, esto se desdeñe de que se le diga por otros.

34. Humildad de Job en la confesión del pecado. A menudo es de un combate más grave confesar los pecados que evitarlos.---El bienaventurado Job, por tanto, muestra de cuánta humildad fue, quien tanto supo vivir entre los adversarios, como sin embargo no temió abrir sus culpas con la voz de la confesión. Pero debe notarse que arriba dice sus virtudes, abajo confiesa el pecado. Pues de aquí demuestra liquidamente cuán veraces cosas había dicho de sus bienes, quien no quiso callar sobre los males. Ahora indica sus virtudes, ahora su culpa, porque tanto perpetró el pecado como no calló, lo manifiesta. De donde certísimamente aparece de cuánta limpieza fue en los ojos del Dios omnipotente, quien tanto evitó los males para no cometerlos, como sin embargo los que le aconteció cometer no los ocultó a los hombres, a fin de que para él tanto sea gloria de la justicia haber declinado el pecado, como custodia de la justicia haber producido lo que no pudo declinar. Véase este varón como grande para cualquiera en sus virtudes, para mí ciertamente aparece sublime incluso en sus pecados.

Mirentur in eo qui volunt castitatis continentiam, mirentur integritatem justitiae, mirentur viscera pietatis; ego in eo non minus admiror confessionem humillimam peccatorum quam tot sublimia gesta virtutum. Scio enim quod per infirmitatis verecundiam plerumque gravioris est certaminis commissa peccata prodere quam non admissa vitare, et unquodque malum quamvis robustius vitetur, tamen humilius proditur. Beatus ergo Job, qui, tot magnis operibus fultus, confiteri culpam non erubuit, ostendit in virtutibus quam humilis fuit. Sed quia ex humilitate vera secura semper auctoritas nascitur, ut tanto foris nil metuat, quanto ad rerum culmina animus per elationis desiderium non anhelat, expressa confessione peccati, recte subjungitur:

CAPUT XVI.

VERS. 34.---Si expavi ad multitudinem nimiam, et despectio propinquorum terruit me; et non magis tacui, nec egressus sum ostium. 35.

Cordis a terrenarum rerum cupiditate liberi mira securitas. Quae tamen a custodiae disciplina non eximit.---Magna est securitas cordis, nil concupiscentiae habere saecularis. Nam si ad terrena adipiscenda cor inhiat, securum tranquillumque esse nullatenus potest, quia aut non habita concupiscit ut habeat, aut adepta metuit ne amittat; et dum in adversis sperat prospera, in prosperis formidat adversa, huc illucque quasi quibusdam fluctibus volvitur, ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate versatur. Si vero semel in appetitione supernae patriae forti stabilitate animus figitur, minus rerum temporalium perturbatione vexatur. A cunctis quippe externis motibus eamdem intentionem suam quasi quemdam secretissimum secessum petit, ibique incommutabili inhaerens, et mutabilia cuncta transcendens, ipsa jam tranquillitate quietis suae in mundo extra mundum est. Excedit profecto ima omnia intentione summorum, 715 et cunctis rebus quas non appetit libertate quadam se superesse sentit, nec tempestatem rerum temporalium intus sustinet, quam intuetur foris. quia terrena omnia, quae concupita opprimere mentem poterant, despecta subterjacent. quia terrena omnia, quae concupita opprimere mentem poterant, despecta subterjacent. Unde bene per prophetam dicitur: Statue tibi speculam (Jerem. XXXI, 21), ut dum quisque speculatur summa, superemineat infimis. Hinc etiam Habacuc dicit: Super custodiam meam stabo (Habac. Stat quippe super custodiam suam, qui per solertiam disciplinae terrenis desideriis non succumbit, sed supereminet, ut dum semper stantem appetit aeternitatem, infra sit ei omne quod transit. 36.

Admiren en él los que quieran la continencia de la castidad, admiren la integridad de la justicia, admiren las entrañas de la piedad; yo en él no menos admiro la confesión humildísima de los pecados que tantos hechos sublimes de virtudes. Pues sé que por la vergüenza de la flaqueza muchísimas veces es de un combate más grave producir los pecados cometidos que evitar los no admitidos, y cualquier mal, aunque se evite más robustamente, sin embargo se produce más humildemente. El bienaventurado Job, por tanto, quien apoyado en tantos grandes hechos no se avergonzó de confesar su culpa, mostró en las virtudes cuán humilde fue. Pero porque de la humildad verdadera siempre nace una autoridad segura, de modo que tanto nada tema fuera, cuanto hacia las cumbres de las cosas el ánimo por el deseo de la elación no anhela, expresada la confesión del pecado, rectamente se añade:

CAPÍTULO XVI.

VERS. 34.---Si temí a una multitud muy grande, y el desprecio de los parientes me aterró; y no guardé más bien silencio, ni salí de la puerta.

31. Obstaculum est veritatis tumor mentis. Verae scientiae effectus.---Obstaculum namque veritatis est tumor mentis, quia dum inflat obnubilat. Qui et si quando scientiam videntur adipisci, quasi de quadam rerum cortice, et non de secretae dulcedinis medulla pascuntur; micantibusque ingeniis saepe exteriora tantummodo attingunt, sed interni gustum saporis ignorant, videlicet foris acuti, sed intus caeci sunt. Neque id de Deo sentiunt, quod dulce interius sapiat, sed quod excussum exterius sonet. Qui etsi secreta quaedam intelligendo percipiunt, eorum dulcedinem experiri non possunt; et si noverunt quomodo sunt, ignorant, ut dixi, quomodo sapiunt. [Vet. XVII.] Et fit plerumque ut fortiter dicant, sed tamen juxta ea quae dicunt vivere nesciant. Unde bene quidam sapiens dixit: Mihi autem det Deus haec dicere ex sententia (Sap. VII, 15). Sententia quippe a sensu vocata est. Et recta quae intelligit, non ex sola scientia, sed etiam ex sententia dicere appetit, qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri quod dicit. Sed mens arrogantium dictorum suorum sensum non penetrat, quia ab interno gustu, recto judicio in eos favores reliditur, quos foris amat. Vera autem scientia afficit, non extollit; nec superbientes quos repleverit, sed lamentantes facit. Qua quisque cum repletus fuerit, primo loco se scire appetit; et jam sui conscius, tanto per illam robustius sapit quanto se infirmum in illa verius recognoscit; atque ampliorem viam hujus scientiae ipsa ei humilitas aperit; dumque imbecillitatem suam conspicit, ipsa ei cognitio secretorum sublimium absconditos sinus pandit, qua cognitione pressus, subtilior redditur, quo ad occulta rapiatur. Eliu ergo in flagellis beati Job idcirco veracem rationem non invenit, quia eam quaerere humiliter nescit; et increpare potius quam consolari paratior, dicit: Hoc est ergo, in quo non es justificatus.

Tienen ciertamente esto los arrogantes propio, que más argüir apetecen que consolar; y cualesquiera cosas que a los hombres acontecer conocen, de solas las iniquidades haber acontecido arbitran. No saben ciertamente los ocultos juicios sutilmente buscar, y aquello que no entienden humildemente escudriñar, porque a ellos a menudo de las secretas investigaciones de los juicios de Dios la misma elación de su ciencia los derriba, mientras los ensalza.

31. Obstáculo es de la verdad el tumor de la mente. De la verdadera ciencia el efecto.---Obstáculo ciertamente de la verdad es el tumor de la mente, porque mientras infla obnubila. Los cuales también si alguna vez ciencia parecen alcanzar, como de una cierta corteza de las cosas, y no de la médula de la secreta dulzura se apacientan; y con micantes (brillantes) ingenios a menudo las cosas exteriores solamente alcanzan, pero del interno gusto el sabor ignoran, a saber: fuera agudos, pero dentro ciegos son. Ni aquello de Dios sienten, que dulce interiormente sepa, sino lo que excuso (sacudido) fuera suene. Los cuales aunque algunas cosas secretas entendiendo perciben, la dulzura de ellas experimentar no pueden; y si conocieron cómo son, ignoran, como dije, cómo saben. [Vet. XVII.] Y se hace frecuentemente que fuertemente digan, pero sin embargo según esas cosas que dicen vivir no sepan. Por lo cual bien un cierto sabio dijo: A mí en cambio dé Dios decir estas cosas según la sentencia (Sab. 7, 15). Sentencia ciertamente por el sentido es llamada. Y las cosas rectas que entiende, no de sola la ciencia, sino también de la sentencia decir apetece, quien de ningún modo solamente sabiendo decir, sino sintiendo desea experimentar lo que dice. Pero la mente de los arrogantes el sentido de sus dichos no penetra, porque del interno gusto, por recto juicio en aquellos favores es relidida (rechazada), los cuales fuera ama. La verdadera en cambio ciencia afecta, no ensalza; ni soberbios a quienes rellenara, sino lamentantes hace. Por la cual cada uno cuando rellenado fuera, en primer lugar a sí mismo saber apetece; y ya de sí consciente, tanto por ella más robustamente sabe cuanto a sí mismo enfermo en ella más verdaderamente reconoce; y el más amplio camino de esta ciencia la misma humildad le abre; y mientras su imbecilidad ve, la misma cognición de los secretos sublimes los escondidos senos le expande, por cuya cognición presionado, más sutil se vuelve, para que a lo oculto sea raptado. Eliú ergo (pues) en los flagelos del bienaventurado Job por eso la veraz razón no encontró, porque a ella buscar humildemente no sabe; e increpar más bien que consolar más preparado, dice: Esto es ergo (pues), en lo que no eres justificado.

32. Superbi saepe alios increpando, mentiuntur.---Notandum quoque est quod beatus Job in nervo pedem suum positum dixit, sed nequaquam mundum se hoc modo, quo ei objicitur, absque peccato, vel immaculatum, et sine iniquitate fuisse memoravit. Sed Eliu, dum cum austeritate studuit increpare quae dicta sunt, mentiens addidit quae dicta non sunt. Qui enim semper increpare appetunt, et nunquam fovere, multa plerumque increpando mentiuntur. Nam ut arguere docte videantur, fingunt nonnunquam quae redarguant; et cum ipsi equino more in cursum suae ostentationis inferveant, in subjectorum invectionibus ex fictis sibi iniquitatibus campum parant. Sciendum praeterea est, sicut et superius dixi (Num. 31), quod arrogantes viri inflatis suis sermonibus saepe fortia dicta permiscent, nec considerant aliquando quid vivant, sed pensant studiose quid doceant. Quorum nunc Eliu speciem tenet, qui non recte vivere appetit, sed docere. Quia ergo sciens sed arrogans loquitur, taceamus jam quid tumidum vivit, et audiamus quid solidum dicit. Post tot itaque elationis verba, tandem scientiam suam ostendere inchoans, ait:

CAPUT XVIII.

VERS. 12.---Respondebo tibi quod major sit Deus homine.

33. Quod a Deo nobis meliore patimur, justum credamus.---Dicatur fortasse ab aliquo: Quis istud vel cum non audit ignorat? Sed nimirum haec sententia vilis creditur, si non ex ipsa intentionis suae radice pensetur. [Vet. XVIII.] Flagellato videlicet loquebatur, qui et percussionis verbera acceperat, et causas verberum nesciebat. Idcirco ergo intulit: Respondebo tibi quod major sit Deus homine, ut flagellatus homo considerans quia illo major est Deus, in omne quod patitur ejus judicio se postponat, quo se minorem esse non dubitat; et quod a meliore patitur, justum credat, etiam si ejusdem justitiae causas ignorat. Quisquis etiam pro peccato percutitur, nisi murmurando renitatur, eo ipso jam justus esse inchoat, quo ferientis justitiam non accusat. Homo namque sub Deo est conditus, et ad conditionis ordinem redit, quando sibi aequitatem judicis sui, etiam quam non intelligit, anteponit.

32. Los soberbios a menudo otros increpando, mienten.---Ha de ser notado también que el bienaventurado Job en el nervio su pie puesto dijo, pero de ningún modo limpio a sí mismo de este modo, por el cual se le objeta, sin pecado, o inmaculado, y sin iniquidad haber sido recordó. Pero Eliú, mientras con austeridad estudió increpar las cosas que dichas son, mintiendo añadió las cosas que dichas no son. Quienes ciertamente siempre increpar apetecen, y nunca fomentar, muchas cosas frecuentemente increpando mienten. Pues para que argüir doctamente parezcan, fingen a veces las cosas que redarguyan; y cuando ellos mismos a modo equino en el curso de su ostentación hierven, en las invectivas de los súbditos por fingidas para sí iniquidades el campo preparan. Ha de saberse además, así como también arriba dije (Núm. 31), que los varones arrogantes con sus inflados sermones a menudo fuertes dichos permisclan (mezclan), ni consideran alguna vez qué vivan, sino piensan estudiosamente qué enseñen. De los cuales ahora Eliú la especie tiene, quien no rectamente vivir apetece, sino enseñar. Porque ergo (pues) sabiendo pero arrogante habla, callemos ya qué túmidamente vive, y oigamos qué sólidamente dice. Tras tantas por tanto palabras de elación, finalmente su ciencia mostrar comenzando, dice:

CAPÍTULO XVIII.

VERS. 12.---Te responderé que mayor es Dios que el hombre.

33. Lo que de Dios, mejor que nosotros, padecemos, justo lo creamos.---Dígase por ventura por alguno: ¿Quién esto incluso cuando no lo oye ignora? Pero ciertamente esta sentencia vil se cree, si no de la misma raíz de su intención se pondera. [Vet. XVIII.] Al flagelado a saber hablaba, quien tanto los azotes de la percusión había recibido, como las causas de los azotes ignoraba. Por eso ergo (pues) infirió (añadió): Te responderé que mayor es Dios que el hombre, para que el hombre flagelado, considerando que mayor que él es Dios, en todo lo que padece al juicio de Él se posponga, por lo cual ser menor no duda; y lo que del mejor padece, justo lo crea, incluso si de la misma justicia las causas ignora. Quienquiera también por el pecado es percutido (golpeado), si no murmurando renitiera (se resistiera), por eso mismo ya justo ser comienza, por lo cual del que le hiere la justicia no acusa. El hombre ciertamente bajo Dios es condicionado (creado), y al orden de la condición vuelve, cuando a sí la equidad de su juez, incluso la que no entiende, antepone.

Bene ergo dicitur: Respondebo tibi quod major sit Deus homine, ut considerata potentia creatoris, deferveat tumor mentis per memoriam conditionis. Unde David propheta, cum percussionis pondere in excessum vocis erumpere coegeretur, ad considerationem conditionis suae se recolligens, ait: Obmutui, et non aperui os meum, quoniam tu fecisti me (Psal. XXXVIII, 3). Pensavit enim conditionis suae ordinem, et justitiam percussionis invenit, quia qui benigne eum qui non erat condidit, eum profecto qui erat non nisi juste percussit. Sequitur:

Caput XIX

[Rec. XI].

VERS. 13, 14.---Adversus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi. Semel loquetur Deus, et secundo idipsum non repetet.

34. In Scriptura sacra quidquid scire nos decet, docet Deus.---Afflicti cordis est proprium ut in omne quod appetit, et tamen rerum ordinem contrarium sentit, si possit fieri, cur ita, vel non ita sit, divinis sibi responderi vocibus velit, ut Deum de cuncta rerum controversia consulat, et responsionis ejus cognita ratione conquiescat. Eliu autem praevidens quod scripturam sacram Dominus conderet, ut in ea vel publicis vel occultis cunctorum quaestionibus responderet, ait: Adversus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi. Semel loquetur Deus, et secundo idipsum non repetet. Ac si diceret: Deus singulorum cordibus privatis vocibus non respondet, sed tale eloquium construit, per quod cunctorum quaestionibus satisfaciat. [Vet. XIX.] In scripturae quippe ejus eloquio causas nostras singuli si requirimus, invenimus, nec opus est ut in eo quod specialiter quisque tolerat responderi sibi divina voce specialiter quaerat. Ibi enim nobis omnibus in eo quod specialiter patimur communiter respondetur, ibi vita praecedentium fit forma sequentium. Ut enim unum e pluribus proferamus, ecce dum passione aliqua vel molestia carnis afficimur, scire fortasse occultas causas passionis ejusdem vel molestiae optamus, quatenus in eo quod patimur ex ipsa rerum scientia consolemur. Sed quia de specialibus tentationibus nostris nequaquam nobis singulis specialiter respondetur, ad Scripturam sacram recurrimus. Ibi videlicet invenimus quod Paulus carnis infirmitate tentatus audivit: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur (II Cor. XII, 9).

Bien ergo (pues) se dice: Te responderé que mayor es Dios que el hombre, para que considerada la potencia del creador, deshierva (se calme) el tumor de la mente por la memoria de la condición. Por lo cual David profeta, cuando por el peso de la percusión al exceso de la voz prorrumpir fuera compelido, a la consideración de su condición recogiéndose, dice: Enmudecí, y no abrí mi boca, puesto que Tú me hiciste (Sal. 38, 3). Pensó ciertamente el orden de su condición, y la justicia de la percusión encontró, porque quien benignamente a él que no era lo condicionó (creó), a él proficuamente (ciertamente) que era no sino justamente percutió. Sigue:

Capítulo XIX

[Rec. XI].

VERS. 13, 14.---Contra él contiendes, porque no a todas las palabras te respondió. Una vez hablará Dios, y por segunda vez lo mismo no repetirá.

34. En la Sagrada Escritura cuanto nos conviene saber, lo enseña Dios.---Propio es del corazón afligido que en todo lo que apetece, y sin embargo siente que el orden de las cosas le es contrario, si pudiera hacerse, por voces divinas se le respondiera por qué así, o no así sea, para que a Dios sobre toda la controversia de las cosas consulte, y por la razón conocida de su respuesta descanse. Eliú por cierto previendo que el Señor la Sagrada Escritura fundaría, para que en ella o por públicas o por ocultas cuestiones de todos respondiera, dice: Contra él contiendes, porque no a todas las palabras te respondió. Una vez hablará Dios, y por segunda vez lo mismo no repetirá. Como si dijera: Dios a los corazones de cada uno con voces privadas no responde, sino tal elocuencia construye, por la cual a las cuestiones de todos satisfaga. [Vet. XIX.] En la elocuencia de su escritura por cierto las causas nuestras cada uno si buscamos, las hallamos, ni es necesario que en lo que especialmente cada uno tolera, que se le responda por voz divina especialmente busque. Allí pues a todos nosotros en lo que especialmente padecemos comúnmente se nos responde, allí la vida de los precedentes se hace forma de los subsiguientes. Para que pues una cosa de muchas presentemos, he aquí mientras por alguna pasión o molestia de la carne somos afligidos, saber por ventura las causas ocultas de la misma pasión o molestia deseamos, para que en lo que padecemos por la misma ciencia de las cosas nos consolemos. Pero porque de las tentaciones especiales nuestras de ninguna manera a cada uno de nosotros especialmente se nos responde, a la Sagrada Escritura recurrimos. Allí a saber hallamos lo que Pablo tentado por la enfermedad de la carne oyó: Te basta mi gracia, pues la virtud en la enfermedad se perfecciona (2 Cor. 12:9).

Quod idcirco illi in infirmitate propria dictum est, ne singillatim nobis omnibus diceretur. In Scriptura igitur sacra vocem Dei, afflicto Paulo, audivimus, ne cum fortasse affligimur, singuli audire eam privata consolatione quaereremus. Non ergo Dominus ad omnia verba nobis respondet, quia semel loquetur, et secundo idipsum non repetet; id est, in his quae per Scripturam sacram ad patres nostros protulit, nos erudire curavit. Dicant itaque sanctae Ecclesiae doctores, dicant etiam arrogantes, cum in ea laborare quosdam pusillanimitate conspiciunt, quia nobis Deus ad verba omnia non respondet, quia semel loquetur Deus, et idipsum secundo non repetet; id est, cogitationibus vel tentationibus singulorum non jam passim per prophetarum voces, non per angelica officia satisfacit, quia in Scriptura sacra quidquid potest singulis evenire comprehendit, atque in illa per exempla praecedentium etiam vitam sequentium informare curavit.

35. Loqui Dei est Verbum genuisse.---Quamvis quod ait: Semel loquetur Deus, et secundo idipsum non repetet, hoc intelligi subtilius potest, quod Pater unigenitum consubstantialem sibi Filium genuit. Loqui enim Dei est Verbum genuisse. Semel autem loqui Dei est Verbum aliud praeter unigenitum non habere. Unde et apte subditur: Et secundo idipsum non repetet, quia videlicet hoc ipsum Verbum, id est Filium, nonnisi unicum genuit. Quod autem non ait, Locutus est, sed loquetur, non videlicet tempus praeteritum, sed futurum ponens, liquet omnibus quia Deo nec praeteritum tempus congruit, nec futurum. Tanto ergo in eo quodlibet tempus ponitur libere, quanto nullum vere. Neque enim quodlibet libere dici poterat, si saltem unum proprie diceretur. Inde itaque dici in Deo tempus audacter quoslibet licet, unde in eo dici proprie nullum licet. Verbum namque Pater sine tempore genuit.

36. Hanc generationem mirari debemus, non scrutari.---Et quis digne fari queat illam ineffabilem nativitatem, quod de aeterno natus est coaeternus, quod existens ante saecula genuit aequalem, quod gignente natus posterior non est? Quae videlicet nos mirari possumus, sed intueri minime valemus. Illius autem nativitatis vim jam mirari posse, aliquatenus videre est. Sed quomodo videmus quod nequaquam comprehendimus? Est autem quod de usu carnis trahere ad sensum spiritus debemus.

Lo cual por eso a él en la enfermedad propia fue dicho, para que singularmente a todos nosotros no se dijera. En la Sagrada Escritura ergo (pues) la voz de Dios, afligido Pablo, oímos, para que cuando por ventura somos afligidos, cada uno oírla con privada consolación no buscáramos. No ergo (pues) el Señor a todas las palabras nos responde, porque una vez hablará, y por segunda vez lo mismo no repetirá; esto es, en aquellas cosas que por la Sagrada Escritura a nuestros padres profirió, a nosotros educarnos cuidó. Digan pues los doctores de la santa Iglesia, digan también los arrogantes, cuando en ella trabajar a algunos por pusilanimidad contemplan, porque a nosotros Dios a las palabras todas no responde, porque una vez hablará Dios, y lo mismo por segunda vez no repetirá; esto es, a los pensamientos o tentaciones de cada uno no ya indistintamente por las voces de los profetas, no por los oficios angélicos satisface, porque en la Sagrada Escritura cuanto puede a cada uno acontecer comprende, y en aquella por los ejemplos de los precedentes incluso la vida de los subsiguientes informar cuidó.

35. El hablar de Dios es haber engendrado al Verbo.---Aunque lo que dice: Una vez hablará Dios, y por segunda vez lo mismo no repetirá, esto entenderse más sutilmente puede, que el Padre al unigénito consustancial a sí Hijo engendró. Pues el hablar de Dios es haber engendrado al Verbo. Una vez ergo (pues) hablar de Dios es otro Verbo además del unigénito no tener. Por lo cual también aptamente se añade: Y por segunda vez lo mismo no repetirá, porque a saber a este mismo Verbo, esto es al Hijo, no sino único engendró. Que por cierto no dijo, Habló, sino hablará, no a saber el tiempo pretérito, sino el futuro poniendo, consta a todos porque a Dios ni el tiempo pretérito le conviene, ni el futuro. Tanto ergo (pues) en Él cualquier tiempo se pone libremente, cuanto ninguno verdaderamente. Pues ni cualquiera libremente decirse podía, si al menos uno propiamente se dijera. De allí pues decirse en Dios el tiempo audazmente a cualquiera es lícito, de donde en Él decirse propiamente ninguno es lícito. Pues al Verbo el Padre sin tiempo engendró.

36. Esta generación debemos admirarla, no escrutarla.---¿Y quién dignamente decir pueda aquella inefable natividad, que del eterno nació el coeterno, que existiendo antes de los siglos engendró al igual, que al que engendra el nacido posterior no es? Las cuales cosas a saber nosotros admirar podemos, pero intuir mínimamente valemos. Pero del poder ya admirar la fuerza de aquella natividad, en alguna manera es verla. ¿Pero cómo vemos lo que de ninguna manera comprendemos? Sin embargo es lo que del uso de la carne atraer al sentido del espíritu debemos.

Nam si quis in tenebris clausis oculis jaceat, atque ante eum subitum lucernae lumen erumpat, clausi ejus oculi ipso adventu luminis feriuntur, ut patescant. Cur ergo turbati sunt, si clausi nihil viderunt? Nec tamen aliquid perfectum fuit, quod videre clausi potuerunt. Nam si perfecte totum vidissent, cur aperti quaererent quod viderent? Sic itaque, sic sumus, cum de incomprehensibili nativitate intueri aliquid conamur. Eo ipso enim quo fulgoris admiratione percutitur animus, et quasi videt quod videri non valet, velut in tenebris positus, vim lucis oculis clausis videt. Quia vero haec divinae naturae secreta admiratio non facile occupatis per terrena desideria mentibus innotescit, apte Dei locutio qualiter ad nos fiat insinuat, dicens:

Caput XX

[Vet. XX, Rec. XII].

VERS. 15.---Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, et dormiunt in lectulo.

37. Vox Dei auditur quando tranquilla mente ab operibus saecularibus quiescitur.---Quid est quod per somnium nobis locutio divinitatis innotescit, nisi quod Dei secreta non cognoscimus, si in terrenis desideriis vigilemus? In somnio enim exteriores sensus dormiunt, et interiora cernuntur. Si ergo interna contemplari volumus, ab externa implicatione dormiamus. Vox videlicet Dei quasi per somnium auditur, quando tranquilla mente ab hujus saeculi actione quiescitur, et in ipso mentis silentio divina praecepta pensantur. Cum enim ab externis actionibus mens sopitur, tunc plenius mandatorum Dei pondus agnoscitur. Tunc verba Dei mens vivacius penetrat, cum ad se admittere curarum saecularium tumultus recusat. Male autem homo vigilat, quando eum saecularium negotiorum aestus insolenter inquietat. Aurem quippe cordis terrenarum cogitationum turba dum perstrepit claudit, atque in secretario mentis, quanto minus curarum tumultuantium sonus compescitur, tanto amplius vox praesidentis judicis non auditur. Neque enim perfecte homo sufficit ad utraque divisus, sed dum sic interius erudiri appetit, ut tamen exterius implicetur, unde exterius auditum aperit, inde interius obsurdescit. Moyses admistus Aegyptiis quasi vigilabat, et idcirco vocem Domini in Aegypto positus non audiebat (Exod. II, 11, 12, seq.).

Pues si alguno en las tinieblas con los ojos cerrados yaciera, y ante él una súbita luz de lámpara prorrumpiera, sus ojos cerrados por el mismo advenimiento de la luz son heridos, para que se abran. ¿Por qué ergo (pues) fueron turbados, si cerrados nada vieron? Ni sin embargo algo perfecto fue, lo que cerrados ver pudieron. Pues si perfectamente todo hubieran visto, ¿por qué abiertos buscarían lo que vieran? Así pues, así somos, cuando de la incomprensible natividad intuir algo intentamos. Por eso mismo pues por lo cual por la admiración del fulgor es herido el ánimo, y casi ve lo que verse no vale, como puesto en las tinieblas, la fuerza de la luz con los ojos cerrados ve. Pero porque esta secreta admiración de la divina naturaleza no fácilmente a las mentes ocupadas por los deseos terrenos se da a conocer, aptamente la locución de Dios de qué manera se haga a nosotros insinúa, diciendo:

Capítulo XX

[Vet. XX, Rec. XII].

VERS. 15.---Por el sueño en visión nocturna, cuando irrumpe el sopor sobre los hombres, y duermen en el lecho.

37. La voz de Dios se oye cuando con mente tranquila de las obras seculares se descansa.---¿Qué es lo que por el sueño a nosotros la locución de la divinidad se da a conocer, sino que de Dios los secretos no conocemos, si en los deseos terrenos vigilamos? En el sueño pues los sentidos exteriores duermen, y las cosas interiores se disciernen. Si ergo (pues) las cosas internas contemplar queremos, de la implicación externa durmamos. La voz a saber de Dios casi por el sueño se oye, cuando con mente tranquila de la acción de este siglo se descansa, e en el mismo silencio de la mente los divinos preceptos se ponderan. Pues cuando de las acciones externas la mente se adormece, entonces más plenamente el peso de los mandatos de Dios se reconoce. Entonces las palabras de Dios la mente más vivazmente penetra, cuando a sí admitir los tumultos de las preocupaciones seculares rehúsa. Mal pues el hombre vigila, cuando a él el calor de los negocios seculares insolentemente inquieta. El oído por cierto del corazón la turba de los pensamientos terrenos mientras estrepita cierra, y en el secretario de la mente, cuanto menos el sonido de las preocupaciones tumultuosas se reprime, tanto más la voz del juez que preside no se oye. Pues ni perfectamente el hombre basta dividido a ambas cosas, sino mientras así interiormente ser educado apetece, que sin embargo exteriormente se implique, de donde exteriormente el oído abre, de allí interiormente ensordece. Moisés mezclado con los egipcios casi vigilaba, y por eso en Egipto puesto la voz del Señor no oía (Éxod. 2:11, 12, sig.).

Sed exstincto Aegyptio, postquam in desertum fugit, illic dum quadraginta annis deguit, quasi ab inquietis terrenorum desideriorum tumultibus obdormivit; atque idcirco divinam vocem percipere meruit, quia per supernam gratiam quanto magis ab appetendis exterioribus torpuit, tanto verius ad cognoscenda interiora vigilavit. Rursus Israelitici populi turbis praelatus, ut legis praecepta percipiat, in montem ducitur, atque ut interna penetret, ab externis tumultibus occultatur (Exod. XIX, 3).

[Vet. XXI.] 38. Qui exterioribus ministeriis deserviunt, studiose ad cordis secreta refugiant.---Unde et sancti viri qui exterioribus ministeriis deservire officii necessitate coguntur, studiose semper ad cordis secreta refugiunt; ibique cogitationis intimae cacumen ascendunt, et legem quasi in montibus percipiunt, dum, postpositis tumultibus actionum temporalium, in contemplationis suae vertice supernae voluntatis sententiam perscrutantur. Hinc est quod idem Moyses crebro de rebus dubiis ad tabernaculum redit, ibique secreto Dominum consulit, et quid certi decernat agnoscit. Relictis quippe turbis ad tabernaculum redire, est, postpositis exteriorum tumultibus, secretum mentis intrare. Ibi enim Dominus consulitur, et quod foris agendum est publice, intus silenter auditur. Hoc quotidie boni rectores faciunt, cum se res dubias discernere non posse cognoscunt, ad secretum mentis, velut ad quoddam tabernaculum revertuntur; divina lege perspecta, quasi coram posita arca, Dominum consulunt, et quod prius intus tacentes audiunt, hoc foris postmodum agentes innotescunt. Ut enim exterioribus officiis inoffense deserviant, ad secreta cordis recurrere incessabiliter curant; et sic vocem Dei quasi per somnium audiunt, dum in meditatione mentis a carnalibus motibus abstrahuntur. Hinc est quod sponsa in Canticis canticorum sponsi vocem quasi per somnium audierat, quae dicebat: Ego dormio, et cor meum vigilat (Cant. V, 2). Ac si diceret: Dum exteriores sensus ab hujus vitae sollicitudinibus sopio, vacante mente vivacius interna cognosco. Foris dormio, sed intus cor vigilat, quia dum exteriora quasi non sentio, interiora solerter apprehendo.

39. Nonnisi obscure et quasi visione nocturna, divina et interna contemplamur.---Bene ergo Eliu ait quia per somnium loquitur Deus, atque apte subdidit, In visione nocturna. Nocturna enim visio apparere contemplatione mentis sub quibusdam imaginibus solet. In diurna autem luce certius cernimus, in nocturna vero visione cunctanter videmus.

Pero extinguido el egipcio, después que al desierto huyó, allí mientras cuarenta años vivió, casi de los inquietos tumultos de los deseos terrenos se durmió; y por eso la divina voz percibir mereció, porque por la suprema gracia cuanto más de los exteriores que han de apetecerse se entorpeció, tanto más verdaderamente para conocer los interiores vigiló. De nuevo a las turbas del pueblo israelítico antepuesto, para que los preceptos de la ley perciba, al monte es llevado, y para que lo interno penetre, de los tumultos externos es ocultado (Éxod. 19:3).

[Vet. XXI.] 38. Quienes en los ministerios exteriores sirven, estudiosamente a los secretos del corazón refugien.---Por lo cual también los varones santos que por la necesidad del oficio a servir en los ministerios exteriores son compelidos, estudiosamente siempre a los secretos del corazón refugian; y allí la cumbre del pensamiento íntimo ascienden, y la ley casi en los montes perciben, mientras, pospuestos los tumultos de las acciones temporales, en el vértice de su contemplación la sentencia de la suprema voluntad escrutan. De aquí es que el mismo Moisés frecuentemente de las cosas dudosas al tabernáculo vuelve, y allí secretamente al Señor consulta, y qué de cierto decrete reconoce. Dejadas pues las turbas volver al tabernáculo es, pospuestos los tumultos de los exteriores, el secreto de la mente entrar. Allí pues el Señor es consultado, y lo que fuera ha de hacerse públicamente, dentro silenciosamente se oye. Esto diariamente los buenos rectores hacen, cuando se reconocen no poder las cosas dudosas discernir, al secreto de la mente, como a un cierto tabernáculo vuelven; la ley divina vista, casi ante el arca puesta, al Señor consultan, y lo que primero dentro callando oyen, esto fuera después actuando dan a conocer. Para que pues a los oficios exteriores sin ofensa sirvan, a los secretos del corazón recurrir incesantemente cuidan; y así la voz de Dios casi por el sueño oyen, mientras en la meditación de la mente de los movimientos carnales se abstraen. De aquí es que la esposa en el Cantar de los cantares la voz del esposo casi por el sueño había oído, la cual decía: Yo duermo, y mi corazón vigila (Cant. 5, 2). Como si dijera: Mientras los sentidos exteriores de las solicitudes de esta vida adormezco, vacante la mente más vivazmente lo interno conozco. Fuera duermo, pero dentro el corazón vigila, porque mientras lo exterior casi no siento, lo interior solícitamente aprehendo.

39. No sino oscuramente y casi por visión nocturna, contemplamos lo divino e interno.---Bien ergo (pues) Eliú dice que por el sueño habla Dios, y aptamente añadió, En visión nocturna. Pues la visión nocturna aparecer en la contemplación de la mente bajo ciertas imágenes suele. En la luz diurna por cierto más ciertamente discernimos, en la visión nocturna en verdad con vacilación vemos.

Et quia sancti omnes quandiu in hac vita sunt divinae naturae secreta quasi sub quadam imaginatione conspiciunt, quia videlicet necdum sicut sunt ea manifestius contemplantur, bene Eliu, postquam dixit Deum nobis per somnium loqui, subdit: In visione nocturna. Nox quippe est vita praesens, in qua quandiu sumus, per hoc quod interna conspicimus, sub incerta imaginatione caligamus. Propheta namque ad videndum Dominum quadam se premi caligine sentiebat, dicens: Anima mea desideravit te in nocte (Isai. XXVI, 9). Ac si diceret: In hac obscuritate vitae praesentis videre te appeto, sed adhuc infirmitatis nubilo circumscribor. David quoque hujus noctis caliginem vitans, claritatem veri luminis praestolatus ait: Mane astabo tibi, et videbo (Psal. V, 5). Adhuc ergo in nocte minus se videre conspicit, qui ad videndum Deum futurum mane concupiscit. Quia vero, ut diximus, ab exteriori actione cessare dormire est, bene Eliu subdit: Quando irruit sopor super homines. Quia autem sancti viri cum exteriori actioni non deserviunt, intra mentis cubilia conquiescunt, apte subjungit: Et dormiunt in lectulo. Sanctis enim viris dormire in lectulo est intra mentis suae cubile quiescere. Unde scriptum est: Exsultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis (Psal. CXLIX, 5). Dicatur ergo, quod semel nobis loquitur Deus per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, et dormiunt in lectulo, quia nimirum tunc secreta divinitatis agnoscimus, cum ab hujus mundi tumultuosa concupiscentia intra mentis nostrae cubilia segregamur. Quia vero, ut saepe jam diximus, aurem cordis tumultus saecularium negotiorum claudit, et quies secretae considerationis aperit, apte subjungit:

VERS. 16.---Tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina.

40. Qui ab exterioribus operibus cessant, ad compunctionem erudiuntur.--- Cum enim ab exterioribus actionibus sopiuntur, aperta aure interni examinis causas audiunt. Qui dum subtiliter vel flagella publica, vel judicia occulta considerant, semetipsos afficere flendo non cessant. [Rec. XIII.] Unde bene dictum est. Et erudiens eos instruit disciplina, quia consideranti menti, et sese per poenitentiam laceranti, quasi quaedam plagae percussionis sunt lamenta compunctionis. Unde etiam Salomon recte vim percussionis utriusque conjungens ait: Livor vulneris abstergit mala, et plagae in secretioribus ventris (Prov. XX, 30). Per livorem quippe vulneris, disciplinam insinuat corporeae percussionis. Plagae vero in secretioribus ventris sunt interna mentis vulnera, quae per compunctionem fiunt. Sicut enim venter cibis repletus extenditur, ita mens pravis cogitationibus dilatata sublevatur.

Y porque todos los santos cuanto tiempo en esta vida están, los secretos de la divina naturaleza casi bajo una cierta imaginación contemplan, porque a saber todavía no como son los contemplan más manifiestamente, bien Eliú, después que dijo que Dios a nosotros por el sueño habla, añade: En visión nocturna. La noche por cierto es la vida presente, en la cual cuanto tiempo estamos, por esto que contemplamos lo interno, bajo una incierta imaginación nos oscurecemos. Pues el profeta para ver al Señor por una cierta calígine sentirse oprimido sentía, diciendo: Mi alma te deseó en la noche (Isa. 26, 9). Como si dijera: En esta oscuridad de la vida presente verte apetezco, pero todavía por la nube de la enfermedad soy circunscrito. David también de esta noche la calígine evitando, la claridad de la verdadera luz habiendo esperado dice: Por la mañana estaré ante ti, y veré (Sal. 5, 5). Todavía ergo (pues) en la noche menos se ve percibe, quien para ver a Dios la futura mañana desea. Pero porque, como dijimos, de la acción exterior cesar es dormir, bien Eliú añade: Cuando irrumpe el sopor sobre los hombres. Porque pues los varones santos cuando a la acción exterior no sirven, dentro de los cubículos de la mente descansan, aptamente añade: Y duermen en el lecho. Pues para los varones santos dormir en el lecho es dentro del cubículo de su mente descansar. Por lo cual está escrito: Exultarán los santos en la gloria, se alegrarán en sus cubículos (Sal. 149, 5). Dígase ergo (pues), que una vez a nosotros nos habla Dios por el sueño en visión nocturna, cuando irrumpe el sopor sobre los hombres, y duermen en el lecho, porque ciertamente entonces los secretos de la divinidad reconocemos, cuando de la tumultuosa concupiscencia de este mundo dentro de los cubículos de nuestra mente nos segregamos. Porque pues, como a menudo ya dijimos, el oído del corazón el tumulto de los negocios seculares cierra, y el descanso de la secreta consideración abre, aptamente añade:

VERS. 16.---Entonces abre los oídos de los varones, e instruyéndolos enseña la disciplina.

40. Quienes de las obras exteriores cesan, a la compunción son educados.---Pues cuando de las acciones exteriores se adormecen, abierta el oído del examen interno las causas oyen. Quienes mientras sutilmente o los azotes públicos, o los juicios ocultos consideran, a sí mismos afligirse llorando no cesan. [Rec. XIII.] Por lo cual bien fue dicho. E instruyéndolos enseña la disciplina, porque para la mente que considera, y a sí misma por la penitencia lacera, casi como ciertas plagas de percusión son los lamentos de la compunción. Por lo cual también Salomón rectamente la fuerza de la percusión de una y otra cosa uniendo dice: La lividez de la herida limpia los males, y las plagas en lo más secreto del vientre (Prov. 20, 30). Por la lividez de la herida por cierto, la disciplina insinúa de la corpórea percusión. Las plagas en verdad en lo más secreto del vientre son las internas heridas de la mente, que por la compunción se hacen. Como pues el vientre lleno de alimentos se extiende, así la mente por los pensamientos depravados dilatada se eleva.

Abstergunt igitur mala, et livor vulneris, et plagae in secretioribus ventris, quia et disciplina exterior culpas diluit, et extensam mentem compunctio poenitentiae ultione transfigit. Sed hoc inter se utraque haec differunt, quod plagae percussionum dolent, lamenta compunctionum sapiunt. Illae affligentes cruciant, ista reficiunt, dum affligunt. Per illas in afflictione moeror est, per haec in moerore laetitia. Quia tamen ipsa compunctio mentem lacerat, eamdem compunctionem non incongrue disciplinam vocat.

41. Quatuor modis justi in compunctione afficiuntur; quod exemplo Pauli ostenditur et Davidis.---Quatuor quippe sunt qualitates quibus justi viri anima in compunctione vehementer afficitur, cum aut malorum suorum reminiscitur, considerans ubi fuit; aut judiciorum Dei sententiam metuens, et secum quaerens, cogitat ubi erit; aut cum mala vitae praesentis solerter attendens, moerens considerat ubi est, aut cum bona supernae patriae contemplatur, quae quia necdum adipiscitur, lugens conspicit ubi non est. Malorum suorum Paulus meminerat, et ex eis se in quibus fuerat affligebat, cum diceret: Non sum dignus vocari apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei (I Cor. XV, 9). Rursum divinum judicium subtiliter pensans, in futuro male esse metuebat, dicens: Castigo corpus meum, et servituti subjicio, ne forte aliis praedicans, ipse reprobus efficiar (I Cor. IX, 27). Rursum mala praesentis vitae pensabat, cum diceret: Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino (II Cor. V, 6). Et: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus (Rom. VII, 23). Et rursum bona aeternae patriae considerabat, dicens: Videmus nunc per speculum in aenigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum (I Cor. XIII, 12). Atque iterum: Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus, domum manufactam, aeternam in coelis (II Cor. V, 1). Cujus domus bona intuens, Ephesiis dicit: Ut sciatis quae sit spes vocationis ejus, et quae divitiae gloriae haereditatis ejus in sanctis, et quae sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credidimus (Ephes. II, 18). Mala vitae praesentis beatus Job considerans, ait: Tentatio est vita humana super terram (Job. VI, 1). Unde David quoque, ait: Universa vanitas omnis homo vivens (Psal. XXXVIII, 6). Et quanquam in imagine Dei ambulet homo, tamen vane conturbabitur.

Limpian ergo (pues) los males, y la lividez de la herida, y las plagas en lo más secreto del vientre, porque tanto la disciplina exterior las culpas diluye, como a la mente extendida la compunción de la penitencia con la venganza traspasa. Pero en esto entre sí una y otra de estas difieren, que las plagas de las percusiones duelen, los lamentos de las compunciones tienen sabor. Aquellas afligiendo crucifican, estos rehacen mientras afligen. Por aquellas en la aflicción el dolor está, por estos en el dolor la alegría. Porque sin embargo la misma compunción la mente lacera, a la misma compunción no incongruentemente disciplina llama.

41. De cuatro modos los justos en la compunción son afectados; lo cual con el ejemplo de Pablo se muestra y de David.---Cuatro por cierto son las cualidades por las cuales el alma del varón justo en la compunción vehementemente es afectada, cuando o de sus males se acuerda, considerando dónde estuvo; o la sentencia de los juicios de Dios temiendo, y consigo buscando, piensa dónde estará; o cuando los males de la vida presente solícitamente atendiendo, gimiendo considera dónde está, o cuando los bienes de la suprema patria contempla, los cuales porque todavía no alcanza, llorando contempla dónde no está. De sus males Pablo se acordaba, y de ellos a sí mismo en los que había estado afligía, cuando decía: No soy digno de ser llamado apóstol, porque perseguí a la Iglesia de Dios (1 Cor. 15, 9). De nuevo el divino juicio sutilmente ponderando, en el futuro mal estar temía, diciendo: Castigo mi cuerpo, y a la servidumbre lo someto, no sea que por ventura a otros predicando, yo mismo réprobo sea hecho (1 Cor. 9, 27). De nuevo los males de la presente vida ponderaba, cuando decía: Mientras estamos en este cuerpo, peregrinamos fuera del Señor (2 Cor. 5, 6). Y: Veo otra ley en mis miembros repugnando a la ley de mi mente, y cautivo llevándome en la ley del pecado, que está en mis miembros. Infeliz de mí hombre, quién me librará del cuerpo de esta muerte (Rom. 7, 23). Y de nuevo los bienes de la eterna patria consideraba, diciendo: Vemos ahora por un espejo en enigma; entonces pues cara a cara. Ahora conozco en parte, entonces pues conoceré, así como también soy conocido (1 Cor. 13, 12). Y de nuevo: Sabemos que si la casa terrena nuestra de esta habitación se disuelve, que una edificación de Dios tenemos, casa no hecha por mano, eterna en los cielos (2 Cor. 5, 1). De cuya casa los bienes intuyendo, a los efesios dice: Para que sepáis cuál es la esperanza de su vocación, y cuáles las riquezas de la gloria de su herencia en los santos, y cuál sea la supereminente magnitud de su virtud en nosotros, que creímos (Efes. 1, 18). Los males de la vida presente el bienaventurado Job considerando, dice: Tentación es la vida humana sobre la tierra (Job 7, 1). Por lo cual David también, dice: Universal vanidad todo hombre viviente (Sal. 38, 6). Y aunque en la imagen de Dios camine el hombre, sin embargo vanamente será conturbado.

Qui rursum aeternam patriam contemplatus, et haec mala pensans in quibus erat, atque illa bona considerans in quibus adhuc non erat, ait: Heu me! quia incolatus meus prolongatus est (Psal. CXIX 5). Et, Ego dixi in pavore meo: projectus sum a vultu oculorum tuorum (Psal. XXX, 23). Sublevatus in exstasi, quod nostri interpretes pavorem proprie vocaverunt, a vultu oculorum Dei vidit se esse projectum. Post interni quippe luminis visionem, quae in ejus anima per contemplationis gratiam radio claritatis emicuit, ad semetipsum rediit; et cognitione percepta, vel quibus illic bonis deesset, vel quibus malis hic adesset, invenit. Neque enim quis praesentis vitae mala sicut sunt conspicere praevalet, si bona aeternae patriae per contemplationis gustum contingere necdum valet. Unde et a vultu oculorum Dei projectum se esse cognovit. Sublevatus quippe vidit quod de se hic videre non posse ad se relapsus ingemuit.

42. Compunctionis effectus in perfectis.---Perfectam scilicet animam ista compunctio afficere familiarius solet, qua omnes imaginationes corporeas insolenter sibi obviantes discutit, et cordis oculum figere in ipso radio incircumscriptae lucis intendit. Has quippe figurarum corporalium species ad se intus ex infirmitate corporis traxit. Sed perfecte compuncta hic summopere invigilat, ne cum veritatem quaerit, eam imaginatio circumscriptae visionis illudat, cunctasque sibi obviantes imagines respuit. Quia enim per illas infra se lapsa est, sine illis super se ire conatur; et postquam per multa indecenter sparsa est, in unum se colligere nititur, ut si magna vi amoris praevalet, esse unum atque incorporeum contempletur.

43. Contemplationis sapor non nisi raptim mentem afficit. Hinc pii gemitus, delectationis tamen expertes.---Unde aliquando ad quamdam inusitatam dulcedinem interni saporis admittitur, ac raptim aliquo modo ardenti spiritu afflata renovatur; tantoque magis inhiat, quanto magis quod amet degustat. Atque hoc intra se appetit quod sibi dulce sapere intrinsecus sentit, quia videlicet ejus amore dulcedinis sibi coram se viluit; et postquam hanc, utcumque percipere potuit, quid sine illa dudum fuisset invenit. Cui inhaerere conatur, sed ab ejus fortitudine sua adhuc infirmitate repellitur; et quia ejus munditiam contemplare non valet, flere dulce habet, sibique ad se cadenti infirmitatis suae lacrymas sternere. Neque enim mentis oculum potest in id quod intra se raptim conspexerit figere, quia ipso vetustatis suae usu deorsum ire compellitur. Inter haec anhelat, aestuat, super se ire conatur, sed ad familiares tenebras suas victa fatigatione relabitur.

Quien de nuevo la eterna patria contemplando, y estos males ponderando en los que estaba, y aquellos bienes considerando en los que todavía no estaba, dice: ¡Ay de mí! porque mi peregrinación se ha prolongado (Sal. 119, 5). Y, Yo dije en mi pavor (éxtasis): proyectado soy de la faz de tus ojos (Sal. 30, 23). Elevado en éxtasis, que nuestros intérpretes pavor propiamente llamaron, de la faz de los ojos de Dios vio que estaba proyectado. Después de la visión por cierto de la luz interna, la cual en su alma por la gracia de la contemplación con un rayo de claridad brilló, a sí mismo volvió; y la cognición percibida, o de qué bienes allí carecía, o a qué males aquí asistía, encontró. Pues ni cualquiera los males de la vida presente como son contemplar prevalece, si los bienes de la eterna patria por el gusto de la contemplación tocar todavía no vale. Por lo cual también de la faz de los ojos de Dios proyectado que estaba conoció. Elevado por cierto vio lo que de sí aquí ver no pudiendo al recaer en sí gimió.

42. El efecto de la compunción en los perfectos.---A la alma perfecta a saber esta compunción afectar más familiarmente suele, por la cual todas las imaginaciones corpóreas insolentemente saliéndole al paso discute (desecha), e intenta fijar el ojo del corazón en el mismo rayo de la luz incircunscrita. Pues estas especies de figuras corporales a sí dentro de la enfermedad del cuerpo atrajo. Pero perfectamente compungida aquí sumamente vigila, no sea que cuando la verdad busca, a ella la imaginación de la visión circunscrita la iluda, y todas las imágenes que le salen al paso rechaza. Porque pues por ellas debajo de sí cayó, sin ellas sobre sí ir intenta; y después que por muchas cosas indecentemente se esparció, en uno a sí recogerse se esfuerza, para que si por la gran fuerza del amor prevalece, aquello que es uno e incorpóreo contemple.

43. El sabor de la contemplación no sino de manera arrebatada (raptim) afecta a la mente. De aquí piadosos gemidos, sin embargo no exentos de deleite.---Por lo cual alguna vez a una cierta inusitada dulzura de sabor interno es admitida, y de manera arrebatada en alguna manera soplada por un espíritu ardiente es renovada; y tanto más anhela, cuanto más lo que ama degusta. Y esto dentro de sí apetece lo que siente que le sabe dulce intrínsecamente, porque a saber por el amor de aquella dulzura se envileció a sí misma ante sí; y después que a esta, como quiera que pudo percibirla, qué sin ella desde hace tiempo habría sido encontró. A la cual intenta adherirse, pero de su fortaleza por su propia enfermedad todavía es repelida; y porque de ella la limpieza contemplar no vale, tiene por dulce llorar, y a sí misma al recaer en sí las lágrimas de su enfermedad derramar. Pues ni puede fijar el ojo de la mente en aquello que dentro de sí de manera arrebatada vio, porque por el mismo uso de su vetustez hacia abajo ir es compelida. Entre estas cosas anhela, arde, sobre sí ir intenta, pero a sus familiares tinieblas vencida por la fatiga recae.

Quia ergo sic affecta anima contra semetipsam grave certamen tolerat semetipsam, et quia omnis haec de nobis controversia, cum nos afficit, quamvis delectatione permista, non modicum dolorem parit, Eliu, postquam dixit Deum nobis per somnium loqui, et locutione ejus nostras aures aperiri, non immerito eamdem apertionem aurium disciplinam vocat, quia eo magis nos afficiendo conterit, quo magis ad nos per occultam ejus inspirationis gratiam internae intelligentiae sonus erumpit. Neque enim fleret extrinsecus quisque quod est, si non intrinsecus potuisset sentire quod nondum est. Namque cum nosmetipsos inspicimus bene conditos, sed ad persuasionem diabolicam pestifera consensione deceptos, in nobismetipsis attendimus aliud esse quod fecimus, aliud quod facti sumus; conditione nos integros, sed culpa vitiatos. Proinde compuncti appetimus vitare quod fecimus, ut ad id quod facti fuimus reformemur. Unde et apte sequitur:

Caput XXII

[Al. XXII].

VERS. 17.---Ut avertat hominem ab his quae fecit, et liberet eum de superbia.

44. Compunctione avertimur a peccatis prius perpetratis, et a superbia liberamur.---Quid enim homo de seipso nisi peccatum fecit? Et scriptum est: Initium omnis peccati superbia (Eccl. X, 15). Bene ergo dicitur quia homo cum ab his quae fecit avertitur de superbia liberatur. Contra conditorem quippe superbire est praecepta ejus peccando transcendere, quia quasi a se jugum dominationis ejus excutit, cui per obedientiam subesse contemnit. At contra qui id quod fecit vitare appetit, id quod a Deo factus est recognoscit, et ad conditionis suae ordinem humiliter redit, dum sua opera fugiens, talem se qualis a Deo factus est diligit. Quia vero per hanc intelligentiam gloria sempiterna recipitur, supplicia aeterna vitantur, apte subjungitur:

Caput XXIII

[Rec. XIV].

VERS. 18.---Eruens animam ejus de corruptione, et vitam illius, ut non transeat in gladium.

Porque pues así afectada la alma contra sí misma un grave certamen tolera, y porque toda esta controversia sobre nosotros, cuando nos afecta, aunque mezclada con el deleite, no poco dolor pare, Eliú, después que dijo que Dios a nosotros por el sueño habla, y que por su locución nuestros oídos se abren, no sin mérito a la misma apertura de los oídos disciplina llama, porque tanto más afectándonos nos quebranta, cuanto más a nosotros por la oculta gracia de su inspiración el sonido de la interna inteligencia prorrumpe. Pues ni lloraría fuera cualquiera lo que es, si no dentro hubiera podido sentir lo que todavía no es. Pues cuando a nosotros mismos nos miramos bien condicionados (creados), pero por la persuasión diabólica por un pestífero consenso engañados, en nosotros mismos atendemos que uno es lo que hicimos, otro lo que fuimos hechos; por condición nosotros íntegros, pero por la culpa viciados. Por tanto compungidos apetecemos evitar lo que hicimos, para que a aquello que fuimos hechos seamos reformados. Por lo cual también aptamente sigue:

Capítulo XXII

[Al. XXII].

VERS. 17.---Para que aparte al hombre de las cosas que hizo, y lo libre de la soberbia.

44. Por la compunción somos apartados de los pecados antes perpetrados, y de la soberbia somos librados.---¿Qué pues el hombre de sí mismo sino el pecado hizo? Y está escrito: El inicio de todo pecado es la soberbia (Ecli. 10, 15). Bien ergo (pues) se dice que el hombre cuando de estas cosas que hizo se aparta, de la soberbia es librado. Contra el Creador por cierto soberbecer es sus preceptos pecando trascender, porque casi de sí el yugo de su dominación sacude, al cual por la obediencia estar sometido desprecia. Pero al contrario quien aquello que hizo evitar apetece, aquello que por Dios fue hecho reconoce, y al orden de su condición humildemente vuelve, mientras sus obras huyendo, tal cual por Dios fue hecho se ama. Porque pues por esta inteligencia la gloria sempiterna se recibe, los suplicios eternos se evitan, aptamente se añade:

Capítulo XXIII

[Rec. XIV].

VERS. 18.---Librando su alma de la corrupción, y su vida, para que no pase a la espada.

45. Sic eruitur anima a corruptione et a divini judicii gladio.---Omnis quippe peccator ab hac corruptione vitiorum illuc ad gladium compellitur transire poenarum, ut unde hic inique delectatus est, inde illic juste crucietur. Notandum est ergo quod Deus nobis per somnium loquens, prius nos a corruptione, et postmodum a gladio liberat, quia nimirum illius vitam illic eripit ab ultione supplicii, cujus hic mentem subrahit a delectatione peccati. Neque enim illic habet quod formidare debeat de gladio sententiae, quem hic post emendationem suam pollutio non corruperit culpae. Bene ergo dicitur: Eruens animam ejus de corruptione, et vitam illius, ut non transeat in gladium. De corruptione namque ad gladium transire est post peracta vitia ad toleranda supplicia pervenire. Sequitur:

Caput XXIV

[Vet. XXIII, Rec. XV].

VERS. 19.---Increpat quoque per dolorem in lectulo, et omnia ossa ejus marcescere facit.

46. In praesenti vita, omnis quam nobis paramus requies tentationibus turbatur. In quolibet secessu vivere sine tentationibus non possumus.---In Scriptura sacra lectus, sive grabatus, seu stratum, aliquando voluptas carnis, aliquando repausatio in bonis operibus, aliquando requies temporalis accipitur. Quid est enim quod in Evangelio sanato cuidam Dominus dicit: Surge, tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam (Joan. V, 8), nisi quod per grabatum voluptas corporis designatur? Et jubetur utique ut hoc sanus portet, ubi infirmus jacuerat, quia nimirum omnis qui adhuc vitiis delectatur, infirmus jacet in voluptatibus carnis. Sed sanatus hoc portat ubi infirmus jacuerat, quia divino adjutorio ereptus a vitiis, ejusdem carnis contumelias postmodum tolerat, in cujus prius desideriis requiescebat. Rursum per lectum vel stratum repausatio in bonis operibus designatur. Unde in apostolorum Actibus Petrus apostolus dicit: Aenea, sanet te Dominus Jesus Christus; surge, et sterne tibi (Act, IX, 34). Quid est dicere, Surge, nisi, mala quae perpetrasti, derelinque? Et quid est dicere, Sterne tibi, nisi, mercedis causas in quibus requiescere debeas operare? ut et deserat surgendo quae fecit, et inveniat sternendo quod fecerit. Quod utrumque Propheta breviter comprehendit, dicens: Declina a malo, et fac bonum (Psal. XXXVI, 27). Declinare quippe a malo est ab eo quo jacuit surgere; bonum vero facere, est mercedis opera, in quibus requiescere debeat, praeparare. Qui enim declinat a malo, sed bona adhuc non facit, surrexit quidem ab eo quo jacuit, sed ubi requiescere debeat, nondum stravit.

45. Así es librada la alma de la corrupción y de la espada del divino juicio.---Todo pecador por cierto de esta corrupción de los vicios allá a la espada de las penas es compelido a pasar, para que de donde aquí inicua fue deleitado, de allí allá sea justamente atormentado. Ha de notarse ergo (pues) que Dios a nosotros por el sueño hablándonos, primero de la corrupción, y después de la espada nos libra, porque ciertamente de aquel la vida allá arrebata (libra) de la venganza del suplicio, de quien aquí la mente sustrae del deleite del pecado. Pues ni allá tiene lo que deba temer de la espada de la sentencia, a quien aquí después de su enmienda la polución no corrompiere de la culpa. Bien ergo (pues) se dice: Librando su alma de la corrupción, y su vida, para que no pase a la espada. De la corrupción pues a la espada pasar es después de perpetrados los vicios llegar a tolerar los suplicios. Sigue:

Capítulo XXIV

[Vet. XXIII, Rec. XV].

VERS. 19.---Increpa también por el dolor en el lecho, y todos sus huesos hace marchitar.

46. En la presente vida, todo el descanso que para nosotros preparamos por las tentaciones es turbado. En cualquier retiro vivir sin tentaciones no podemos.---En la Sagrada Escritura el lecho, o el camastro, o el estrado, alguna vez la voluntad (placer) de la carne, alguna vez el reposo en las buenas obras, alguna vez el descanso temporal se toma. ¿Qué es pues lo que en el Evangelio al sanado el Señor dice: Levántate, toma tu camastro, y vete a tu casa (Juan 5, 8), sino que por el camastro el placer del cuerpo se designa? Y se manda ciertamente que este sano lo lleve, donde enfermo había yacido, porque ciertamente todo el que todavía en los vicios se deleita, enfermo yace en los placeres de la carne. Pero sanado este lo lleva donde enfermo había yacido, porque por el divino auxilio arrebatado de los vicios, las contumelias de la misma carne después tolera, en cuyos deseos antes descansaba. De nuevo por el lecho o estrado el reposo en las buenas obras se designa. Por lo cual en los Hechos de los apóstoles Pedro apóstol dice: Eneas, te sane el Señor Jesucristo; levántate, y hazte el lecho (Hech. 9, 34). ¿Qué es decir, Levántate, sino, los males que perpetraste, deja? ¿Qué es decir, Hazte el lecho (sterte tibi), sino, las causas de la merced en las que debas descansar opera? para que y deje levantándose lo que hizo, y encuentre haciendo el lecho lo que hiciere. Lo cual uno y otro el Profeta brevemente comprende, diciendo: Declina del mal, y haz el bien (Sal. 36, 27). Declinar por cierto del mal es de aquello en que yacía levantarse; el bien en verdad hacer, es las obras de la merced, en las que deba descansar, preparar. Quien pues declina del mal, pero los bienes todavía no hace, se levantó por cierto de aquello en que yacía, pero donde deba descansar, todavía no tendió (el lecho).

Et rursum lectus vel stratum requies temporalis accipitur, sicut scriptum est: Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus (Ps. XL, 4). Cum enim quisque curis saecularibus fatigatus deserere per divinam gratiam hujus mundi itinera laboriosa compungitur, cogitare solet quomodo praesentis vitae desideria fugiat, et ab ejus laboribus requiescat, sibique mox desideratae quietis ordinem quaerit, et velut quoddam stratum, sic a cunctis laboribus cessationis locum invenire concupiscit. Sed quia in hac vita adhuc homo positus, in cujuslibet ordinis loco, in cujuslibet secreti secessu vivere sine tentationibus nullatenus potest, plerumque in id quod ad requiem construitur, major dolor tentationis invenitur. Unde recte per Prophetam dicitur: Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Ac si diceret: Omne quod hic sibi paravit ad requiem, hoc ei mutasti occulto judicio ad perturbationem. Quod pio quidem Dei consilio agitur, ut hujus peregrinationis tempore electorum vita turbetur.

[Vet. XXIV.] 47. Hic optimo Dei consilio affligimur, ne viam pro patria diligamus.---Via quippe est vita praesens, qua ad patriam tendimus; et idcirco hic occulto judicio frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus. Solent etenim nonnulli viatores, cum amoena fortasse in itinere prata conspiciunt, pergendi moras innectere, et a coepti itineris rectitudine declinare, eorumque gressus tardat pulchritudo itineris, dum delectat. Electis ergo suis ad se pergentibus Dominus hujus mundi iter asperum facit, ne dum quisque vitae praesentis requie, quasi amoenitate viae pascitur, magis eum diu pergere, quam citius pervenire delectet; ne, dum oblectatur in via, obliviscatur quod desiderabat in patria. Quia ergo in hac vita omnis nostra, quam fortasse paravimus, requies turbatur, recte dicitur: Increpat quoque per dolorem in lectulo, id est, in praesentis vitae requie vel tentationis nos stimulis vel flagelli afflictione conturbat. Nam saepe humanus animus quamlibet brevi tempore sine tentatione in bonis studiis fuerit, mox de eisdem studiis in quibus quiescendo se exerit, de ipsis virtutibus quibus multiplicari nititur, dum proficere se sentit, elevatur. Unde pio rectoris nostri moderamine, impulsu tentationis afficitur, ut in eo ipsa profectus sui elatio comprimatur. Quapropter postquam dixit: Increpat quoque per dolorem in lectulo, apte subjunxit [Rec. XVI]: Et omnia ossa ejus marcescere facit.

Y de nuevo el lecho o estrado el descanso temporal se toma, así como está escrito: Todo su estrado (lecho) versaste en su enfermedad (Sal. 40, 4). Pues cuando cualquiera por las preocupaciones seculares fatigado dejar por la divina gracia los caminos laboriosos de este mundo es compungido, suele pensar de qué manera los deseos de la vida presente huya, y de sus trabajos descanse, y para sí pronto el orden de la deseada quietud busca, y como un cierto estrado, así de todos los trabajos el lugar del cese encontrar codicia. Pero porque en esta vida todavía el hombre puesto, en el lugar de cualquier orden, en el retiro de cualquier secreto vivir sin tentaciones de ninguna manera puede, muchísimas veces en aquello que para el descanso se construye, mayor dolor de la tentación se encuentra. Por lo cual rectamente por el Profeta se dice: Todo su estrado versaste en su enfermedad. Como si dijera: Todo lo que aquí para sí preparó para el descanso, esto a él cambiaste por oculto juicio para la perturbación. Lo cual por piadoso por cierto consejo de Dios se hace, para que en el tiempo de esta peregrinación la vida de los electos sea turbada.

[Vet. XXIV.] 47. Aquí por el óptimo consejo de Dios somos afligidos, para que no amemos el camino en vez de la patria.---El camino por cierto es la vida presente, por la cual a la patria tendemos; y por eso aquí por oculto juicio por frecuente perturbación somos quebrantados, para que no amemos el camino en vez de la patria. Suelen por cierto no algunos viajeros, cuando amenos por ventura en el camino prados contemplan, de proseguir demoras tejer, y de la rectitud del camino comenzado declinar, y el paso de ellos retarda la hermosura del camino, mientras deleita. A sus electos ergo (pues) a sí tendiendo el Señor el camino de este mundo áspero hace, no sea que mientras cada uno con el descanso de la vida presente, como por la amenidad del camino se nutre, más a él por mucho tiempo caminar, que más pronto llegar deleite; no sea que, mientras se deleita en el camino, se olvide de lo que deseaba en la patria. Porque ergo (pues) en esta vida todo nuestro descanso, que por ventura preparamos, se turba, rectamente se dice: Increpa también por el dolor en el lecho, esto es, en el descanso de la presente vida o con los estímulos de la tentación o con la aflicción del azote nos conturba. Pues a menudo el ánimo humano por muy breve tiempo que sin tentación en los buenos estudios estuviere, pronto de los mismos estudios en los que descansando se ejercita, de las mismas virtudes por las cuales multiplicarse se esfuerza, mientras se siente aprovechar, se eleva. Por lo cual por el piadoso moderamen de nuestro rector, por el impulso de la tentación es afectado, para que en él aquella misma elación de su provecho sea comprimida. Por lo cual después que dijo: Increpa también por el dolor en el lecho, aptamente añadió [Rec. XVI]: Y todos sus huesos hace marchitar.

48. Per tentationem cognoscimus, quid ex viribus propriis, quid divino ex munere possimus.---Ossa in Scriptura sacra virtutes accipimus, sicut scriptum est. Dominus custodit omnia ossa eorum, unum ex eis non conteretur (Psal. XXXIII, 21). Quod utique non de ossibus corporis, sed de viribus dicitur mentis. Nam certe novimus quod et multorum martyrum corporaliter ossa confracta sunt, et persecutores Domini, latronis illius, cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso (Luc. XXIII, 43), sicut latronis alterius in cruce crura fregerunt. Cum ergo increpat per dolorem in lectulo, omnia ossa facit marcescere, quia cum in ea requie quam nobis ab hoc saeculo praeparamus flagello tentationis afficur, qui fortasse de virtutibus nostris inflari potuimus, cognitae infirmitatis nostrae taedio extenuamur. Cum enim sicut cupimus ad Deum proficimus, si profectum nostrum tentatio nulla pulsaret, alicujus nos fortitudinis esse crederemus. Sed quia nobiscum superna dispensatione agitur, ut infirmitatis nostrae quia proficientes obliviscimur, tentati recolamus, et in profectu nostro quid de divino munere, et in tentatione cognoscimus quid de propriis viribus sumus. Quae nos profecto tentatio ad plenum raperet, nisi protectio superna servaret. Sed pulsat, nec frangit; impellit, nec movet; quatit, nec dejicit, ut de nostra infirmitate sentiamus esse quod quatimur, et de divino munere esse quod stamus. Et quia saepe anima alicujus boni sibi conscia, cum virtutes suas sibi ad memoriam revocat, quadam delectatione pascitur, et quasi gratulatione propriae plenitudinis impinguatur, bene dicitur quod tentatione pulsante marcescunt ossa, quia dum propria infirmitas tentatione interrogante cognoscitur, omnis illa nostrarum virium, velut pinguis viridisque gratulatio, subito anxietatis moerore siccatur, et qui nos alicujus esse momenti bona nostra pensando credidimus, pulsati paulo amplius perituros nos jam jamque formidamus. Tunc omne bonorum nostrorum gaudium vertitur in pavorem poenarum. Tunc iniquos nos esse deprehendimus, qui sanctos paulo ante credebamus. Tabescit mens, stupent oculi, omne quod prius prosperum arridebat evanescit; lux ipsa fastidio est, et solae se in animo tenebrae moeroris effundunt; nihil quod delectet aspicitur, triste est quidquid occurrit. Unde et apte sequitur:

Caput XXV

[Rec. XVII].

VERS. 20.--- Abominabilis ei fit in vita sua panis, et animae illius cibus ante desiderabilis.

48. Por la tentación conocemos, qué por las fuerzas propias, qué por el don divino podemos.---Los huesos en la Sagrada Escritura por las virtudes tomamos, así como está escrito: El Señor custodia todos los huesos de ellos, ni uno de ellos será quebrantado (Sal. 33, 21). Lo cual ciertamente no de los huesos del cuerpo, sino de las fuerzas se dice de la mente. Pues ciertamente sabemos que también de muchos mártires corporalmente los huesos fueron quebrantados, y los perseguidores del Señor, de aquel ladrón, a quien fue dicho, Hoy estarás conmigo en el paraíso (Luc. 23, 43), como del otro ladrón en la cruz las piernas quebraron. Cuando ergo (pues) increpa por el dolor en el lecho, todos los huesos hace marchitar, porque cuando en aquel descanso que para nosotros de este siglo preparamos por el azote de la tentación somos afectados, quienes por ventura de nuestras virtudes inflarnos pudimos, por el tedio de la conocida enfermedad nuestra somos extenuados. Pues cuando así como deseamos hacia Dios aprovechamos, si a nuestro provecho tentación ninguna pulsara, de alguna fortaleza nosotros ser creeríamos. Pero porque con nosotros por la suprema dispensación se actúa, para que de nuestra enfermedad, porque aprovechando nos olvidamos, tentados nos acordemos, y en nuestro provecho qué por el don divino, y en la tentación conocemos qué por las fuerzas propias somos. La cual a nosotros ciertamente la tentación plenamente nos arrebataría, si la protección suprema no nos guardara. Pero pulsa, ni quiebra; impele, ni mueve; sacude, ni derriba, para que de nuestra enfermedad sintamos ser lo que somos sacudidos, y del don divino ser lo que estamos de pie. Y porque a menudo la alma de algún bien a sí consciente, cuando sus virtudes a sí a la memoria revoca, por una cierta delectación se nutre, y casi por la gratulación de la propia plenitud se engorda (se engríe), bien se dice que pulsando la tentación se marchitan los huesos, porque mientras la propia enfermedad por la tentación que interroga se conoce, toda aquella de nuestras fuerzas, como grasa y verde gratulación, súbitamente por el dolor de la ansiedad se seca, y quienes nosotros de algún momento ser por nuestros bienes ponderando creímos, pulsados un poco más a nosotros ya ya que vamos a perecer tememos. Entonces todo el gozo de nuestros bienes se vuelve en pavor de las penas. Entonces inicuos nosotros ser descubrimos, que santos poco antes creíamos. Se consume la mente, se estuporan los ojos, todo lo que antes próspero sonreía se desvanece; la luz misma es para el fastidio, y solas se en el ánimo las tinieblas del dolor se difunden; nada que deleite se contempla, triste es cuanto ocurre. Por lo cual también aptamente sigue:

Capítulo XXV

[Rec. XVII].

VERS. 20.--- Abominable se hace para él en su vida el pan, y para su alma el alimento antes deseable.

49. Per panem in Scriptura sacra multa significantur: 1o Christus; 2o gratia; 3o sacra doctrina; 4o haereticorum praedicatio; 5o subsidium vitae praesentis; 6o jucunditas humanae delectationis.---Ac si aperte dicat: Afflicta mens sibi in amaritudinem verti considerat quidquid se antea blande libenterque satiabat. [Vet. XXV.] In Scriptura enim sacra panis aliquando ipse Dominus, aliquando spiritualis gratia, aliquando divinae doctrinae eruditio, aliquando haereticorum praedicatio, aliquando subsidium vitae praesentis, aliquando jucunditas humanae delectationis accipitur.

In pane Dominus signatur, sicut ipse in Evangelio dicit: Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi (Joan. VI, 51).

Rursum per panem gratia doni spiritalis accipitur, sicut per prophetam dicitur: Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos, ne videat malum, iste in excelsis habitabit: munimenta saxorum sublimitas ejus, panis ei datus est (Isai. XXXIII, 15). Quid est enim obturare aures suas, ne audiat sanguinem, nisi peccatis suadentibus, quae de sanguine et carne nascuntur, non praebere consensum? Et quid est, ne malum videat, oculos claudere, nisi omne quod rectitudini adversum est non approbare? Iste in excelsis habitabit, quia quamvis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem jam in sublimibus fixit. Munimenta saxorum sublimitas ejus, quia qui abjecta desideria terrenae conversationis calcat, ad supernam patriam per praecedentium patrum exempla se sublevat. Et quia per contemplationis donum gratia spiritali satiatur, apte subjungitur: Panis ei datus est, id est refectionem spiritalis gratiae percipit, quia se a bonis infimis coelestia sperando suspendit. Hinc etiam de sancta Ecclesia per David Dominus dicit: Pauperes ejus saturabo panibus (Psal. CXXXI, 15), quia in illa mentes humilium positae spiritalium implentur refectione donorum.

Rursum per panem divinae doctrinae eruditio designatur, sicut per prophetam dicitur: Qui habitatis in terra Austri, cum panibus occurrite fugienti (Isai. XXI, 14). In terra quippe Austri habitant qui in sancta Ecclesia positi superni Spiritus charitate perflantur. Fugit autem qui hujus mundi mala evadere concupiscit. Qui ergo in terra Austri habitat, fugienti cum panibus occurrat, id est, is qui jam sancto Spiritu intra Ecclesiam plenus est eum qui mala sua evadere nititur eruditionis alloquio consoletur.

49. Por pan en la Sagrada Escritura muchas cosas se significan: 1º Cristo; 2º gracia; 3º sagrada doctrina; 4º predicación de los herejes; 5º subsidio de la vida presente; 6º jucundidad de la delectación humana.---Como si abiertamente dijera: La mente afligida considera para sí en amargura convertirse cuanto antes blanda y gustosamente la saciaba. [Vet. XXV.] Pues en la Sagrada Escritura el pan algunas veces se toma por el mismo Señor, algunas veces por la gracia espiritual, algunas veces por la erudición de la divina doctrina, algunas veces por la predicación de los herejes, algunas veces por el subsidio de la vida presente, algunas veces por la jucundidad de la delectación humana.

En el pan el Señor se señala, como Él mismo dice en el Evangelio: Yo soy el pan vivo, que bajé del cielo (Juan 6, 51).

Nuevamente por el pan se toma la gracia del don espiritual, como por el profeta se dice: Quien tapa sus oídos para no oír sangre, y cierra sus ojos para no ver mal, este en las alturas habitará: los baluartes de rocas su sublimidad, el pan le es dado (Is. 33, 15). ¿Pues qué es tapar sus oídos para no oír sangre, sino a los pecados que sugieren, los cuales de la sangre y la carne nacen, no prestar consentimiento? ¿Y qué es, para que no vea mal, los ojos cerrar, sino todo lo que a la rectitud es adverso no aprobar? Este en las alturas habitará, porque aunque todavía la carne en las cosas inferiores lo retiene, la mente ya en las cosas sublimes fijó. Los baluartes de rocas su sublimidad, porque quien los abyectos deseos de la conversación terrena pisa, a la patria suprema por los ejemplos de los padres precedentes se eleva. Y porque por el don de la contemplación con la gracia espiritual se sacia, aptamente se añade: El pan le es dado, esto es, percibe la refección de la gracia espiritual, porque se de los bienes ínfimos esperando los celestiales suspende. De aquí también de la santa Iglesia por David dice el Señor: A sus pobres saciaré de panes (Sal. 131, 15), porque en ella las mentes de los humildes puestas de la espiritual refección de los dones se llenan.

Nuevamente por el pan la erudición de la divina doctrina se designa, como por el profeta se dice: Quienes habitáis en tierra del Austro, con panes salid al encuentro del fugitivo (Is. 21, 14). En la tierra del Austro por cierto habitan quienes puestos en la santa Iglesia por la caridad del Espíritu supremo son inspirados. Huye en cambio quien de este mundo los males escapar codicia. Quien ergo (pues) en la tierra del Austro habita, al fugitivo con panes salga al encuentro, esto es, aquel que ya del Espíritu santo dentro de la Iglesia lleno está, a aquel que sus males escapar se esfuerza con el coloquio de la erudición consuele.

Fugienti scilicet cum panibus occurrere est metuenti aeterna supplicia doctrinae sacrae escas offerre, et modo tumorem terrore comprimere, modo pavorem exhortatione refovere. Quia panis refectio Scripturae sacrae non inconvenienter accipitur, per eumdem prophetam Judaeis solam litteram servantibus dicitur: Quare appenditis argentum, et non in panibus (Isai. LV, 2)? Ac si diceret: Pensatis sacra eloquia, sed non in refectione, quia dum solam litterae speciem custoditis, de spiritali intelligentia pinguedinem internae refectionis amittitis. Unde illic apte subjungitur: Et laborem vestrum non in saturitate (Ibid.).

[Vet. XXVI.] Rursum per panem haereticorum praedicatio designatur, sicut per Salomonem mulier haereticae ecclesiae typum gestans, et stultos convocans, dicit: Panes occultos libenter edite (Prov. IX, 17). Vel, sicut in nostra translatione scriptum est: Aquae furtivae dulciores sunt, et panis absconditus suavior. Sunt enim nonnullae haereses quae aperte metuunt praedicare quod sentiunt, et apud infirmorum mentes verba sua tanto magis condiunt, quanto quasi amplius reverenter abscondunt. Unde non immerito dicitur: Panes occultos libenter edite. Miseris enim cordibus occulta haereticorum verba eo magis sapiunt, quo cum reliquis communiter non habentur.

Rursum per panem subsidium praesentis vitae accipitur, sicut Jacob ad Laban transiens, ait: Domine Deus, si dederis mihi panem ad manducandum, et vestem ad induendum (Genes. XXVIII, 20). Et sicut in Evangelio Dominus turbis se sequentibus dicit: Quaeritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, et saturati estis (Joan. VI, 26). De septem enim panibus fuerant satiati. Et per eorum personam Dominus illos intra sanctam Ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines ad Dominum propinquantes, non in eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsidia vitae praesentis exquirunt; nec cogitant quid vivendo imitari debeant, sed quae compendia percipiendo satientur. Satiatos quippe de panibus Dominum sequi est de sancta Ecclesia temporalia alimenta sumpsisse. Et non pro signis est Dominum, sed pro panibus quaerere, ad religionis officium, non pro augendis virtutibus, sed pro requirendis subsidiis inhiare.

Rursum per panem jucunditas humanae delectationis accipitur. Unde Jeremias propheta dum synagogae perditos mores defleret, dixit: Omnis populus ejus gemens et quaerens panem: dederunt pretiosa quaeque pro cibo ad refocillandam animam (Thren. I, 11). Gemens enim populus quaerit panem, dum prava hominum multitudo affligitur, quia non ad votum de praesentis vitae jucunditate satiatur. Sed et pretiosa quaeque pro cibo dat, quia virtutes mentis in appetitum delectationis transitoriae inclinat. Et refocillare animam nititur, quia perversis suis desideriis satisfacere conatur.

Salir al encuentro del fugitivo con panes es ofrecer al que teme los suplicios eternos los alimentos de la sagrada doctrina, y ahora la hinchazón con el terror comprimir, ahora el pavor con la exhortación confortar. Porque la refección de la Sagrada Escritura no inconvenientemente como pan se toma, por el mismo profeta a los judíos que sola la letra servan se dice: ¿Por qué pesáis plata, y no en panes? (Is. 55, 2). Como si dijera: Pesáis los sacros elocuios, pero no en la refección, porque mientras sola la especie de la letra custodiáis, de la espiritual inteligencia la gordura de la interna refección perdéis. Por lo cual allí aptamente se añade: Y vuestro trabajo no en saciedad (Ibíd.).

[Vet. XXVI.] Nuevamente por el pan la predicación de los herejes se designa, como por Salomón la mujer que del tipo de la iglesia herética gesta, y a los necios convocando, dice: Los panes ocultos gustosamente comed (Prov. 9, 17). O, como en nuestra traducción está escrito: Las aguas furtivas más dulces son, y el pan escondido más suave. Pues hay algunas herejías que abiertamente temen predicar lo que sienten, y en las mentes de los enfermos sus palabras tanto más sazonan, cuanto como más reverentemente esconden. Por lo cual no sin mérito se dice: Los panes ocultos gustosamente comed. Pues a los miserables corazones las ocultas palabras de los herejes tanto más saben, cuanto con los demás comúnmente no se tienen.

Nuevamente por el pan el subsidio de la vida presente se toma, como Jacob a Labán pasando, dice: Señor Dios, si me dieres pan para comer, y vestido para vestir (Gén. 28, 20). Y como en el Evangelio el Señor a las turbas que le seguían dice: Me buscáis, no porque visteis señales, sino porque comisteis de los panes, y os saciasteis (Juan 6, 26). Pues de siete panes habían sido saciados. Y por la persona de ellos el Señor dentro de la santa Iglesia detesta a aquellos que por los sacros órdenes al Señor aproximándose, no en los mismos órdenes los méritos de las virtudes, sino los subsidios de la vida presente inquieren; ni piensan qué viviendo imitar deban, sino qué compendios percibiendo se sacien. Saciados por cierto de los panes al Señor seguir es de la santa Iglesia alimentos temporales haber tomado. Y no por las señales es al Señor, sino por los panes buscar, al oficio de la religión, no para aumentar las virtudes, sino para requerir subsidios anhelar.

Nuevamente por el pan la jucundidad de la delectación humana se toma. Por lo cual Jeremías profeta mientras los perdidos mores de la sinagoga lloraba, dijo: Todo su pueblo gimiendo y buscando pan: dieron todo lo precioso por comida para refocilar el alma (Lam. 1, 11). Pues gimiendo el pueblo busca pan, mientras la prava multitud de los hombres es afligida, porque no al voto de la jucundidad de la presente vida se sacia. Pero también lo precioso que hay por comida da, porque las virtudes de la mente en el apetito de la delectación transitoria inclina. Y refocilar el alma se esfuerza, porque a sus perversos deseos satisfacer intenta.

Unde bene mox ex voce illius electae multitudinis subdit: Vide, Domine, et considera quia facta sum vilis (Thren. I, 11). Vilis quippe plebs Dei efficitur, quando pravorum numero crescente, in eis non summa et coelestia, sed abjecta et terrena sectatur.

[Vet. XXVII.] 50. Quidquid sapit, vi tentationis amarescit.---Eliu itaque quid aliud panem quam praesentis vitae delectationem vocat? Qui postquam vim tentationis expressit, illico subdidit: Abominabilis ei fit in vita sua panis, et animae illius cibus ante desiderabilis, quia videlicet omne quod prius de ipsa prosperitate vivendi dulce sapiebat, postmodum per vim tentationis amarescit. Nonnunquam vero quidquid gaudii, quidquid virtutis favere videbatur, subito in pavore tentationis amittitur, et quasi evacuatus eisdem virtutibus tristis animus solo moerore possidetur. Cum enim paulo vehementius impulsu tentationis afficitur, quia exerere vim solitae fortitudinis non valet, eam jam velut perditam dolet, seque ex se vacuum sentiens, infirmitatem suam ex ipsa sua inanitate cognoscit. Unde ab omni mox jucunditate quasi frangitur; et escas prioris laetitiae respuens, eo quem solum libenter appetit luctu satiatur. Unusquisque enim cum sibi bene vivendi prosperitas arridet hilarescit, atque ipsa hilaritas animum velut desiderabilis cibus reficit. Sed cum tentatione paulo amplius imminente pulsatur, a mente ejus per moeroris fastidium gaudium omne respuitur, quae prius eodem gaudio quasi satiata laetabatur. Quia igitur homo tentatus ab ore cordis omnem cibum respuit delectationis, nihilque eum aliud quam semetipsum et cognoscere et flere delectat, bene dicitur: Abominabilis ei fit in vita sua panis, et animae illius cibus ante desiderabilis.

51. Tentationum et flagellorum utilitas.---Sed, sicut superius diximus (Num. 48), idcirco moderamine occultae dispensationis ita tentari permittimur, ut qui ex divino munere in virtute proficimus, etiam quid sumus ex propria infirmitate memoremur; et qui ex perceptione muneris opera virtutis inferimus, ex infirmitatis nostrae memoria sacrificium humilitatis offeramus. Aliquando autem post profectum virium non solum tentant vitia, sed etiam flagella castigant. Cum autem tentamur vitiis, pia dispensatione nobiscum agitur, ne his virtutibus quibus proficimus extollamur.

Por lo cual bien pronto desde la voz de aquella electa multitud añade: Mira, Señor, y considera que he sido hecha vil (Lam. 1, 11). Vil por cierto la plebe de Dios se vuelve, cuando el número de los pravos creciendo, en ellos no lo sumo y celestial, sino lo abyecto y terreno se busca.

[Vet. XXVII.] 50. Cuanto sabe bien, por la fuerza de la tentación amarga.---¿Eliú ergo (pues) qué otra cosa al pan que la delectación de la presente vida llama? Quien después de que la fuerza de la tentación expresó, al punto añadió: Abominable se hace para él en su vida el pan, y para su alma el alimento antes deseable, porque a saber todo lo que antes de la misma prosperidad de vivir dulce sabía, después por la fuerza de la tentación amarga. No pocas veces en verdad cuanto de gozo, cuanto de virtud favorecer parecía, súbitamente en el pavor de la tentación se pierde, y como evacuado de las mismas virtudes el ánimo triste solo por el dolor es poseído. Pues cuando un poco más vehementemente por el impulso de la tentación es afectado, porque ejercer la fuerza de la acostumbrada fortaleza no vale, a ella ya como perdida la duele, y sintiéndose de sí mismo vacío, su enfermedad por su misma inanidad conoce. Por lo cual de toda jucundidad pronto como que se quiebra; y rechazando los alimentos de la alegría anterior, con aquel que solo de buena gana desea luto se sacia. Uno por uno por cierto cuando la prosperidad de vivir bien le sonríe se alegra, y la misma alegría al ánimo como deseable alimento refocila. Pero cuando pulsando la tentación un poco más inminente, de su mente por el fastidio del dolor todo gozo es rechazado, la cual antes con el mismo gozo como saciada se alegraba. Porque ergo (pues) el hombre tentado de la boca del corazón todo alimento de delectación rechaza, y nada otro a él más que a sí mismo y conocer y llorar le deleita, bien se dice: Abominable se hace para él en su vida el pan, y para su alma el alimento antes deseable.

51. Utilidad de las tentaciones y los azotes.---Pero, como arriba dijimos (Núm. 48), por eso con el moderamen de la oculta dispensación así ser tentados se permite, para que quienes por el don divino en la virtud aprovechamos, también qué somos por la propia enfermedad nos acordemos; y quienes por la percepción del don obras de virtud inferimos, por la memoria de nuestra enfermedad sacrificio de humildad ofrezcamos. Algunas veces en cambio después del provecho de las fuerzas no solo tentan los vicios, sino también los azotes castigan. Cuando en verdad somos tentados por los vicios, con piadosa dispensación con nosotros se actúa, no sea que por estas virtudes por las cuales aprovechamos nos ensalcemos.

Cum vero flagellis atterimur, malis increpantibus admonemur ne mundo blandiente seducamur. Vitia dum nos tentant, proficientes in nos virtutes humiliant; flagella dum tentant, surgentes in corde hujus mundi voluptates eradicant. Per tentantia vitia discimus quid de nobis simus, per ferientia flagella cognoscimus quid de hoc mundo fugiamus. Per illa restringimur, ne intrinsecus extollamur, per ista comprimimur, ne quid extrinsecus appetamus. In hac ergo vita dum sumus, et flagellis atteri, et aliquando tentari vitiis necesse est. Sive enim in laboribus flagellorum, seu in certamine vitiorum, non solum nobis nostra infirmitas innotescit, sed etiam in quanta virtute profecerimus agnoscimus. [Rec. XVIII.] Nemo quippe vires suas in pace cognoscit. Si enim bella desunt, virtutum experimenta non prodeunt. Improvidus miles est, qui fortem se in pace gloriatur. [Vet. XXVIII.] Quia ergo saepe virium merita per flagellorum adversa patefiunt, apte Eliu subjungit, dicens:

CAPUT XXVI.

VERS. 21.---Tabescet caro illius, et ossa quae tecta fuerant nudabuntur.

32. Nemo quantum profecerit, nisi inter adversa cognoscit.---Cum enim flagellis prementibus omnis exterior voluptas atteritur, internae fortitudinis ossa nudantur. Quid autem hoc loco carnis nomine nisi ipsa delectatio carnalis accipitur? Vel quid per ossa nisi virtutes animae designantur? Tabescit ergo caro, et ossa nudantur, quia dum flagellis arguentibus carnalis delectatio extenuatur, ea quae dudum quasi sub carne latuerant virtutum fortia patefiunt. Nemo quippe quantum profecerit nisi inter adversa cognoscit. Cum enim adsunt prospera, cerni virium documenta non possunt. Unde alias scriptum est: In die mandavit Dominus misericordiam suam, et nocte declaravit (Psal. XLI, 9); quia videlicet unusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit, sed quantum perceperit, in adversitate perturbationis ostendit. Tabescat ergo caro, ut nudentur ossa. Feriamur paternis correptionibus, ut quantum proficimus agnoscamus. Flagellis enim Domini pinguedo carnalis delectationis atteritur, sed virtutum nostrarum ossa patefiunt. Decus nostrum exterius ipsa hujus mundi adversitate foedatur, sed quid in nobis intrinsecus latebat ostenditur.

Cuando en verdad por los azotes somos quebrantados, por los males que increpan somos amonestados no sea que por el mundo halagador seamos seducidos. Los vicios mientras nos tentan, a las virtudes que en nosotros aprovechan humillan; los azotes mientras tentan, las voluntades de este mundo que en el corazón surgen erradican. Por los vicios que tentan aprendemos qué de nosotros somos, por los azotes que hieren conocemos qué de este mundo huyamos. Por aquellos somos restringidos, no sea que intrínsecamente nos ensalcemos, por estos somos comprimidos, no sea que algo extrínsecamente deseemos. En esta vida ergo (pues) mientras estamos, y por los azotes ser quebrantados, y algunas veces ser tentados por los vicios necesario es. Pues sea en los trabajos de los azotes, sea en el certamen de los vicios, no solo a nosotros nuestra enfermedad se manifiesta, sino también en cuánta virtud hayamos aprovechado conocemos. [Rec. XVIII.] Nadie por cierto sus fuerzas en la paz conoce. Pues si las guerras faltan, los experimentos de las virtudes no salen a luz. Improvisto soldado es, quien de fuerte en la paz se gloría. [Vet. XXVIII.] Porque ergo (pues) a menudo los méritos de las fuerzas por las adversidades de los azotes se abren, aptamente Eliú añade, diciendo:

CAPÍTULO XXVI.

VERS. 21.--- Tabecerá su carne, y los huesos que cubiertos habían estado se desnudarán.

32. Nadie cuánto haya aprovechado, sino entre las adversidades conoce.---Pues cuando por los azotes que oprimen toda exterior voluntad se quebranta, los huesos de la interna fortaleza se desnudan. ¿Qué en cambio en este lugar con el nombre de carne sino aquella misma carnal delectación se toma? ¿O qué por los huesos sino las virtudes del alma se designan? Tabece ergo (pues) la carne, y los huesos se desnudan, porque mientras por los azotes que arguyen la carnal delectación se extenúa, aquellas cosas que antes como bajo la carne latían fuertes de las virtudes se manifiestan. Nadie por cierto cuánto haya aprovechado sino entre las adversidades conoce. Pues cuando están presentes las cosas prósperas, verse los documentos de las fuerzas no pueden. Por lo cual en otro lugar está escrito: En el día mandó el Señor su misericordia, y en la noche la declaró (Sal. 41, 9); porque a saber uno por uno la gracia del don supremo en la tranquilidad del descanso percibe, pero cuánto percibió, en la adversidad de la perturbación lo muestra. Tabezca ergo (pues) la carne, para que se desnuden los huesos. Seamos heridos por las paternas correcciones, para que cuánto aprovechamos conozcamos. Pues por los azotes del Señor la gordura de la carnal delectación se quebranta, pero los huesos de nuestras virtudes se manifiestan. Nuestro decoro exterior por aquella misma adversidad de este mundo se afea, pero lo que en nosotros intrínsecamente latía se muestra.

Caesis namque apostolis denuntiatum est ne loquerentur ultra in nomine Jesu, sed magna exsultatione gavisi sunt, quod digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati, suisque adversariis cum fiducia responderunt: Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Act. V, 29). Ecce inter adversa validius fidei robur emicuit; ecce concisa est integritas carnium, sed patefacta sunt ossa virtutum. Hinc de eis per Sapientiam dicitur: Deus tentavit illos, et invenit illos dignos se (Sap. III, 5). Tentati sunt quippe adversitate plagarum, sed digni inventi sunt nudatione ossium. Nam quia haec eorum illa tentatio est quae ex flagellis adhibetur, illic aperte declaratur, dum sequitur: Tanquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos (Sap. III, 6). Quia ergo uniuscujusque vires non nisi per adversa patefiunt, bene dicitur: Tabescet enim caro ejus, et ossa quae tecta fuerant nudabuntur. Tabescit enim caro, dum omne quod fluxum infirmumque est flagellis atteritur. Nudantur ossa, dum per haec in nobis etiam quod validum latet aperitur. Quia vero, sicut et superius dictum est, in ipsa adversitate tentationis non solum detegitur robur fortitudinis, sed etiam cognoscitur infirmitas humanitatis, et tentatus quisque ostendit quidem quantum de Deo profecerit, sed in ipsis flagellorum afflictionibus etiam quantum de semetipso sit infirmus agnoscit, quia non tantummodo nudantur ossa, sed etiam tabescit caro, apte subjungitur:

Caput XXVII

[Rec. XIX].

VERS. 22.--- Appropinquabit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis.

53. A corruptela, cum magis imminere videtur in tentatione, liberamur.---Tentati enim uniuscujusque justi anima corruptioni appropinquare dicitur quando, ne eam virtus possit extollere, per flagella compellitur quid sit ex propria infirmitate sentire. Corruptioni videlicet appropinquat, quia ex suis se viribus perditioni proximum non ignorat, ut hoc quod a perditione longe est, non sibi, sed Domino tribuat. Appropinquat vero mortiferis, quia ex infirmitate carnis proximum se peccatis mortem ferentibus respicit, a quibus divino munere tanto magis longe fit, quanto se eis proximum ex suis meritis deprehendit. Per contemplationem conditionis suae David corruptioni appropinquaverat, cum dicebat: Memento, Domine, quod pulvis sumus: homo sicut fenum dies ejus (Psal. CII, 15). Per contemplationem quoque infirmitatis propriae Paulus mortiferis appropinquaverat, cum dicebat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis.

Pues a los apóstoles azotados les fue denunciado que no hablaran más en el nombre de Jesús, pero con gran exultación se gozaron, de que dignos fueron tenidos de sufrir oprobio por el nombre de Jesús, y a sus adversarios con confianza respondieron: Obedecer conviene a Dios más que a los hombres (Hech. 5, 29). He aquí entre las adversidades más válido el robur (fuerza) de la fe brilló; he aquí concisa fue la integridad de las carnes, pero abiertos fueron los huesos de las virtudes. De aquí de ellos por la Sabiduría se dice: Dios los tentó, y los halló dignos de sí (Sab. 3, 5). Tentados fueron por cierto por la adversidad de las llagas, pero dignos hallados fueron por la desnudez de los huesos. Pues porque esta tentación de ellos es aquella que por los azotes se aplica, allí abiertamente se declara, mientras sigue: Como oro en el horno los probó, y como hostia de holocausto los recibió (Sab. 3, 6). Porque ergo (pues) las fuerzas de uno por uno no sino por las adversidades se manifiestan, bien se dice: Tabecerá pues su carne, y los huesos que cubiertos habían estado se desnudarán. Pues tabece la carne, mientras todo lo que es fluido y enfermo por los azotes se quebranta. Se desnudan los huesos, mientras por estos en nosotros también lo que fuerte late se abre. Porque en verdad, como también arriba fue dicho, en la misma adversidad de la tentación no solo se detecta el robur (fuerza) de la fortaleza, sino también se conoce la enfermedad de la humanidad, y el tentado uno por uno muestra por cierto cuánto de Dios haya aprovechado, pero en las mismas aflicciones de los azotes también cuánto de sí mismo sea enfermo conoce, porque no solamente se desnudan los huesos, sino también tabece la carne, aptamente se añade:

Capítulo XXVII

[Rec. XIX].

VERS. 22.--- Aproximaráse a la corrupción su alma, y su vida a los mortíferos.

53. De la corruptela, cuando más parece inminente en la tentación, somos liberados.---El alma de cada uno de los justos tentados se dice aproximarse a la corrupción cuando, para que la virtud no la pueda ensalzar, por los azotes es compelida a sentir qué es por su propia enfermedad. A la corrupción a saber se aproxima, porque por sus fuerzas no ignora que está próxima a la perdición, para que esto, que de la perdición está lejos, no a sí, sino al Señor se lo atribuya. Se aproxima en verdad a los mortíferos, porque por la enfermedad de la carne se ve próxima a los pecados que traen la muerte, de los cuales por el don divino tanto más lejos se hace, cuanto más próxima a ellos por sus méritos se descubre. Por la contemplación de su condición David a la corrupción se había aproximado, cuando decía: Acuérdate, Señor, de que somos polvo: el hombre como el heno sus días (Sal. 102, 15). Por la contemplación también de su propia enfermedad Pablo a los mortíferos se había aproximado, cuando decía: Veo otra ley en mis miembros repugnando a la ley de mi mente, y llevándome cautivo en la ley del pecado, que está en mis miembros.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus (Rom. VII, 23)? Corruptioni ergo et mortiferis appropinquare est, considerata infirmitate humanitatis suae, peccatorem se ex suis meritis cernere, atque apud se arrogantiam ex propriis viribus non habere. Quid enim sumus, si a conditoris nostri protectione deseramur? Quae nimirum protectio minus necessaria creditur, si semper habeatur. Sed utiliter plerumque subtrahitur, ut sibimetipsi homo quam sine illa nihil sit ostendatur. Manus igitur Dei aliquando nos nobis per adversa insinuat, quae etiam nescientes nos in prosperis portat. Qua destituti dum cadere incipimus, et tamen adjuti retinemur, et doctrina fit quod in lapsu trepidamus, et custodia quod in statu permanemus.

54. Nunquam de viribus nostris praesumendum.---Nemo ergo se alicujus virtutis aestimet, etiam cum quid fortiter potest, quia si divina protectio deserat, ibi repente enerviter obruitur, ubi se valenter stare gloriabatur. Quid est enim quod vir Dei contra altare Samariae ad prophetandum directus praesente rege auctoritatem liberae vocis exercuit, ejusdemque regis extensum brachium in rigorem mirabiliter astrinxit, quod tamen mox misericorditer saluti restituit (III Reg. XIII, 4)? cujus in domo invitatus comedere noluit, quia ne in via comederet, prohibitionis dominicae praecepta servavit? Qui tamen in eadem via et seductus comedit, et pastus interiit. Qua in re quid subtili consideratione colligimus, quid, ut ita dixerim, formidando suspicamur, nisi quod forsitan apud semetipsum tacitus pro praeceptis dominicis regem se contempsisse gloriabatur? Unde ab interna mox soliditate quassatus est; et inde ei in opere culpa subrepsit, unde gloria in corde surrexit, ut prophetae falsi verbis deceptus disceret, quia nequaquam propriae fortitudinis fuerit, quod ad regis verba restitisset. Bene autem ex ejus ore mortis sententiam accepit, cujus seductione a vitae praecepto deviavit, ut inde poenam veraciter sumeret, unde culpam negligenter admisisset. Quia igitur unumquemque electum suum divina gratia tunc magis erudiendo custodit, cum quasi percutiens deserit, dicatur recte: Appropinquabit corruptioni anima ejus, et vita illius mortiferis, ut quo se suis viribus vicinum morti per adversa considerat, eo in cunctis quae fortiter egerit, ad divinae spei munimen fugiens solidius vivat.

Infeliz yo hombre, quién me librará del cuerpo de esta muerte (Rom. 7, 23)? Aproximarse ergo (pues) a la corrupción y a los mortíferos es, considerada la enfermedad de su humanidad, verse pecador por sus méritos, y no tener ante sí arrogancia por sus propias fuerzas. ¿Pues qué somos nosotros, si de la protección de nuestro creador somos desertados? La cual protección ciertamente se cree menos necesaria, si siempre se tuviera. Pero útilmente por lo común se sustrae, para que al hombre se le muestre cómo sin ella nada es. La mano ergo (pues) de Dios algunas veces a nosotros por las adversidades nos insinúa a nosotros mismos, la cual también no sabiéndolo nosotros en las cosas prósperas nos porta. De la cual destituidos mientras empezamos a caer, y sin embargo ayudados somos retenidos, y doctrina se hace lo que en el lapso (caída) trepidamos, y custodia lo que en el estado (pie) permanecemos.

54. Nunca de las propias fuerzas se ha de presumir.---Nadie ergo (pues) de alguna virtud se estime, incluso cuando algo fuertemente puede, porque si la divina protección desertara, allí de repente enervadamente es abrumado, donde valientemente estar de pie se gloriaba. ¿Pues qué es que el varón de Dios contra el altar de Samaria dirigido para profetizar, presente el rey, ejerció la autoridad de la libre voz, y el brazo extendido del mismo rey maravillosamente en rigor (tiesura) constriñó, el cual sin embargo pronto misericordiosamente a la salud restituyó (3 Rey. 13, 4)? ¿en cuya casa invitado comer no quiso, porque no fuera que en el camino comiera, los preceptos de la dominica prohibición servó? El cual sin embargo en el mismo camino y seducido comió, y nutrido pereció. En cuya cosa qué por sutil consideración colegimos, qué, para así decirlo, por lo que tememos sospechamos, sino que por ventura ante sí mismo tácito de que por los preceptos dominicos al rey despreció se gloriaba? Por lo cual de la interna solidez pronto fue sacudido; y de allí a él en la obra la culpa subrepticiamente entró, de donde la gloria en el corazón surgió, para que engañado por las palabras del profeta falso aprendiera, que de ningún modo de la propia fortaleza fue, lo que a las palabras del rey resistió. Bien en cambio de su boca la sentencia de muerte recibió, de cuya seducción del precepto de la vida se desvió, para que de allí la pena verazmente tomara, de donde la culpa negligentemente admitió. Porque ergo (pues) a cada uno de sus electos la divina gracia entonces más instruyendo custodia, cuando como hiriendo deserta, dígase rectamente: Aproximaráse a la corrupción su alma, y su vida a los mortíferos, para que por lo cual se considera por sus fuerzas vecino a la muerte por las adversidades, por ello en todo lo que fuertemente hiciere, al baluarte de la divina esperanza huyendo más sólidamente viva.